Google

## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Jur. Germ. 188.a

Struvius

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

# BVRCARDI GOTTHELFFI STRVVII
# BIBLIOTHECA
# IVRIS SELECTA

SECVNDVM

ordinem litterarium diſpoſita
atque ad ſingulas iuris partes directa

Acceſſit

SELECTISSIMA BIBLIOTHECA
IVRIS STVDIOSORVM

atque index auctorum & materiarum

EDITIO QVARTA

*auctior & emendatior.*

IENAE,
Apud ERNESTVM CLAVDIVM BAILLIAR
cIↃ IↃ CC XIV.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

*ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO*

VIRO

# SAMVELI STRYKIO

Potentiſſimo Boruſſiæ Regi a conſiliis intimis, & reliqua

*Patrono obſeruantisſime colendo*

*S. P. D.*

BVRCARD GOTTHELFF STRUVE

INgratus eſſem, VIR EXCELLENTISSIME, ni vel qualis occaſione teſtarer, me Tibi multis nominibus eſſe deuinctiſſimum. Ab eo enim tempore, quo Tibi innoteſcere fortuna dedit, ita me excepiſti, vt dubium mihi eſſet, an do-

ctrinam Tuam magis, an humanitatem admirarer. Nondum tria præterlapſa ſunt luſtra, cum iuſſu beati parentis in academiam Viadrinam me conferrem, vt Tua fruerer doctrina, quem fama dudum inter iureconſultos Principes adſcripſerat. Litteras mecum ferebam, quibus me Tuæ curæ committebat beatus parens, quas tanta ſuauitate, me ipſum tanta benignitate excepiſti, qualem a viro tam illuſtri expectare vix licuiſſet. Non Te mouent, quibus accumularis, elogia, nec me præcone indiges, cum Te laudando certent, qui veritatem amant. Verba alias non deeſſent, quibus vel ſummam grauitatem, vel oris ſuauitatem, vel denique doctrinæ venerarer præſtantiam. Adſiduus hærebam ab ore Tuo, nec me quidpiam morabatur: aditum mihi concedebas benigniſſime, bibliotheca patebat quotidie, ſingula quidem, quod adhuc adgnoſco, ex benigna & liberali conceſſione. Nec ſola hæc ſunt, quibus me Tibi profiteor debitorem, ſed tantus eſt cumulus beneficiorum Tuorum in me, vt eru-

beſcam, ſi recorder, me nondum paribus obſequiis iisdem reſpondiſſe. Vnicum eſt quod non poſſum non publice prædicare, cum in me anno prætenlapſo, ſummos in iure honores contuliſti. Singularis hic fauor Tuus erat, & illuſtris apud vos Ictorum Ordinis, quo me ad examina & inauguralem diſputationem ſine vllis impenſis, quæ ab aliis ſolnuntur, admiſiſtis. Beneficium hoc quo magis eſt ſingulare, eo maiori cum reuerentia illud agnoſco, & ſeruabo perpetuum.* Tam munificum exemplum ſecutus fuit illuſtris apud nos Ictorum ordo, qui me non ſolum in numerum Doctorum ſuorum gratis recepit, ſed etiam eandem liberalitatem in fratrem exercuit, quam apud vos expertus. Plurimum in ſingulis valuit Tua beneuolentia, Tuaque commendatio, vt de hiſce me Tibi ſentiam maxime obligatum. Quod ſi reputem, quam honeſtam ſemper de ſtudiis meis prouehendis eisdemque lætiori ſucceſſu adplicandis tuleris ſententiam, plura ſunt quæ Tibi debeo. Honeſtum



Digitized by Google

ergo duxi, vt vel publico quodam ſigno, conteſtarer, quæ Tua in me ſint merita. Offero itaque hanc bibliothecam, quam Tibi debeo; non quod ea omne æs alienum, quo Tibi obſtrictus, ſolutum putem, tantum enim eſt, vt de eo ſoluendo vix ſperare liceat, ſed quam vel ex ore vel bibliotheca Tua hauſi, vel quam Tibi alias, beneficiis Tuis in me collatis omni iure vindicas. Recipe, VIR EXCELLENTISSIME, quod Tuum eſt, & qui mihi ſtudiorum extitiſti ſtator, promotionis arbiter, promoue ſtudia, & honeſtam quam de me conc epiſti, conſerua opinionem. Deus Tibi largiatur abundantiam donorum Spiritus Sancti, ſenectam firmam vegetamque, & quæ Tibi exoptatiſſima. Vale, Dabam Ienæ in ante X Kl. Maii CIↃ IↃCCIII.

*B. L.*

Digitized by Google

# B. L.

Vix eſt, vt tempus aliquod reputemus, quo tam felices progreſſus fecit res litteraria ac ſeculum noſtrum. Inexhauſta tamen res eſt, cum ſemper aliquid reliqui ſit, quod antehac intactum. Ipſe quoque cum muneris ratio illud a me poſtulet, occupatus fui in iuſta diſpoſitione rei litterariæ. Maximos enim defectus in eo latere expertus, quod ii, qui in eadem proficere cupiunt, ſibi nullum certum præſcribant ordinem, cum tamen hoc neglecto, confuſa res ſit. Tota res redibit ad iuſtam diſpoſitionem, vt ſcilicet ſingulas diſciplinas pro ordine litterario habeamus rite diſpoſitas, ita, vt dum bibliothecis utimur, ſtatim ſciamus, ad quam claſſem hic vel ille liber ſit referendus, atque ſic, ſi libros ſelectiores ſub ſuis quosque claſſibus adnotamus, & recentius editos ſemper addimus, vel nobis non ſentientibus iuſtam adquirimus librorum notitiam atque accuratam. Præiui in hoc diſpo-

nendæ rei litterariæ modo, auditoribus meis, ingeniis ſelectis, qui idem a me poſtularunt, ſub ſuis claſſibus notans libros præcipuos atque ſelectiores, additis iudiciis, ſed breuibus. Hæc autem calamo cum excipienda eſſent, quod nimis difficile, inſtabant apud me, vt typis exſcribi curarem. Paratior reliquis erat bibliotheca iuris, quare eam præmiſi. Inſtituti ratio hæc eſt, vt non ſolum generalem doceam diſpoſitionem, prout bibliotheca eſt vel Iuris Ciuilis, Criminalis, Feudalis, Canonici & Publici, ſed etiam in quauis claſſe generali certas feci ſectiones, prout ordo rei litterariæ poſtulat: ita, vt primo ſemper exhibeam fontes cum Commentariis, hiſtoriam, compendia, ſyſtemata, conſilia & alia prout ſe inuicem ſequuntur, vti ordinem diſpoſitionis ſingulari indice expreſſimus. Non autem propoſitum nobis fuit libros ſingulos exponere, quorum ingens eſt numerus, ſed tantum ſelectiores, ita tamen, vt memorentur quandoque libri, qui ſpecioſum titulum ferunt, nullius vero ſunt momenti,

Digitized by Google

menti, ne titulis decipiamur. Ad pleroſque libros vbi opus erat, adnotauimus qui in quauis claſſe præcipui. Addidimus indicem diſpoſitionis atque autorum, vt eo melius hic labor vſui eſſe poſſit. Quod ſi curæ noſtræ non ingratæ erunt, non ſolum præcepta noſtra generalia exponemus, ſed etiam reliquas diſciplinas eadem methodo rei litterariæ trademus. Quod vt proficuum eſſe velit ſummum Numen, maxime optamus.



# PRÆFATIO

## *Secundæ editionis.*

NOndum præterlapſum eſt biennium, cum primum in publicum prodiret hæc Bibliotheca iuris. Exemplaria tam breui temporis lapſu diſtracta, ſatis docent, non ſine adplauſu eandem fuiſſe receptam, vt deſiderante bibliopola, nouam adornare fuerim coactus. Ordinem & verba potiſſimum ſeruaui prioris editionis, pauciſſimis ſaltim immutatis, quibusdam hinc inde additis. Libros enim omiſſos vel recentius editos conueniente loco inſerui, vt eo magis rem litterariam amantibus inſeruirem. Cum vero tot ſpeciales extent iuris materiæ, adieci in hac iterata editione quoque indicem rerum atque materiarum, de quibus in hac bibliotheca ſcriptores recenſentur, vt eo facilius quisque eadem poſſit vti. Hæc ſunt, quæ in altera hac editione fuerunt præſtita.



Digitized by Google

# PRÆFATIO
## *Tertiæ editionis.*

TErtia nunc vice in publicum prodit hæc iuris Bibliotheca, altera eiusdem editione per ſemeſtre iam ſpacium deficiente. Pleniorem longe & in quibusdam emendatiorem eandem exhibemus, ita, vt maiori vſui eſſe poſſit lectoribus. Non enim ſolum integra capita inſeruimus, quale eſt caput ſecundum de fontibus iuris gentium antiquiſſimarum, caput quintum de Iure Francico, Germanico & Gentium aliarum, ita, vt omnium Europæ gentium Iurisprudentiam ſimul exponeremus, ſed etiam in ipſis capitibus paragraphorum numerum hinc inde adauximus, nouas addendo materias & de iisdem ſcriptores, vt maior exinde fructus caperetur rei litterariæ. Præcipue vero iuris publici bibliothecam in tantum adauximus, vt noua plane poſſit videri. Præterquam enim quod Scriptores etiam iuris publici gentium exterarum ſiſtamus, plurimas materias ſpeciales, etiam recen-

Digitized by Google

recentiſſimas ſuis locis inſeruimus, ne quis pateat defectus. Errores quosdam qui irrepſerant, emendaui, atque indices ſuppleui. Vltimam forſan hac editione manum & huic iuris Bibliothecæ atque reliquis meis, impono, cum hiſtoria atque Ius Publicum, quibus plenius me nunc deuoui, vix tantum temporis relinquent in curas litterarias impendendi. Liberum itaque erit ſingulis, qui Reipublicæ litterariæ cupiunt proſpicere, ea quæ merentur, emendare, vel ea in quibus defeci, ſupplere. Sancte profiteor, me hæc moleſte non eſſe laturum, ſi modo debita adhibeatur modeſtia, atque ipſi, qui mea emendare, meque erroris arguere conantur, ſatis fuerint conuicti.



Digitized by Google

# PRÆFATIO

## *Quartæ huius editionis.*

OPera, quæ in retractandis opuſcu-lis collocatur, nos ſæpenumero a grauioribus reuocat, nec inchoa-re patitur, qnæ publici iuris facere alias conſtitueramus. Hanc ob cauſſam Litterariæ rei curam aliis relinquere decre-ueram. Id quod prout omni dubio præſtitiſſem quoque, niſi ſemel, iterum iterumque Bibliopolæ iteratæ preces ad nouæ huius editionis curam me mouiſ-ſent. Nihil vero nouorum capitum additum inuenies, Beneuole Lector, ſed nouas tantummodo Theſes inſertas de-prehendes, cum nouorum librorum, nouarumque editionum additamentis. Magnam hac in re diligentiam teſtatam fecerunt, lectisſimus frater, Fridericus Gottlieb Struuius, & Cariſſimus Adfi-nis, Vlricus Marbachius, vtrique Iurium apud nos Doctores ſolertiſſimi, quo-rum ille circa ciuilis, hic circa publici

iuris

iuris libros fuit occupatus. Faxit Summum Numen, vt ex noua hac editione in ſtudioſam iuuentutem, cuius ſalus mihi curæ cordique ſemper eſt, magna redundeant incrementa. Vale, Lector Beneuole, &, ſi quæ notanda fuerint prætermiſſa, corrigere haud dedignare.

# CAPVT PRIMVM

## DE SCRIPTORIBVS, QVI BIBLIOTHECAM PHILOSOPHICAM ET VITAS PHILOSOPHORVM SCRIPSERVNT.

§. I. *Philoſophiæ complexus amplior eſt.* §. II. *Scriptores qui Bibliothecas philoſophicas ediderunt.* §. II. *Scriptores qui vitas Philoſophorum antiquiorum deſcripſerunt.* §. IV. *Scriptores qui vitas recentiorum Philoſophorum ediderunt.*

§. I.

AMplior philoſophiæ complexus eſt, prout communiter illi attribui ſolet, ita vt in claſſibus ſuis multa comprehendat, quæ proprie ad eandem non ſpectant. Quo igitur ordine procedamus, hic loci nobis agendum ſaltim erit de ſcriptoribus, qui vere

A philo-

Digitized by Google

philoſophici ſunt, ſeparatim acturi de bibliotheca philologica & hiſtorica, quas tamen ſub communi Philoſophiæ nomine alias complectuntur.

§. II.

Fuere iam olim, qui bibliothecam philoſophicam tradiderunt. Prima, ni fallor, eſt IOANNIS IACOBI FRISII *bibliotheca philoſophorum claſſicorum chronologica*, quæ primum *Tiguri* prodiit 1592, 4. poſt libro ſecundo Chronici Chronicorum eccleſiaſtici Iani Gualteri, ſiue IANI GRVTERI inſerta *Francofurti 1614, 8.* Scriptores autem, non philoſophos tantum, ſed alios etiam antiquiores, qui a primis incunabulis vsque ad ſeculum XVI. claruerunt, recenſet, eosdemque per ſeriem temporum diſtinguit, vbi vixerint, & quid ſcripſerint, declarans. Secutus hunc fuit ISRAEL SPACHIVS, cuius *nomenclator ſcriptorum philoſophicorum* prodiit *Argentorati 1598, 8.* qui, nulla chronologiæ ratione habita, realem eſſe voluit catalogum ſuum, de ſcriptoribus logicis, phyſicis & ſimilibus ſeparatim agens. GEORGII DRAVDII *bibliotheca claſſica*, quæ *Francofurti 1611, 4.* prodiit, præter reliquas diſciplinas, etiam philoſophicos ſcriptores percenſet. Sed ex catalogis Francofurtenſibus eſt conſarcinata, nec ſatis fidei habet. PAVLI BOLDVANI *bibliotheca philoſophica Ienæ* excuſa *1694, 4.* Indican-

Digitized by Google

dicantur in eadem ſcriptores æque pro ordine materiarum, qui diuerſas philoſophiæ atque philologiæ partes illuſtrarunt, ſed nuda titulorum eſt recenſio. MARTINI LIPENII *Bibliotheca realis philoſophica, Francofurti ad Mœnum* edita *1682, f.* in titulos digeſta eſt, & quidem in eo laudem habet, vt de quauis materia, ſpeciali etiam, qui ſcripſerint, habeamus ſub quouis titulo digeſtos, ſi modo meliori cum ſelectu id eſſet factum, & non quisquiliæ ſæpe ſcriptorum intermixtæ. Immo referuntur nonnunquam ſub titulis, qui ad alios plane ſpectarent, vt facile adpareat, libris non inſpectis titulo ſæpius deceptum fuiſſe Lipenium.

§. III.

Poſt hos, qui bibliothecas philoſophicas dederunt, ſequuntur Biographi, & quidem primum, qui de vitis & ſcriptis antiquiorum philoſophorum egerunt. Primus, qui illud egit, eſt DIOGENES LAERTIVS, cuius *de vitis & moribus philoſophorum* tractatus græce prodiit cum verſione latina, cura ISAACI CASAVBONI. *Antvverpiæ 1570, 8.* & *Coloniæ 1615, 8.* Accuratior longe eſt editio, quæ *cum interpretatione & notis Aldobrandini, Stephani & Caſauboni* prodiit *Londini 1664, f.* Eadem editio cum vtriusque Caſauboni atque aliorum notis, præcipue vero



Digitized by Google

doctiſſimis ÆGIDII MENAGII prodiit, cura MARCI MEIBOMII, *Amſtelodami 1692*, 4. Hoc opus plane egregium eſt & fundamentum certe omnis hiſtoriæ Philoſophicæ. De præcipuis enim antiquorum Philoſophis, horum vita, ſchola, moribus & decretis agit accuratiſſime, ita vt non ſolum ad vitarum, ſed etiam dogmatum ſcriptores ſit referendus. Hunc inſecutus fuit EVNAPIVS SARDIANVS, cuius *de vita philoſophorum & ſophiſtarum* liber primum gr. & lat. e bibliotheca Sambuci prodiit *Antvverpiæ 1568*, 8, *Heidelbergæ* ex Gommeliniano *1595*, 8. & cura ANDREÆ SHOTTI, *Antvverpiæ 1616*, 8. Videmus ab eodem deſcriptam vitam Plotini, Porphyrii, Iamblichi, Alipii, Ædeſii, Maximi aliorumque ſeculi quarti celebrium philoſophorum. Stylo quidem vtitur non ſatis perſpicuo, in ipſa vero deſcriptione eſt vtilisſimus. Tertius eſt HESYCHIVS MILESIVS, cuius liber *de claris philoſophis* græce & latine per Hadrianum Iunium editus eſt, cum notis Henrici Stephani, *Pariſiis 1593*, 8. & *Antvverpiæ 1575*, 8. poſt vero IOANNES MEVRSIVS eundem denuó edidit *Lugduni 1613*. 8. atque notas elegantisſimas addidit. Multa ſingularia autem de claris philoſophis habet Heſychius quos ordine alphabetico perſequitur. Huc faciunt

faciunt etiam PHILOSTRATI *vitæ Sophiſtarum*, quæ primum græce prodierunt *Venetiis* ex Aldina *1503, f.* poſt cum verſione latina Antonii Bonfinii *Baſileæ 1565, f.* qui ad fata veterum Philoſophorum potisſimum conducit. Sic etiam SVIDAS in lexico ſuo, cuius optima eſt editio, quæ græce & latine cura ÆMYLII PORTI prodiit *Coloniæ 1619, f.* in quo nunc denuo edendo multa cura inſudat LVDOLPHVS NEOCORVS. Inter ſcriptores poſterioris ætatis, qui vitas philoſophorum antiquiorum ſcripſerunt, primus eſt IOANNES VALLENSIS, qui *compendiloquium* ſcripſit *de vitis illuſtrium philoſophorum*, quod inter alia eius extat *Lugduni 1511, 8.* Poſt hunc GVALTERVS BVRLÆVS *de vita & moribus Philoſophorum* ſcripſit, quod opus typis adhuc rudibus, naſcente demum typographia, fuit excuſum. Alia editio prodiit *Coloniæ 1472.* Poſtea, teſte Labbeo, in bibliotheca bibliothecarum, ANTONIVS à SALA, Monbellenſis Ictus, *Caſali* in Italia anno *1603, 4.* pro ſuo edidit, excifis duntaxat quibusdam pagellis in fine. Idem *Burlæus* ſcripſiſſe quoque dicitur tractatum *de vitis modernorum philoſophorum.* Sed craſſos eiusdem errores, dum Liuium Andronicum, poetam, cum Patavino: Horatium poetam, cum Horatio Puluillo confundit, &

ſimiles iamdum notauit Voſſius de hiſtoricis latinis lib. II. c. LXV. RAPHAELIS VOLATERRANI *anthropologia virorum doctorum*, quæ prodiit cum aliis eiusdem *Hanouiæ 1603, f.* tota in eo eſt, vt deſcribat vitas philoſophorum & ſimilium ſcriptorum. Elegantiſſimus eſt tractatus IOANNIS IONSII *de ſcriptoribus hiſtoriæ philoſophicæ* libris IV. conſtans, atque editus *Francofurti 1659, f. 4.* vbi ſingulorum, antiquisſimorum etiam philoſophorum vitam, hiſtoriam, ſcholas, adſeclas & ſcripta, ætatis ratione habita, breviter quidem, ſed accurate exponit, ita vt recentiores etiam, qui in hiſtoria philoſophica quidpiam ſcripſerunt, non omittat. Addimus eos, qui particulares tantum quasdam vitas deſcripſerunt, inter quos habemus PAVLI LEOPARDI vitas & Chrias *Ariſtippi, Diogenis, Demonactis, Stratonis, Demoſthenis & Aſpaſiæ, Antvverpiæ 1596, 8.* MARINI librum *de vita Procli* græc. & lat. *Lugduni 1626, 8.* PHILOSTRATI *vitam Apollini Thyanei, Venetiis 1501, f.* de qua infra pluribus. GVARINVS VERONENSIS *vitas* ſcripſit *Platonis, Ariſtotelis, Euagoræ atque Homeri,* quæ poſt vitas Plutarchi ſeorſim impreſſæ. *Vitam Platonis* deſcriptam habemus a MARSILIO FICINO, quæ ab initio operum eius extat. Eandem quoque habet MAGNUS DANIEL OMEIS

Digitized by Google

OMEIS in *ethica* ſua *Platonica*, *Altdorfi* 1696, 8. edita. *Vitam Epicuri* ſcripſit GASSENDVS, *vitam Pythagoræ* MALCHVS & IAMBLICHVS, de quibus infra inter ſcriptores hiſtoriæ Philoſophicæ. Elegantiſſime *vitam Senecæ* deſcripſit ANDREAS SCHOTTVS, quæ edita eſt *Pariſiis* 1607, 8.

§. IV.

Fuere quoque, qui vitas Philoſophorum recentiorum deſcripſerunt. Inter hos primo loco referri meretur MELCHIOR ADAMI, qui *vitas Germanorum Philoſophorum* ſcripſit *Francoforti* 1615, & 1663, 8. editas. Vitas ſcripſit Philoſophorum, qui ſeculo XVI. claruerunt, in iisdemque ſatis accuratus eſt, niſi quod de ſcriptis parum habeat. Continuare eundem adgreſſus eſt HENNINGVS WITTE in *memoria Philoſophorum*, quæ prodiit *Francofurti* 1677, 8. in qua de Philoſophis agit, qui ſeculo XVII. claruerunt, ſed deſcriptiones ex programmatibus funebribus plerumque deſumtæ, quæ, vti ſæpius monitum, plerumque eſſe ſolent ſteriles. Additus tamen eſt in fine vitæ cuiuslibet catalogus ſcriptorum præcipuorum. Inter eos, qui ſpeciales tantum Philoſophorum vitas ſcripſerunt, claret PETRVS GASSENDVS, cuius *vita Brahei, Copernici, Peurbachii & Regiomontani* prodiit *Haga Comitum*

*1655, 4. vita Nicolai Claudii Fabricii Peireſcii, Hagæ 1651, 12.* quæ elegantisſime ſcripta, IOACHIMVS CAMERARIVS narrationem edidit *de vita & morte Philippi Melanchthonis Lipſiæ 1592, 8. Hagæ Comitum 1655, 12.* Eruditum eſt ſcriptum, in quo ſingularia multa, quæ ad hiſtoriam reformationis faciunt, atque verum vitæ deſcriptionis exemplar præbet, quippe etiam in notandis affectibus atque animi caracteribus occupatus fuit, quandoque tamen in rebus etiam minutioribus adducendis nimium ſcrupuloſus. Prodiit hæc narratio denuo *Lipſiæ 1696, 8.* atque acceſſit *vita Georgii Anhaltini* & *Helii Bobani Heſſi* ab eodem Camerario deſcripta.

# *CAPUT SECUNDUM*

## DE FONTIBUS PHILOSOPHIÆ.

§. I. *Inter fontes prima ſunt ſcripta Platonis, & ſectatorum.* §. II. *Platonis ſectatores recentiores.* §. III. *Ariſtotelis opera cum commentariis.* §. IV. *Scholaſtici veteres*



Digitized by Google

*res.* §. V. *Scholaſtici recentiores.* §. VI. *Recentiores philoſophiæ Ariſtotelicæ ſectatores.* §. VII. *Epicureæ philoſophiæ ſcriptores.* §. VIII. *Scriptores philoſophiæ Scepticæ.* §. IX. *Scriptores philoſophiæ Stoicæ.* §. X. *Scriptores philoſophiæ Pythagoricæ.* §. XI. *Scriptores philoſophiæ Ebræorum.* §. XII. *Scriptores philoſophiæ Kabbaliſticæ.* §. XIII. *Scriptores philoſophiæ Paracelſicæ.* §. XIV. *Scriptores philoſophiæ Rameæ.* §. XV. *Scriptores philoſophiæ Carteſianæ.* §. XVI. *Scriptores philoſophiæ eclecticæ exteri.* §. XVII. *Scriptores philoſophiæ eclecticæ Germani.* §. XVIII. *Scriptores philoſophiæ corruptæ.*

§. I.

HAbent ſuos fontes quælibet diſciplinæ, e quibus omnia, quæ ad eandem ſpectant, hauriuntur. In Philoſophia ſunt ſcripta illorum, qui quaſi Patres Philoſophiæ dici merentur. Antiquiſſimi philoſophi, ſi Hermetem hypobolimæum & poetas fabulatores excipiamus, qui ſcriptis quidpiam commiſerunt, ſunt Plato atque Ariſtoteles. PLATONIS quidem opera, cum notis *Ioannis Serrani*, prodierunt ex typogra-

phia Henrici Stephani *1571. f. 3. vol.* quæ editio emendatisſima & optima eſt. Alias æſtimanda quoque ea, quæ ex interpretatione latina Marſilii Ficini atque emendationibus Iſaaci Caſauboni prodiit *Lugduni 1590, f.* poſt, cum augmentis & commentariis *Francofurti 1602, f.* Diſcipulos & ſectatores habuit perplures, cum & plerique priorum ſeculorum eccleſiæ patres ſtrenui eſſent Platonis ſectatores, eo, quod in multis cum Scriptura ſacra conveniret, ideoque dictus fuit Moſes Atticiſſans. Inter alios & profanos ſectatores eſt PLOTINVS, cuius Philoſophiæ Platonicæ libri LIV. in ſex enneades diſtributi prodierunt græce, cum interpretatione & commentariis Marſilii Ficini *Baſileæ 1580, f.* & *1615, f.* Ex eadem philoſophia depromtus eſt IAMBLICHI *de myſteriis liber*, quem Thomas Gale græce edidit cum verſione & notis, *Oxonii 1678, f.* in quo doctrinam Platonicam de ſemideis, heroibus, dæmonibus & ſimilis generis declarat. Nec minor eſt PROCLVS, cuius *Theologiæ Platonicæ* libri ſex, ex bibliotheca Gottorpiana primum eruti & græce cum latina interpretatione Aemylii Porti editi *Hamburgi 16 8. f.* Extat eiusdem *commentariis in Timæum*, græce, *Baſileæ 1534, f.* aliusque in *Platonis Theologiam Hamburgi 1618, f.* & qui in eundem Timæum & librum

librum de republica facit commentarius SEBASTIANI FOXII, *Baſileæ 1555, f.* Huc faciunt ſcripta PORPHYRII *de abſtinentia ab animalibus necandis*, de *vita Pythagoræ*, *ſententiæ ad intelligibilia ducentes de antro nympharum*, quæ latine vertit, cum præfatione & notis edidit Lucas Holſteinius. *Cantabrigiæ 1655, 8.* MAXIMI TYRII diſſertationes græce & latine cum notis edidit Daniel Heinſius, *Lugduni 1614*, & *1631, 8.* Acceſſit huic editioni ALCINOI *introductio ad philoſophiam Platonis*, quæ eiusdem compendium præbet: SYNESII PSELLI, SPEVSIPPI, XENOCRATIS libros *ad philoſophiam Platonicam* facientes in latinum ſermonem tranſtulit Marſilius Ficinus, & cum Mercurii Triſmegiſti Pimandro atque Aſclepio euulgauit *Venetiis 1516, f.* Inter Patres eccleſiæ præcipue ſectatus fuit Platonicam Philoſophiam SYNESIVS, cuius opera edidit cum notis Dionyſius Petavius, *Lutetiæ 1631, f.* & PHILO IUDÆVS, cuius editio eſt optima, quæ græce & latine prodiit *Pariſiis 1640, f.*

§. II.

Inter recentiores, qui Platonis philoſophiam ſequuntur, primo loco veniunt MARSILII FICINI opera, *Pariſiis 1641, f.* 2. vol. quæ ad explicationem Platonis multum conducunt. IOANIS PICI MIRANDVLÆ & IOANNIS FRANCISCI

MI-

Digitized by Google

MIRANDVLÆ opera *Baſileæ 1611, f.* qui omnia ex Cabbala deducunt. Nec reticendus hic eſt FRANCISCVS PATRICIVS, cuius non ſolum philoſophia vniuerſalis noua, quæ *Venetiis 1592, f.* prodiit, ad methodum philoſophiæ Platonicæ plene directa eſt, ſed etiam *diſcuſſionum Peripateticarum* Tomos quatuor ſcripſit *Baſileæ 1581, f.* editos, in quarum Tomo primo agit de Ariſtotelis vita, moribus, libris, auditoribus, ſectatoribus, expoſitoribus, interpretibus, ſectis, philoſophandi ratione. Tomus ſecundus Ariſtotelis cum Platone aliisque veteribus philoſophis a multis promiſſam, a nemine editam, in omni philoſophiæ genere concordiam libris octo continet. Tomo tertio Ariſtotelis cum Platone aliisque veteribus a nemine promiſſam vel editam diſcordiam libris ſeptem perſequitur. Tomo quarto Ariſtotelis dogmatum cenſuram Philoſophicam libris decem inſtituit. Ex quo facile videmus, quantum ad obruſſam vocauerit philoſophiam Ariſtotelis Patricius, acerrimus ſectator Platonis. *In Timaum* & *Phædronem Platonis* fuit commentatus SEBASTIANVS FOXIVS, *Baſileæ 1556, f.* In *Catonem* vero *de Republica atque legibus* MONTECATINVS. BESSARIONIS Cardinalis libri XV. contra Platonis calumniatores prodierunt.

*Ano-*

*Anonymi academicarum contemplationum libri X.* inquibus Plato explicatur & Peripatetici refelluntur, qui prodierunt *Theupoli 8. Politicam Platonis* ſcripſit RVDOLPHVS GOCLENIVS, *Marpurgi 1607, 4. Ethicam Platonicam* MAGNVS DANIEL OMEISIVS *Altdorfi 1696, 8.*

§. III.

Platoni proximus eſt ARISTOTELES, eius diſcipulus, cuius *opera* græce & latine primum ex bibliotheca Iſaaci Caſauboni prodierunt cum notis & indicibus, tum eorum, qui in Ariſtotelem ſcripſerunt, tum fragmentis quibusdam, *Lugduni 590, f.* Magis ſplendida eſt editio, quam in quatuor tomos digeſſit, notis atque disquiſitionibus illuſtravit GVILIELMVS du VALLIVS, *Pariſiis 1654, f.* Græce ſolum prodiit *Venetiis* apud Aldum *1579, f.* 4. vol. & Friderici Sylburgii *Francoforti ad Mœnum 1587, 4.* quæ editio eſt emendatiſſima. Iungendi ſtatim ſunt Ariſtoteli eiusdem interpretes, qui vel Græci ſunt, vel Arabes, vel latini. Inter Græcos claret ALEXANDER APHRODISÆUS, qui in plerosque libros Ariſtotelis fuit commentatus, eiusdemque ſcripta varia *Pariſiis 1528, f.* & *Venetiis* ex Aldina prodierunt. Alter ex Commentatoribus eſt THEMISTIVS, cuius opera omnia prodierunt *Venetiis* ex officina Aldi 1534, f. AMMONIVS ALEXANDRINVS in *Categorias Ariſtotelis*

*& librum de interpretatione* commentarium edidit, qui cum verſione Ioannis Baptiſtæ Roſarii prodiit *Venetiis 1569. f.* SIMPLICII commentarios habemus in libros auſcultationis, de cœlo & de anima, qui prodierunt diuerſis vicibus. Eiusdem coævus atque aduerſarius erat IOANNES GRAMMATICUS, dictus PHILOPONVS, qui commentatus eſt in priora & poſteriora analyticorum, libros de auſcultatione, generatione, corruptione & de anima. Facit huc etiam AMMONIVS HERMÆVS *in Porphyrii inſtitutionem, Ariſtotelis categorias & librum de interpretatione*, MICHAEL EPHESIVS *in quatuor libros Ariſtotelis de partibus animalium & ſimiles*, quos horumque editiones adnotare longum foret, ſciendum tamen, plerosque græce impreſſos eſſe Venetiis ex Aldina, poſt recuſos plerumque cum interpretatione latina Baſileæ. Horum quidem maieſtas olim magna erat, nunc fere ceciderunt in profundum. Neque tamen deſunt etiam inter Arabes, qui in Ariſtotelem fuerunt commentati, inter quos primus ſine dubio eſt AVERROES, vir impius alias & execrabilis, licet etiam ſenſum eius nonnunquam perverterint, & qui inter metaphyſicos non contemnendus, AVICENNA, cuius tamen philoſophia delira-

men-

Digitized by Google

mentis Alcorani prior eſt. Plura de Commentatoribus Ariſtotelis habet in diſcusſionibus ſuis Peripateticis Patricius.

§. IV.

Accenſendi ſtatim ſunt ſcholaſtici, qui vulgo etiam dicuntur interpretes latini Ariſtotelis: quorum magnus eſt numerus. Horum in ſcriptis auctor eſt PETRVS LOMBARDVS, cui cum ſorderet antiqua methodus, novam rationem adinuenit, & multis diſtinctionum, quæſtionum & ſubtilitatum ambagibus Theologiam cum Philoſophia Ariſtotelica miſcuit, iisdemque utramque corrupit. Sanior quidem eiusdem adhuc erat philoſophia, cum parcior vel nulla eſſet Ariſtotelis in Theologicis dogmatibus mentio. Ab adſeclis vero & iis, qui in libros hoſce ſententiarum fuerunt commentati, Theologia tota cœno quæſtionum rivulisque opinionum conturbata fuit. Neque tamen deſunt, qui hunc Lombardum frequenti manu tractare ſolitum fuiſſe introductionis ad Theologiam libros tres, quos cum aliis Abelardi edidit FRANCISCVS AMBOESIVS, *Pariſiis* 1616, 4. Immo a crimine plagii non immunis erit Lombardus. Extat enim Magiſtri BANDINI liber ſententiarum, qui *Viennæ* prodiit 1519, 8. cura Benedicti Chelidonii, poſt *Lovanii* recuſus eſt 1555, &

1577,

1577, 8. Conuenit titulus, eædem quæſtiones, eodemque ordine proponuntur, iisdem rationibus deciduntur, ita, vt licet paullo concifius ſit opus Bandini, & ſtylus diſpar, dubitatum tamen fuit, quis alterius labore fuerit uſus, Lombardum quidem multi defendere conantur, Chelidonius tamen, ex eo priorem ſcripſiſſe Bandinum, probat, quod, vbi de ſacramentis agitur, Lombardus quædam, Bandinus plane nihil attulit, & integram plane ſacramenti ſpeciem omiſit, quod abbreuiatorum alias non eſt. Latius de hac controuerſia egit Iacobus Thomaſius de plagio ſect. 493. & ſeqq. Hi autem ſententiarum libri tanti æſtimabantur, vt vel parem (ſi non maiorem) auctoritatem haberent olim, ac ſacræ litteræ. Quare etiam plures fuerunt, qui in illos commentarentur. Primus illud egit ALEXANDER *Halenſis*, dictus doctor irrefragabilis, cuius *quæſtiones in IV. libros ſententiarum* Lombardi prodierunt *Lugduni 1515. f.* Hunc inſecutus eſt ALBERTVS, ab eruditione MAGNVS dictus, qui immenſis ſuis commentariis in omnes Ariſtotelis & Lombardi libros hanc Scholaſticam diſciplinam mirum quantum adauxit. Prodierunt ejus *Opera omnia*, quotquot reperiri potuerunt in XXI. Tomos diſtributa, cura Petri Lammii, *Lugdu-*

*Lugduni 1651, f.* Ab hoc noua ætas ſcholaſticorum fuit orta, qui vulgo dicuntur Summiſtæ, Quæſtionarii. Hi enim reiecta Scripturæ ſacræ autoritate, Ariſtotelis metaphyſicam & omnem philoſophiam, terminorum ſubtilitate corruptam habuerunt pro principio demonſtrationum Theologicarum. Adeo vt Patrum horum Scholaſticorum effata atque axiomata Patrum eccceſiæ dictis immo Scripturæ Sacræ enunciatis longe maioris auctoritatis habuerint. Vnde tot plauſtra Commentatorum in Ariſtotelem & Lombardum, tot ſubtiles quæſtiones Metaphyſicales de entitate, ideis, formis, ſubſtantiis ſeparatis, indiuiduitate, identitate & quæ barbara alia. Aleſi atque Alberti diſcipulus erat THOMAS de AQVINO, doctor angelicus adpellatus & Seraphicus, cuius Metaphyſicale acumen venerantur omnes, quotquot huic barbariei addicti. Huius *opera* primum iuſſu & ſumtibus Pii V. prodierunt *Romæ 1570, f.* XVII. vol. quam emendatiſſimam cenſent Labbeus, Altamarus & plerique alii, eo quod pontificia auctoritate munita. Poſtea recuſa fuerunt *Venetiis 1594*, iuxta exemplar Romanum & cum commentariis partim Thomæ de Vio Caietani, partim Franciſci Ferrarienſis, *Antvverpiæ 1612, f.* Tomis XVIII. per Coſmam Morelles, Do-

ctorem & Profeſſorem Colonienſem. Completiſſima vero & emendatisſima eſt editio Pariſienſis, quæ ſub titulo prodiit: *Sancti Thomæ Aquinatis, ex Ordine Prædicatorum, Quinti eccleſiæ Doctoris Angelici Opera omnia, ad fidem vetuſtiſſimorum Codicum Mſtorum & editorum emendata, aucta & cum exemplaribus Romano, Veneto & Antwerpienſi accurate collata. Nunc primum in Galliis prodeunt, partim a Reuerendo Patre Ioanne Nicolai, a mendis expurgata & notis marginalibus illuſtrata; partim ab aliis patribus eiusdem Ordinis emendata Pariſiis, apud Societatem Bibliopolarum 1660, f.* Inter hæc autem ſummam eiusdem Theologicam, in quam tot extant commentationes, Aquinati abiudicavit Launoius, mire exinde exagitandus ab omni monachorum ordine, cum in Vincentii Bellouacenſis, Aquinate anterioris, Speculo Morali eadem iisdem reperiantur verbis. Proximus IOANNES BONAVENTVRA, a parentibus Fidantius dictus, cuius *opera* excuſa ſunt *Coloniæ 1486, f. Romæ 1588, f. 1598, f.* VII. Tomis & *Lugduni 1668, f.* VII. Tomis. Hunc excipit GVLIELMVS DVRANDVS, a *Speculo*, quod edidit, Speculator dictus. Seculo decimo quarto noua ſecta ſcholaſticorum per IOANNEM DVNS SCOTVM erecta fuit, cuius *quæſtiones in Metaphyſicam, quodlibeta*

&

& *commentaria in quatuor libros ſententiarum* atque ſimilia extant. Omnia vero eius opera collegit, eademque in XII. Tomos diſtributa edidit Lucas Wadingus, *Lugduni 1639, f.* Eiusdem ſeculi fuere GVILIELMVS OCCAMVS, MICHAEL CÆSENAS, IOANNES de PARISIIS, THOMAS BRADWARDINVS, ROBERTVS HOLCOTH, THOMAS BRICOTH atque alii, qui dicti fuerunt Doctores Cherubici, Solennes, Solidi, Fundatiſſimi, Illuſtratiſſimi, Acuti, Subtiles, Singulares, Facundi, Reſolutiſſimi, Ordinatiſſimi, quorum Quotlibeta, Determinationes, Formalitates, Specula, Quæſtiones *Solennes*, Quæſtiones ſuper Quæſtiones, prædicamentorum, acroamaticorum, Metaphyſicalium ſubtilitates paſſim in bibliothecis cum blattis atque tineis pugnant.

§. V.

Magna quidem decrementa cœpit Theologia Scholaſtica per Reformationem, nec tamen plane deſiit cum ſeculo decimo quinto. Claruit illo THOMAS CAIETANVS, qui in *primam, ſecundam & tertiam partem Aquinatis* commentatus fuit *Venetiis 1508*, & *Lugduni 1580, f.* Extant eiusdem quoque *opuſcula aurea de curioſiſſimis materiis ſpeculatiuis & practicis, Pariſiis 1511, 4.* Huc faciunt

ciunt GABRIEL VAZQVEZ *Commentarii ac diſputationes in S. Thomam, Antvverpiæ 1621, f. 3. vol.* DOMINICI BANNES *Commentarius in primam & ſecundam partem Thomæ, Lugduni 1588, & Duaci 1614, f. 3. vol.* DIDACI RVITZ DE MONTOYA *commentarii ac diſputationes ad quæſtionem XXIII. & bonam partem quæſtionis XXIII. ex prima parte S. Thomæ, Lugduni 1631, f.* præcipuus inter pontificios habetur FRANCISCVS SVARETZ, cuius *opera omnia* prodierunt *Moguntiæ 1621, f. 5. vol.* atque ob acumen Metaphyſicale ſuos habent æſtimatores. Recentiores ſunt GEORGII de RHODES *Diſputationes Theologiæ Scholaſticæ, ad primam & vtramque ſecundam partem ſummæ Thomæ directæ* atque editæ *Lugduni 1671, f.* in quibus explicatur Deus, Angelus & Homo. DOMINICVS SOTO *in quartum ſententiarum fuit commentatus, Duaci 1613, f. 2. tomis* IOANNIS CAPREOLI *quæſtiones* extant *in libros ſententiarum*, cum caſtigationibus & adnotationibus per Aquarium, *Venetiis 1588, f.* Vtrique mediam fere viam tenent inter Thomam & Scotum. Hæc autem Scholaſticorum principia hodie adhuc valent apud Pontificios. Dominicani enim Scoto, Franciſcani Thomæ favent, Ieſuitæ vtrique. Apud Hiſpanos Scoti philoſophia plurimum exculta atque apud

Bohe-

hemos. Inter noſtrates Scheiblerus, Stahlius, Ebelius & Iacobus Martini eandem amplexi.

## §. VI.

Inter recentiores philoſophiæ Ariſtotelicæ ſectatores plures ſunt, quos adlegare omnes nimium foret. BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS primus erat, qui philoſophiam Ariſtotelicam per Scholaſticorum barbariem magis corruptam reſtituit *ſyſtemate* ſuo *philoſophiæ vniuerſalis*, quod *Hanouiæ* prodiit *1613, f.* Alii, ex pontificiis præſertim, tot curſus Philoſophicos ediderunt. Quo facit RODERICI de ARRIAGA *curſus Philoſophicus, Antvverpiæ 1638, f.* & *Pariſiis 1674, f.* FRANCISCI de OVIEDO *curſus Philoſophicus, Lugduni 1645, & 1651, f.* IOANNIS HENRICI ALSTEDII *encyclopædia, Herbornæ 1630, f.* & ſimiles. Huc facit etiam *Collegium Conimbricenſe in Ariſtotelis Logicam, Coloniæ Agrippinæ 1611, 4. in phyſicam, Coloniæ 1625, 4. in eiusdem meteora, Coloniæ 1617, 4. in libros de generatione & corruptione, Coloniæ 1615, 4.* Quæ ſingula tribus voluminibus conſtant, *Collegii Complutenſis diſputationes in Ariſtotelem, Lugduni 1632, 4.* duobus Tomis *Philoſophia Vetus & noua ad vſum ſcholæ accommodata, Pariſiis 1671, 4. Philoſophia Altdorfina* a profeſſoribus academiæ Altdorfinæ

 ador-

adornata ad mentem Ariſtotelis, quæ hodie quoque multum æſtimatur.

§. VII.

Epicurea philoſophia paucos olim habuit ſectatores, eo, quod homo litteris non adeo imbutus eſſet Epicurus. Clarus eſt inter veteres LVCRETIVS, qui Epicurum atque Empedoclem ſequitur. Editiones eius variæ ſunt. Laudanda eſt illa, quam Dauid Paræus edidit cum notis & lexico elegantiarum Lucretianarum, *Francofurti 1631, 8.* alia prodiit recognita per Dionyſium Lambinum, cum emendationibus Adriani Turnebi, *Pariſiis 1565, 8.* Optima vero eſt, quæ cum coniecturis atque emendationibus Tanaquilli Fabri prodiit *Salmurii 1662, 4.* qui & textum emendauit, & multas notas criticas adiecit. Ioannis Nardi vero editio *Florentiæ 1674, 4.* facta, apud eruditos non adeo æſtimatur. Alter, qui Epicurum ſecutus, eſt T. PETRONIVS ARBITER, qui cum prolixis & vniuerſalibus notis Ioannis Petri Lotichii, aliorumque, quas addidit, prodiit *Francofurti 1629, 4.* Optima vero eſt editio Ioſephi Antonii Gonſali de Salas, *Francofurti 1644, 4.* qui in ſpurciſſimum alias auctorem doctiſſimas notas, in quibus multas explicauit antiquitates, atque indicem accuratiſſimum confecit. Fragmen-

mentum eius Tragurii apud Dalmatas repertum prodiit cum Chriſtophori Arnoldi & variis eruditorum epiſtolis de hoc fragmento, *Noriberg. 1667, 8.* Reperto demum codice Albæ Græcæ integer prodiit *Roderodami 1693, 8.* Superiori ſeculo Epicuream hanc philoſophiam, relicta Ramea, reſtaurauit ex parte PETRVS GASSENDVS. Primum quidem *vitam Epicuri & mores* ſingulari ſcripto expoſuit, quod prodiit *Lugduni 1647, 4.* Sequebantur ſtatim *animaduerſionum Tomi tres in Diogenem Laertium de vita & philoſophia Epicuri, Lugduni 1649, 4.* Prodiit poſtea *philoſophiæ Epicuri ſyntagma*, in quo vera principia Philoſophiæ Epicureæ atomiſtica exponit. *Omnia* eiusdem *opera* prodierunt *Lugduni 1658, f. 6.* vol.

## §. VIII.

Ad Scepticam Philoſophiam ex antiquioribus facit SEXTVS EMPIRICVS, qui *aduerſus Mathematicos*, ſiue eos, qui profitentur diſciplinas, ſcripſit libros ſex, & Pyrrhonicorum hypotheſium libros tres, cuius *opera* græce & latine extant cum notis Henrici Stephani *1621, f.* Inter recentiores fundamenta ſcepticiſmi continentur in tractatu FRANCISCI SANCHETZ, *quod nihil ſcitur, Lugduni 1581, 8.* quem poſtea Daniel Hartnaccius ſub titulo: *Sanchetz aliquid ſciens* denuo

 edidit

Digitized by Google

edidit *Stettini 1665, 12.* vbi in notis demonſtrauit ipſum Sanchetz dubiis ſuis magnam præ ſe ferre eruditionem. FRANCISCI DE LA MOTHE LE VAYER *dubia ſceptica, doutes ſceptiques, Pariſiis* prodierunt *1667, 12.* qui ſcepticismum magnam etiam vtilitatem in ſacris habere contendit. Id quod etiam demonſtrare voluit IOSEPHVS GLANVILLE, *in ſcepſi* ſua *ſcientifica, Londini 1695, 8.* & in alio, quem inſcripſit *Philoſophia pia,* qui editus eſt *Londini 1671, 8.*

## §. IX.

Stoicæ philoſophiæ compendium exhibuit EPICTETVS, cuius *enchiridion* cum Simplicii & Arriani commentariis prodiit cura Claudii Salmaſii, *Lugduni 1649, 8.* poſt hæc prodiit cum CEBETIS Thebani *tabula* græce & latine, ex recenſione Abrahami Berkelii, cum eiusdem animaduerſionibus & notis: accedunt notæ Wolphii, Caſauboni, Caſelii & aliorum cum Græca paraphraſi, *Lugduni Batauorum 1671, 8.* Non immerito hoc enchiridion dicitur Stoicæ & Moralis diſciplinæ veluti anima. Eandem ſectatus fuit SENECA, cuius operum editio eſt optima, quæ cum notis Lipſii & variorum, cura Ioannis Friderici Gronouii prodiit *Amſtelodami*, apud Danielem Elzeuirium *1673, 8. 3. vol.* Sectatores plures habuit, quo-

Digitized by Google

quorum tamen perpauci ſcriptis aliquid reliquerunt. Facit tamen huc M. AVRELII ANTONINI liber περὶ ἑαυτῦ, quem ex Stoicorum principiis compoſuit. Scriptum hoc ex bibliotheca Palatina primus in lucem emiſit Conradus Gesnerus, cum Guilielmi Xylandri interpretatione & notis *Tiguri 1550, 8.* Hanc translationem poſtea emendauit Mericus Caſaubonus, *Londini 1643, 8.* qui etiam eruditas notas atque emendationes adiecit. Recenſuit poſtea ac perpetuo commentario illuſtrauit Thomas Gatakerus *Cantabrigiæ 1652, 4.* & *Londini 1655, 4.* Ex recentioribus habemus IUSTI LIPSII *libros III. phyſiologiæ Stoicæ, Antvverpiæ 1604, 4.* Eiusdemque *manuductionem ad philoſophiam Stoicam, Antvverpiæ 1610, 4.* HIERONYMUS MAGIVS *de mundi exuſtione libros V.* euulgauit. *Baſileæ 1562, f.* cui tamen præferendus eſt IACOBVS THOMASIVS in exercitatione *de Stoica mundi exuſtione, Lipſiæ 1676, 4.* Dni de VAIX *philoſophia moralis Stoica,* gallice ſcripta, ſed anglice verſa per Carolum Cottonum, equitem, *Loisdini.* CASPARIS SCIOPPII vero *elementa philoſophiæ Moralis Stoicæ, Moguntiæ 1606, 8.* edita, integra non prodierunt, cum a capite LXX. incipiant in CLIII. vero finiant.



Digitized by Google

§. X.

Sunt præterea aliæ philoſophorum ſectæ, quæ origine antiquiores licet ſint hiſce, quas recenſuimus, nihil tamen fere ab ipſis ſcriptis fuit relictum, niſi vel certa quædam lemmata vel ſymbola; ex quibus dein recentiores certa deduxerunt principia. Pythagorica philoſophia Platonica adhuc eſt antiquior, cuius philoſophiæ elementa pandunt *aurea Carmina*, quæ ſub PYTHAGORÆ nomine circumferuntur, licet ipſius non ſint, ſed vel Lyſidis Tarentini, vel PHILOLAI, plerumque tamen in moralibus conſiſtunt. Commentatus fuit in eadem HIEROCLES, in libro ſuo *de prouidentia & fato*, qui cum interpretatione & notis Ioannis Canterii prodiit *Pariſiis 1583, 8.* poſt, cum notis Ioannis Pearſoni, *Londini 1654, 8.* Ex recentioribus hæc aurea carmina illuſtrarunt Michael Neander, *Lipſiæ 1577, 8.* & poſt eum Theodorus Marcilius, *Lutetiæ 1585, 12.* Commentatus in eadem quoque fuit PHILIPPVS BEROALDVS, *Baſileæ 1534, 4.* & LILIVS GREGORIVS GYRALDVS, *Baſileæ 1580, f.* Faciunt huc etiam Franciſci Bernii arcana moralia ex Pythagoræ ſymbolis, Ferrariæ 1609, 4. edita, quæ poſtea notis atque coniecturis adauxit Paulus Pater, Francofurti ad Mœnum 1687, 8.

Præ-

Præter hæc diſcimus dogmata huius philoſophiæ ex MALCHI, ſiue vti malunt, PORPHYRII tractatu *de vita Pythagoræ & ſententiis Pythagoricis*, quem librum cum eruditiſſimis notis edidit Conradus Rittershuſius, *Altdorfi 1610, 8.* Inter Mſta, Bibliothecæ Hamburgenſi a Luca Holſteinio legata, extant IAMBLICHI Chalcidenſis Syri libri quatuor *de vita & doctrina Pythagoræ*, ex codice Vaticano tranſcripti. Hos in latinam linguam tranſtulit anonymus quidam, licet ineptam tranſlationem iudicet Holſtenius. Extant quoque aliorum gnomæ ex philoſophia Pythagorica deductæ. Ita habemus DEMOPHILI gnomas Pythagoreas, SEXTI PYTHAGOREI *ſententias* e græco in latinum verſas a Ruffino, quas inter opuſcula mythica euulgauit THOMAS GALE, *Amſtelodami 1688, 8.* Alia fragmenta conſeruauit IOANNES STOBÆVS, quæ cum verſione Canteri & Spondani edidit Theodorus Zuingerus in commentario in Ariſtotelis libros Nicomachicos & politicos, quæ etiam Iſaacus Caſaubonus editioni ſuæ Laertianæ adiecit. Epiſtolæ vero THEANIS, MYÆ, MELISSÆ ipſiusque PYTHAGORÆ in editione Iamblichi de vita Pythagoræ comparent. Inter ſectatores æque refertur OCELLVS LVCANVS, in opere *de natura vniuerſi*, quod

Caro

Carolus Emanuel Vizzanius edidit *Bononiæ* *1646,4.* licet hinc inde etiam a ſententiis Pythagoreorum diſcrepet. Ex recentioribus dogmata Pythagoræ expoſuit IOANNES SCHILTERVS in ſua *de diſciplina Pythagorica* diatribe, quæ eiusdem manuductioni ad philoſophiam moralem adnexa eſt. Præferendus tamen IOANNIS SCHEFFERI *de natura & conſtitutione Philoſophiæ Italicæ, ſeu Pythagoricæ, liber ſingularis*, qui ex ſecunda editione cura C. S. Schurtzfleiſchii prodiit *Witteberga 1701,8.* atque finem, fructum & dogmata eius philoſophiæ plenius expoſuit. *Ethicam Pythagoricam* erudite perſecutus fuit MAGNVS DANIEL OMEISIVS, *Altdorfi 1693,8. de Pythagorica animarum transmigratione* erudite egit PAGANINVS GAVDENTIVS, *Piſis 1641,4.*

§. XI.

Antiquiora adhuc ſunt dogmata philoſophiæ Ebræorum, vbi primum venit philoſophia Moſaica. Facit ad eandem ROBERTI FLVD de Fluctibus *philoſophia Moſaica, Goudæ 1638*, & IOANNIS AMERPOEL *Carteſius Moſaizans*, ſiue hiſtoria diuina Geneſeos explicata & illuſtrata *Leouardiæ 1669, 12.* Facit huc etiam præ ceteris IOANNIS CHRISTOPHORI STEEBII *cœlum Sephiroticum Hebræorum, Moguntiæ 1679.f.* & CÆSAR-

AEVO-

AEVOLVS *de diuinis attributis, quæ Hebræis Sephirot dicta, Venetiis 1580, 4* & qui hæc principia Ebræorum elegantisſime explicauit IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, *in introductione ſua ad hiſtoriam philoſophiæ Ebræorum, Halæ* edita *1702, 8.* Altera eſt philoſophia Rabbinica, quæ pro fundamento habet ſcripta Rabbinorum, ad quæ cognoſcenda præter THEODORVM HACKSPANVM *de vſu ſcriptorum Rabbinicorum*, & IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII præfationem *ad tela ignea*, facit potisſimum dicta celeberrimi Buddei introductio. Præcipue vero ex opere Talmudico hæc ſumenda erit. Plures etiam ſunt ex Rabbinis, qui logicas, phyſicas, ethicas, & metaphyſicas ad mentem Ariſtotelis compoſuerunt, quorum perplures videmus adlegatos in Buddei introductione §. XXXII. Ita quoque agnatus meus, IOANNES IVLIVS STRVVIVS *rudimenta logicæ Ebræorum* ex Iudæorum ſcriptis eruit, ad methodum Ariſtotelicam adplicauit atque exemplis illuſtrauit, prodierunt *Ienæ 1697, 4.*

§. XII.

Ex philoſophia Moſaica profluit Kabbaliſtica, quam ex Chriſtianis plures fuerunt ſecuti. IOANNES PICVS MIRANDVLANVS primus erat. Hic primum Romæ ad diſputandum propoſuit nongentas

con-

Digitized by Google

concluſiones, e quibus LXVI. ſunt Kabbaliſticæ, ſecundum opinionem propriam ex ipſis Ebræorum ſapientum fundamentis, Chriſtianam religionem maxime confirmantes. Earum poſtea apologiam ſuſcipere coactus fuit, in qua mentem ſuam plenius expoſuit. Prodierunt omnia eius *opera Baſileæ 1573, & 1601, f.* apud Henricum Petri. Secutus hancce fuit IOANNES REVCHLINVS, dictus CAPNIO, cuius *de arte Kabbaliſtica*, atque alius *de verbo mirifico* extant tractatus. Hoſcè Reuchlini tractatus coniunctim cum aliis publicauit IOANNES PISTORIVS, in ſuo *de arte Kabbaliſtica* opere, quod prodiit *Baſileæ 1587. f.* in quo etiam extant PAVLI RICII *de agricultura cœleſti libri IV.* ARCHANGELI BVRGONOVENSIS *interpretationes in ſelectiora obſcurioraque Kabbaliſtarum dogmata*, atque alii tractatus eiusdem argumenti. Noſtra ætate eandem ſecutus fuit HENRICVS MORVS, qui tamen in Pythagoreorum aliorumque philoſophorum gentilium monumentis priſcæ Ebræorum philoſophiæ veſtigia ſcrutatus eſt, & Kabbaliſtarum effata liberius ad Chriſtianæ religionis decreta accommodauit. Hic primum doctrinæ ſuæ Kabbaliſticæ ſpecimen, *coniecturam* ſcilicet *Kabbaliſticam*, edidit *Londini 1653*, quod tantamen coniecturale eſſe voluit interpre-



Digitized by Google

tandi mentem Moſis in tribus primis Geneſeos capitibus, ſecundum triplicem Kabbalam, litteralem, philoſophicam & myſticam, ſiue diuino-moralem. Eodem anno Kabbalæ huius triplicis defenſionem edidit, in quo ea, quæ breuius vel obſcurius dicta, plenius explanauit. Cum autem SAMVEL ANDREÆ *examen generale Kabbalæ philoſophicæ Henrici Mori* publicæ luci expoſuiſſet, reſpondet ipſi Morus in ſcholiis, huic defenſioni poſtea adiectis. Poſt interſtitium viginti vere annorum edidit Morus *Trium tabularum Kabbaliſtiarum decem Sephirothas ſiue Numerationes exhibentium deſcriptio, ſcilicet tabulæ Sephirotharum Kabbaliſtiæ & Iudaicæ vulgaris, Tabulæ Sephirotharum Knorrianæ ac Lobrianæ in ſublimioris Kabbalæ clauem Zoariſticam deſtinatæ, & denique Tabulæ Sephirotarum Græcanicæ ſiue Pythagoricæ ab H. M. reſtitutæ.* Præmiſſa etiam eſt epiſtola ad auctorem Kabbalæ denudatæ, Chriſtianum Knorrium, in qua de vſu decem Sephirotharum diſſerit. Sequuntur *quæſtiones* eius & *conſiderationes paucæ breuesque in tractatum primum libri Druſobine, ſiue introductionem genuinam metaphyſicam ad Kabbalam genuinam, cuius auctor eſt R. Iizchac Iorienſis*, in quibus euincit, ab hoc auctore & reliquis Kabbaliſtis recentioribus multa propoſita fuiſſe inepta & a vera

Kab-

Digitized by Google

Kabbala aliena. Inſecuta eſt eiusdem *viſionis Ezechielis ſiue Mercauæ expoſitio ex principiis philoſophiæ Pythagoricæ, præcipuisque Theoſophiæ Iudaicæ reliquiis concinnata, miraque cum locis Scripturæ Sacræ hactenus obſcuris luculentaque congruitate conſolidata.* Vltimum Mori ſcriptum eſt *fundamenta philoſophiæ ſiue Kabbalæ Aeto pædomeliſſææ, quæ omnem creationem proprie dictam negat, eſſentiamque ſupponit diuinam, quaſi corporeo ſpiritualem, mundumque materialem aliquo modo ſpiritum, cum breui ac luculenta fundamentorum dictorum confutatione.* Quæ ſingula eius ſcripta primum anglice edita, poſt latinitate cum aliis eiusdem philoſophicis prodierunt *Londini 1679, f.* Alter reſtaurator huius philoſophiæ eſt CHRISTIANVS KNORRIVS a ROSENROTH, cuius opus duos comprehendit tomos. Prioris titulus eſt: *Kabbala denudata,* ſeu *doctrina Ebræorum tranſcendentalis & Metaphyſica atque Theologica, opus antiquiſſimæ philoſophiæ Barbaricæ variis ſpeciminibus refertiſſimum, in quo ante ipſam libri translationem libri difficillimi atque in litteratura Ebraica ſummi, commentarii nempe in Pentateuchum & quaſi totum ſcripturarum V. T. Kabbaliſtici, cui nomen Sohar, tam veteris, quam recentis, eiusque Tikkunim ſeu ſupplementorum tam veterum, quam recentiorum præmittitur apparatus.* Alter tomus tiulum

præ-

præfero *Liber Sohar reſtitutus*. Prior Tomus prodiit *Solisbaci* 1677. 4. alter *Francofurti* 1684. 4. Tacemus iam alias ſpecies philoſophiæ mythicæ, Socraticæ, aliasque, de quibus infra inter ſcriptores hiſtoriæ philoſophicæ erit dicendum.

§. XIII.

Alia ex Kabbaliſtarum fundamentis cum ſacra ſcriptura, Chymia & Platonicorum principiis commixtis orta eſt philoſophia, quæ vulgo dicitur Paracelſica. Auctorem illa habet PHILIPPVM AVREOLVM THEOPHRASTVM PARACELSVM a BOMBAST. Huius *opera*, coniunctim prodierunt ex editione vltima *Geneuæ* 1658. f. alias inter Germanicas optima eſt, quæ *Baſileæ* 1589. 4. prodiit XII. Tomis. Homo erat magni ingenii, cuius hiſtoria atque epitaphium de peritia ſingulari in arte medica & medelis morborum etiam inſanabilium teſtantur. Sed quod dolentum, vino & crapulæ nimium deditus, ita vt vinoſo ore famulo ſuo Ioanni Oporino in calamum daret ſcripta iſta, quæ ſub eius nomine poſtea fuerunt euulgata. Hinc, licet ſaniora ſæpe proponat in Spirituum doctrina, circa meteora, phyſices principia, aſtrorum vſum & ſimilia, confuſum tamen ſcribendi eſt genus atque inordinatum. Qui fit, vt pauci eundem



Digitized by Google

intelligant, ille tamen, qui fundamentis artis ſolide inſtructi ex eo haurient, quæ in vſum ſuum ducant. Secuti hanc philoſophiam fuerunt Valentinus Weigelius, Iacobus Böhmius & fratres Roſeæ Crucis. Immo quæ ſaniora ſunt, ex eadem hauſit Ioannes Arndius, qui tamen ea non ad abuſum, ſed ad explicanda principia naturalia vtitur. Ioannes Baptiſta Helmontius in ſcriptis ſuis eandem philoſophiam in plerisque emendauit.

§. XIV.

Inter recentiores prima eſt Philoſophia Ramea, a PETRO RAMO ſic dicta, qui primus, ambitione quadam ductus, Ariſtotelis dogmata conculcauit. Edidit quippe *Ariſtotelis animaduerſiones*, *Pariſiis* 1558. 8. & *inſtitutiones Dialecticas*, *Pariſiis* 1554. 4. Sed licet illo tempore ob nouitatem varios reperiret ſectatores, etiam in Haſſiæ academiis apud Germanos, hodie tamen rarius reperiuntur, qui illam refellerent. Extant enim JACOBI MARTINI *Ramiſticarum diſcuſſionum libri duo*. Witteberga 1623. Eiusdem *Logicorum commentatorum libri V. aduerſus Ramiſtas* PHILIPPI SCHERBII *diſſertatio aduerſus Ramiſtas pro philoſophia peripatetica Gieſſæ* 1610. 8. & præcipue IOANNIS PROSCH *apologia pro*

*Ari-*

Digitized by Google

*Ariſtotele & Euclide, contra Petrum Ramum & alios, Dantisci 1652, 4.*

§. XV.

Recentior eſt Philoſophia Carteſiana, eademque ob experimenta mathematica, quibus nititur, æſtumatisſima. RENATVS CARTESIVS auctor eſt, cuius *opera* prodierunt *Amſtelodami 1651, 4.* & ſparſim fuerunt recuſa. Sectatores habuit varios, inter quos præcipuus eſt ANTONIVS le GRAND, cuius *philoſophia veterum* e mente Renati des Cartes breuiter digeſta prodiit *Londini 1671, 12.* Eiusdem *inſtitutio Philoſophiæ* ſecundum principia Renati des Cartes noua methodo adornata & explicata ad vſum iuuentutis academicæ, *Londini 1672, 8.* Alter eſt IOANNES CLAVBERGIVS, cuius *opera omnia philoſophica*, cura Ioannis Theodori Schalbruchii prodierunt *Amſtelodami 1691, 4.* Huc facit etiam *Initiatio Philoſophi* ſeu *dubitatio Carteſiana ad indubiam Philoſophiam viam monſtrans, iuxta mentem Renati des Cartes ex Mſto incerti auctoris, Mülhuſæ 1687, 12.* Breuisſime in eadem demonſtratur, qua ratione ex dubitatione veritas elici posſit. Huc facit etiam LVDOVICI de la FORGE tractatus *de mente humana*, qui primum gallice prodiit *Pariſiis 1666, 4.* poſt in latinam linguam fuit translatus.



Digitized by Google

§. XVI.

Superiori ſeculo noua ſpecies Philoſophiæ orta fuit, quæ vulgo dicitur eclectica, quia non certæ tantum ſectæ innititur, ſed optima quæque ſeligit. Inter Anglos hac in parte excellent ſcripta FRANCISCI BACONIS de VERVLAMIO, cuius *opera* coniunctim prodierunt *Francofurti 1666, f.* inter quæ præcipua ſunt, quæ in phyſicis atque moralibus edidit. HENRICVS MORVS veſtigia philoſophiæ Kabbaliſticæ, Pythagoreæ, aliorumque ſequitur & certa philoſophiæ principia magno ſtudio atque iudicio perſequitur. Inter Belgas hodie excellet IOANNES CLERICVS, cuius *opera philoſophica* prodierunt *Amſtelodami 1698, 8.* Ingenium huius viri admirantur omnes eruditi, eundemque in pleriſque ſequuntur.

§. XVII.

Inter Germanos, in hac academia olim philoſophiam ſuam propalauit IOANNES ANDREAS SCHMIDTIVS, cuius partes coniunctim prodierunt *Ienæ 1689, 8.* Haut ita pridem apud Halenſes prodierunt IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *Inſtitutionum Philoſophiæ eclecticæ tomi tres, Halæ 1703, 8.* Primus tomus comprehendit elementa philoſophiæ inſtrumentalis, cui præmiſſa quoque eſt hiſtoriæ philoſophicæ ſuccincta delineatio:

Digitized by Google

tio: alter elementa theoretica: tertius elementa philoſophiæ practicæ. Breuiter complectitur celeberrimus auctor ſumma philoſophiæ capita, ita quidem, vt ſe potiſſimum accommodauerit ad auditorium ſuum, multa priuatis diſcurſibus reſeruans, nihilominus tamen multo æque vſui eſſe poſſunt aliis, eo quod recentiora ſaniorum philoſophorum principia contineat, eademque iuſto ordine explanata. Terminorum quoque, qui vſu recepti, explicationem habet, ita tamen, vt pauciſſimis de metaphyſica agat. Nota quoque eſt Philoſophia THOMASIANA, de qua tamen, cum non omnes Philoſophiæ partes complectatur, *infra* ſuis locis dicemus pluribus.

§. XVIII.

Vltimo tandem loco memorandi etiam ſunt Scriptores philoſophiæ corruptæ, quorum principia ad Naturalismum potius inclinant. THOMAS HOBBESIVS in politicis maxime claret, nec tamen ab omni Naturalismi culpa eſt immunis. Prodierunt eius opera coniunctim *Amſteladami 1668, 4.* inter quæ Leuiathan ſcriptum maxime eſt noxium, in quo Naturalismi ſemina ſparguntur. Iungendus illi eſt BENEDICTVS SPINOZA, Chriſtianæ doctrinæ magnus hoſtis, ſicut ex libris ipſius *de libertate philoſo-*

*phandi in Theologicis, atque libro ethico* adparet. Celeberrimus tamen vir, Ioannes Franciſcus Buddeus demonſtrauit, Spinoziſmum fuiſſe ante Spinozam, ſingulari diſſertatione, quae *Halae* prodiit *1701, 4.* Huc referenda etiam eſt IOSEPHI FRANCISCI BORRI noua philoſophia, de quibus tamen ſpeciatim dicendi occaſio erit, dum de libris prohibitis agemus.

# *CAPVT TERTIVM.*

## DE

## SCRIPTORIBVS, QVI HISTORIAM PHILOSOPHICAM, METHODVM TRACTANDI, PÆDIAS, SYSTEMATA ET CONTROVERSIAS PHILOSOPHICAS SCRIPSERVNT.

§. I. *De Scriptoribus hiſtoriae Philoſophicae in genere,* §. II. *De Scriptoribus philoſophiae Barbaricae in genere.* §. III. *De Scriptoribus philoſophiae Indorum, Perſarum & Sinenſium,* §. IV. *De Scriptoribus philoſophiae Ebraeorum.* §. V. *De Scriptoribus philo-*

Digitized by Google

*philoſophiæ Ægyptiorum.* §. VI. *De Scriptoribus philoſophiæ Suecorum, Gallorum & Germanorum.* §. VII. *De Scriptoribus philoſophiæ Græcorum mythica.* §. IIX. *De Scriptoribus philoſophiæ Pythagoreæ.* §. IX. *De Scriptoribus philoſophiæ Socraticæ.* §. X. *De Scriptoribus philoſophiæ Platonicæ.* §. XI. *De Scriptoribus philoſophiæ Ariſtotelicæ.* §. XII. *De Scriptoribus philoſophiæ Epicureæ.* §. XIII. *De Scriptoribus philoſophiæ Rameæ & Carteſianæ.* §. XIV. *Scriptores polemici, qui vel conſenſum, vel diſſenſum certæ ſectæ monſtrarunt.* §. XV. *De Scriptoribus, qui methodum ſtudii Philoſophici inſtituendi ſcripſerunt.* §. XVI. *De iis, qui pædiam philoſophicam ſcripſerunt.* §. XVII. *De iis, qui ſyſtemata ſcripſerunt.*

§. I.

HIſtoriam Philoſophicam ex veteribus explicauit PLVTARCHVS *de placitis philoſophorum*, qui liber inter alia eius opera græce & latine ex interpretatione Hermanni & Guilielmi Xylandri edita prodiit *Francofurti 1620. f.* Secuti illum DIOGENES LAERTIVS, EVNAPIVS, HESY-

HESYCHIVS, & PHILOSTRATVS, de quibus ſupra dictum. Ex recentioribus huc faciunt IOANNES LVDOVICVS VIVES *de initio, laudibus & ſectis philoſophorum*, qui libellus extat in Tomo I. operum. IEREMIAS PADVANVS *de auctoribus ſententiarum & libris eorum, Venetiis 1505, 8.* IOANNES ANTONIVS FLAMINIVS *de origine Philoſophiæ ac Philoſophorum ſectis*, GVILIELMI MORELLII *tabula compendioſa de origine, ſucceſſione, ætate & doctrina veterum Philoſophorum, Baſileæ 1580, 8*, cui addita eſt *ſeries Philoſophorum & ſectæ eorum præcipuæ à Thalete & Socrate inprimis vsque ad Ciceronum deducta.* DAVID CHYTRÆVS, cum Commentariis Hieronymi Wolphii & Deſiderii IACOBI VANDOPERANI tractatus *de Philoſophorum doctrina.* SCIPIONIS AQVILIANI liber extat *de placitis Philoſophorum, qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt, Venetiis 1620, 8.* Eruditisſimus liber eſt PAGANINI GAVDENTII *de philoſophiæ ad Romanos origine atque progreſſu, Piſis 1643, 4.* editus. Secutus hoſce fuit GEORGIVS HORNIVS, cuius *hiſtoriæ Philoſophicæ libri VII. Lugduni Batauorum 1655, 4.* prodierunt, quos, cum iuuenis adhuc ſcripſerit Hornius, nec ſatis accuratos, nec perfectos ſatis adgnoſcunt eruditi. Secutus illum fuit IACOBVS THOMASI-

MASIVS in ſcriptis variis, vtpote in *præfationibus variis*, quæ multum habent ad hiſtoriam philoſophicam argumenti. Elegantisſimum eſt eiusdem *ſchediasma hiſtoricum*, *quo, occaſione definitionis vetuſtæ, qua philoſophia dicitur γνῶσις τῶν ὄντων varia diſcutiuntur, ad hiſtoriam tum philoſophicam tum eccleſiaſticam pertinentia, inprimis autem inquiritur in vltimas origines philoſophiæ gentilis & quatuor in ea ſectarum apud Græcos præcipuarum, hæreſeos item Simonis Magi, Gnoſticorum, Maſſalianorum & Pelagianorum, denique Theologiæ myſticæ pariter & ſcholaſticæ. Lipſiæ 1665. 4.* Prodiit hoc ſcriptum poſtea ſub titulo: *origines hiſtoriæ Philoſophicæ & eccleſiaſticæ*, cura Chriſtiani Thomaſii, filii, *Halæ 1699, 8.* acceſſit huic editioni index Meditationum Iacobi Thomaſii Mſtarum. Secutus eſt ABRAHAMVS GRAVIVS, qui *hiſtoriam* ſuam *Philoſophicam* edidit *Franeckeræ 1674, 8.* vbi plerumque in dogmatibus eſt occupatus. GERARDI IOANNIS VOSSII librum *de philoſophorum ſectis* continuauit atque ſupplementa adiecit IOANNES IACOBVS a RYSSEL, cuius editio *Lipſiæ* prodiit 1690, 4. Neque tamen adhuc perfectus eſt liber, quin multa adhuc addi posſint. Elegantisſima æque atque perfectisſima eſt THOMÆ STANLEII *hiſtoria philoſophica*, quam an-



Digitized by Google

glico idiomate conſcriptam edidit ex editione ſecunda *Londini 1687, f.* in qua non ſolum ſectæ: ſed etiam vitæ, dogmata & reliqua, quæ neceſſaria, philoſophorum veterum eruditisſime deſcribuntur. *Hiſtoriam Orientalem* ex eadem decerpſit atque in latinum ſermonem transtulit IOANNES CLERICVS *Amſtelodami 1691, 8.* Nouiter demum ſuccinctam hiſtoriæ philoſophicæ delineationem, philoſophiæ ſuæ inſtrumentali præmiſit celeberrimus vir, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, quæ breuis licet, accuratisſima tamen eſt. Deſudat idem vir celeberrimus in pleniori deſcriptione hiſtotiæ Philoſophicæ, quam abſolutisſimam fore philoſophiamEbræorum, quæ iam publicæ luci expoſita, teſtatur.

§. II.

Patitur tamen hæc clasſis varias diſtinctiones pro ſectarum varietate. Communiter hiſtoria Philoſophica diuidi ſolet in Barbaricam & Græcam, quibus tamen addimus alias ſpecies, vtpote Ebræorum, quam alias ſub Barbarica comprehendunt, Germanorum, Gallorum & gentium ſeptentrionalium. *Barbaricæ philoſophiæ antiquitates* optime deſcripſit OTTO HEVRNIVS, in libello, quem duplicem proponit, prout fuerit apud Chaldæos, vel Indos, prodiit

*Lugdu-*

*Lugduni Batavorum 1600, 12.* acceſſit CHRISTIANI BRVNINGI *breviarium philoſophiæ Barbaricæ*, rarisſimus liber. Prolixior vero & ad plures gentes accommodatus eſt CHRISTIANI KORTHOLTI tractatus *de origine, progreſſu & antiquitate philoſophiæ Barbaricæ, Jenæ 1660, 4. Politicæ* tantum *philoſophiæ Barbaricæ ſpecimen* edidit BARTEMIVS HOLYDAY *Oxonii 1633, 4* quem ſecutus eſt ADAMVS TRIBBECHOVIVS, qui *de philoſophia morum inter barbaros Orientales* elegantem edidit diſſertationem *Kiloni 1666, 4.* Addimus etiam FRANCISCI PATRITII *oracula Zoroaſtris, Hermetis Trismegiſti & aliorum*, græce & latine, *Ferrariæ 1591, f.* & IOANNEM HENRICVM VRSINVM *de Zoroaſtre Bactrianorum, Noribergæ 1664, 8.*

## §. III.

*Specimen ſapientiæ Indorum* ex codice Holſteniano græco exhibuit SEBASTIANVS GODOFREDVS STARCKIVS, *Lipſiæ 1697, 8.* in quo moralia potisſimum atque politica videmus exhibita, multa tamen intermixta fabuloſa. PALLADII Galatæ *de gentibus Indiæ Brachmanibus*, AMBROSII *de moribus Brachmanum*, & alius ANONYMI tractatus iunctim editi cura EDVARDI BISSÆI, *Londini 1665.* Huc facit etiam PHILOSTRATVS

TVS in *vita Apollonii Tyanei*. quæ *Venetiis* prodiit ex Aldina *1502, f.* in quo etiam placita philoſophiæ Indorum fuerunt commemorata. Ad Perſarum philoſophiam facit SCHACH SADI *roſarium*, a Georgio Gentio latine verſum, quod moralia potiſſimum continet atque politica, prodiit *Amſtelodami 1651, f.* & gallice verſum per Andream Reyer, *Pariſiis 1634, 8.* germanice per Adamum Olearium, *Sleſuigæ 1647, 4.* De *Sinenſium litteratura* egit egregie THEOPHILVS SPITZELIVS, *Lugduni Batauorum 1660, 12.* Plenius vero philoſophia Sinenſium exponitur in CONFVCIO, Sinarum Philoſopho, ſiue *ſcientia Sinica latine expoſita ſtudio & opera Proſperi Intorcetta, Chriſtiani Herdtrich, Franciſci Rougemont, Philippi Couplet, patrum Societatis Ieſu, iuſſu Ludouici M. in lucem protracta Pariſiis 1687, f.* Moralium & Politices, quæ apud Sinenſes obtinet, rationem videmus in eo expoſitam, immo in procemiali declaratione, quam editores præmiſerunt, non ſolum rei litterariæ ſtatus plenius exponitur, ſed etiam Sinenſium Theologia, mores, Chriſtianismus aliaque prima principia. Adiicitur vita Confucii, & ſubiungitur in fine tabula Chronologica Imperatorum & rerum memorabilium. Promiſerunt iidem editores etiam Memcium, ſecundum Sinen-

ſium

Digitized by Google

ſuum Philoſophum, qui vno poſt Confucium ſeculo vixit, luci exponere, quæ res æque litteratis gratisſima eſſet, neque tamen adhuc prodiit.

§. IV.

Ebræorum philoſophiam præter LAMBECIVM in *prodromo rei litterariæ*, qui *Hamburgi 1659, f.* prodiit, in quo de ſcriptis ante Moſen erudite diſſerit, quæ pro ſuppoſititiis habet, & IOACHIMVM IOANNEM MADERVM in præfatione ſua *de ſcriptis & bibliothecis antediluuianis* deduxit ex ipſis Ebræorum ſcriptis IOANNES SELDENVS in erudito ſuo tractatu *de Iure Naturæ & Gentium, Argentorati 1665, 4.* IACOBVS BOVLDVCCIVS *de eccleſia ante legem* ſcripſit *Lugduni 1638, 8.* vbi indicatur, quis a mundi exordio vsque ad Moſen fuerit ordo eccleſiæ, quiue ritus & ceremoniæ, vbi etiam inter alia quædam figmenta de phyſico libro Enochi & aliis antiquitatibus antediluuianis proponuntur. Recentior eſt *ſapientia veterum Hebræorum per vniuerſum terrarum orbem diſperſa*, quam exhibuit EHREGOTT DANIEL COLBERG *Gryphiswald 1694, 4.* Quæ ſex diſſertationibus conſtat, quarum duæ originem philoſophiæ Ebræorum, reliquæ vero philoſophiam gentilium, fabulas poetarum gentilium & carmina Sibyllina explicant.

Digitized by Google

cant. Optima vero eſt, quæ nuper prodiit IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *introductio ad hiſtoriam philoſophiæ Ebræorum*, *Halæ 1702, 8.* in qua non ſolum fata huius philoſophiæ a prima ſua origine ad noſtra vsque tempora exponuntur, ſed etiam eiusdem ſumma traditur multa eruditione, ita vt etiam ſcriptores in hac parte clari diiudicentur.

## §. V.

Ægyptiorum philoſophiam ex antiquis illuſtrauit IAMBLICHVS, cuius *de myſteriis Ægyptiorum* librum latine vertit & notis illuſtrauit Thomas Gale, *Oxonii 1678, f.* Ex recentioribus NICOLAI CAVSSINI *ſapientia ſymbolica* commendanda, quæ in notis conſiſtit ad Hori Apollinis hieroglyphica *Coloniæ 1631, & 1654, 8.* COELI CALCAGNINI tractatus *de rebus Ægyptiorum* inter opera eius extat. IOANNES BAPTISTA CASALIVS *de veterum Ægyptiorum moribus ſymbolico & hieroglyphico cultu* ſcripſit *Romæ 1644, 4.* ſed pro more ſua congesſit potius ex aliis, quam digesſit. LAVRENTII PIGNORII extant *Characteres Ægyptii*, ſeu *ſacrorum, quibus Ægyptii vtuntur & ſimulacrorum accurata delineatio & explicatio*, quæ primum *Venetiis 1605*,

Digitized by Google

*1605*, *4.* prodiit poſt *Francofurti 1604, 8.* Explicatio eſt menſæ ſiue tabulæ Ægyptiacæ indubitatæ antiquitatis, quam ex Petri Bembi, Cardinalis, muſeo in ſuum cimeliarchium transtulerat Vincentius, Mantuæ Dux, vbi cultus Iſidis hieroglyphicus, in quo potior philoſophiæ Ægyptiorum pars conſiſtit, explanatur. Eandem quoque tabulam explicare ſuſcepit IOANNES FRIDERICVS HERWARTVS ab HOHENBVRG, in libro, qui titulus: *admiranda ethnicæ Theologiæ myſteria*, *Monachi 1626*, *4.* edita, qui phyſice eandem intelligi vult, atque de magnete ſingulas figuras explicat, immo omnes de iis fabulas ad magnetem eſſe referendas ſibi perſuadet. Inſtar omnium tamen ſunt opera ATHANASII KIRCHERI: *Oedipus* ſcilicet *Ægyptiacus*, *Romæ 1652*, *f.* editus, in quo & templum Iſiacum, Gymnaſium Ægyptiacum, claſſes variarum artium Ægyptiis vſitatarum, theatrum hieroglyphicum, atque alia deſcripſit. Eiusdem *Obeliſcus Pamphylius*, *Romæ 1656*, *f.* vbi, dum antiquum illum obeliſcum Ægyptiacum, Romæ ab Innocentio X. erectum, deſcribit, etiam de litteratura & cultu Hieroglyphico Ægyptiorum agit. Id quod etiam præſtitit in *Obeliſco Chigico* ſeu interpretatione hieroglyphorum Obeliſci-

beliſci Ægyptiaci Romæ inter rudera Mineruæ effoſſi eſt *prodromus Copticus*, ſiue Ægyptiacus, *Romæ* 1636, 4. IACOBVS TYPOTIVS in *hierographia* ſua, Pragæ edita, hanc doctrinæ partem Chaldæos primum inueniſſe atque patriarchas vſurpaſſe, adfirmat, non vero probat. His tamen addi adhuc meretur IOANNIS MARSCHAMI *Canon Chronicus Ægyptiacus, Ebraus, Græcus cum disquiſitionibus*, qui primum *Londini* prodiit 1678, f. poſt *Lipſiæ* recuſſus eſt 1686, 4. qui tamen hiſtoriam potius & ſucceſſionem regum erudite ſatis examinat.

§. VI.

Suecorum veterum philoſophiam atque antiquitates illuſtrauit IOANNES LOCCENIVS in *antiquitatibus* ſuis *Sueo-Gothicis Francofurti* 1676, 4. Plenius vero illud egit OLAVS RVDBEKIVS. Prodiit primum ipſius *Atlantica*, ſiue *Manheim, vera Iapheti poſterorum ſedes ac patria, ex qua non tantum Monarchæ & Reges ad totum fere orbem reliquum regendum & domandum, ſtirpesque ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythæ, Barbari, Aſæ, Gigantes, Gothi, Phryges, Troiani, Amazones, Thraces, Lybies, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Sueui, Longobardi, Vandali, Heruli, Gepidæ, Teutones, Angli, Pictones, Dani, Sicambri aliique virtute clari & celebres*

*populi*

Digitized by Google

*olim exierunt*, *Vpſaliæ 1684. f.* Titulus de inſtituto ſtatim docebit. Scilicet, Platonis Atlanticam apud Suecos quærit Rudbeckius, hosque matrem omnium gentium eſſe contendit. Pars ſecunda prodiit *Vpſaliæ 1687. f.* in qua Solis, Lunæ ac terræ cultus deſcribitur, omnisque adeo ſuperſtitionis huiusce origo parti Sueoniæ Septentrionali vindicatur, ex qua deinceps in orbem reliquum diuulgata eſt. Tertia eiusdem pars vera veterum Suecorum inſtituta, aliaque continet. *Philoſophiam Druidum* expoſuit IANVS CÆCILIVS FREY, *Pariſiis 1646. 8.* atque ESAIAS PVFFENDORFIVS, ſingulari diſputatione, quæ *Lipſiæ 1650. 4.* habita, cum aliis eiusdem opusculis prodiit *Halæ 1700. 8.* & præcipue THOMAS SMITH in *ſyntagmate* ſuo *de Druidum moribus ac inſtitutis, Londini 1644. 8.* Germanorum æque philoſophiam deduxit in *Germania* ſua *antiqua* PHILIPPVS CLVVERVS, *Lugduni Batauorum 1630. f.* quod de Germanis ætatis ſequioris præſtitit PAVLVS HACHENBERGIVS in *Germania* ſua *media, Ienæ 1686. 4.* in qua diſſertatio ſexta de ſtudiis veterum Germanorum ad noſtrum potiſſimum inſtitutum facit. Aliarum gentium philoſophiam ab illis deſcriptam videmus, qui mores & inſtituta gentium expoſuerunt.



Digitized by Google

§. VII.

Philoſophia Græcorum mythica eſt ex poetis atque mythologis haurienda. *Mythologos Græcos* iunctim edidit THOMAS GALE, *Cantabrigiæ 1671. 8.* latinos THOMAS MVNCKERVS, *Amſtelodami 1683. 8.* Egregia eſt diſſertatio IOANNIS CONRADI DVRRII *de recondita veterum ſapientia in poëtis*, in qua declarauit, quantum ex poëtis hiſtoria philoſophica illuſtrari poſſit. Nec minus commendanda eſt MELCHIORIS GOLDASTI *de cryptica veterum philoſophorum diſciplina* epiſtola, quæ Octauiani Ferrarii claui philoſophiæ eſt præmiſſa, *Francofurti 1606. 8.*

§. VIII.

Pythagoricam philoſophiam explicauit ex antiquis MALCHVS, dictus alias PORPHYRIVS, *de vita Pythagoræ atque ſententiis Pythagoricis*, qui cum eruditis notis Conradi Rittershuſii prodiit *Altdorfi 1610. 8.* IAMBLICHI libri II. *de vita Pythagoræ* extant græce & latine, prior vitam & ſectam Pythagoream exponit, alter Pythagoricorum Commentariorum adhortatorias orationes complectitur, *Franeck. 1596. 4.* & cum obſeruationibus Deſiderii Heraldi *Pariſiis 1599. 8.* Elegantiſſima eſt LVCÆ HOLSTENII *diſſertatio de vita & ſcriptis Pythagoræ, Romæ 1630. 8. Cantabrigiæ 1655. 8.* edita, in qua iuſto ordine ſingula, quæ ad vitam Pythagoræ faciunt, expoſuit. Æſtimandus quoque

Digitized by Google

que eſt IOANNIS IACOBI SYRBII *Pythagoras intra ſindonem noſcendus*, quam introductionem eſſe voluit hiſtoricam in phyſicam Pythagoream, atque edidit *Ienæ 1702, 8.* in qua potiſſimum veram ætatem Pythagoræ, eiusdemque cum Ebræis conuerſationem iuſte atque erudite explicauit.

§. IX.

Apud eosdem Græcos noua philoſophandi ratio decem ſectas excitauit, quæ omnes nomen & magiſterium Socratis iactarunt. Prima & princeps fuit academica, auctore Platone, altera Peripatetica Ariſtotelis, tertia Stoica, Zenone auctore, qui ciuilem philoſophandi rationem præ aliis excoluit. Quarta epicurea erat. Hæ dogmatum ſolum Socratis habebant rationem, reliquæ vero vitam ſimul Socratis exprimere ſtudebant. Tales erant philoſophia Cynica, auctore Antiſthene, Cyrenaica, auctore Ariſtippo, Eliaca, auctore Phœdone, Megarica, auctore Euclide, Eretrica, Menedemo auctore. Dialectica, Chitomacho auctore. Extat PLATONIS *oratio pro Socrate* inter opera eius, & præcipue XENOPHON *de factis & dictis Socratis*, libris tribus inter eius opera. Eiusdemque XENOPHONTIS *apologia pro Socrate*, interprete Leonardo Aretino. DANIELIS HEINSII *oratio de vita & moribus Socratis, Lugduni Bata-*

*norum* prodiit *1612, 12.* LEO ALLATIVS *Socratis* & aliquot Socraticorum edidit *epiſtolas* atque notas addidit cum dialogo de ſcriptis Socratis, *Pariſiis 1673, 4.* Optimum vero ſcriptum eſt IACOBI CHARPENTERII, quod gallice primum prodiit ſub titulo: *Les choſes memorables de Socrate, Pariſiis 1668. 12.* poſtea in Germanicum idioma transtulit CHRISTIANVS THOMASIVS, ſub titulo: *Beſchreibung der merckwürdigen Dinge des Socratis, Halle 1693. 8.* quæ ex Xenophonte translata vitam, mores & dogmata Socratis ſumma cura exponunt. IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS quoque *Socratem* ſcripſit atque edidit *Antwerpiæ 1662, 4.* vbi tamen tantum de gemmis, Socratis imagine cælatis, iudicat. Elegantisſima eſt IO. FRANCISCI BVDDEI *ſapientia veterum* diſſertationibus aliquot explicata *Halæ 1698, 4.* in qua hiſtoria & dicta illuſtriora ſeptem Græciæ ſapientum egregie exponuntur.

§. X.

Philoſophiam Platonicam, dictam etiam academicam, illuſtrarunt ex parte etiam ſcriptores hiſtoriæ philoſophiæ Pythagoreæ. Separatim de ea egit EHREGOTT DANIEL COLBERG, in libello, quem inſcripſit *das Platoniſche Chriſtenthum, begreiffende die hiſtoriſche Erzehlung von Vrſprung und viellerley Secten der heutigen fanati-*

Digitized by Google

*tiſchen Theologie, Erfurt & Leipzig 1690. 8.* Licet in hoc tractatu non tam Platonicam philoſophiam, quam Paracelſiſtarum, Weigelianorum & ſimilium, qui multum de philoſophia Platonica participarunt, exponat. In alio tractatu *de origine & progreſſu hæreſium & errorum in eccleſia* demonſtrare conatus fuit, multas hæreſes antiquas ex philoſophia Platonica originem habere.

## §. XI.

Proxima eſt philoſophia Ariſtotelica, de qua *circulum piſanum*, ſiue opus de veteri & peripatetica philoſophia, ſcripſit CLAVDIVS BERIGARDVS, Molinenſis, *Patauii 1661. 4. De varia Ariſtotelis in academia Pariſienſi fortuna* egit IOANNES LAVNOIVS, *Hagæ Comitum 1656. 4.* De *Scholaſticis* vero GISBERTVS VOETIVS in Tomo diſſertationum ſelectarum, & qui de iisdem ſpeciatim commentati fuerunt egregie, ADAMVS TRIBBECHOVIVS in ſchediaſmate *de ſcholaſticis doctoribus & corrupta per eos diuinarum humanarumque rerum ſcientia, Gieſſæ 1668. 4.* & IACOBVS THOMASIVS in diſſertatione hiſtorica *de doctoribus ſcholaſticis latinis, Lipſiæ 1676. 4.*

## §. XII.

*Epicuri vitam* & philoſophiam expoſuit PETRVS GASSENDVS, de quo ſu-



Digitized by Google

pra fuit dictum. Hunc ſecutus eſt IOANNES CHRYSOSTOMVS MAGNENIVS, qui hanc philoſophiam a præiudiciis vindicauit in *Democrito reuiuiſcente, Hagæ Comitis 1657. 12.* Ad Scepticam philoſophiam facit MARTINI SCHOOCKII *ſcepticiſmus, Gröningæ 1652. 8.* Sic etiam peculiari ſcripto de hac ſecta egit GALENVS.

§. XIII.

Inter recentiores prima eſt Ramea, a *Petro Ramo* ſic dicta, de cuius *ſtudiis & optimis inſtitutionis legibus* egit CASPAR PFAFFRADIVS, *Francofurti 1597. 8.* contra quem tamen pro peripatetica methodo ſcripſerat PHILIPPVS SCHERBIVS, in *apologia pro Ariſtotele & Euclide, contra Petrum Ramum & alios. Carteſianæ philoſophiæ hiſtoriam* deſcripſit IOANNES TEPELIVS, *Noribergæ 1674. 12.* Dogmata præcipua & ipſius Carteſii vitam deſcripſit DANIEL LIPSTORPIVS, in *ſpeciminibus philoſophiæ Carteſianæ, Lugduni Batauorum 1653. 4.* Extat etiam VALENTINI ALBERTI tractatus *de Carteſianiſmo & Cocceianiſmo, Lipſiæ 1678. 4. &* IOANNES CHRISTOPHORVS STVRM *de Carteſianiſmo & Cocceianiſmo, Altdorfi 1677. 4. & doctorum aliquot virorum in academia Louanienſi iudicia de hac philoſophia, Louanii 1654. 4. Vitam Carteſii* ſcripſit & catalogum omni-

Digitized by Google

omnium operum eius PETRVS BORELLVS edidit *Pariſiis 1666. 8.* GERHARDVS de VRIES diſſertatiunculam hiſtorico-philoſophicam conſcripſit *de Renati Carteſii meditationibus a Petro Gaſſendo impugnatis, Vltraiecti 1691. 8.* Optima vero vitae Carteſianae eſt deſcriptio, quam tecto nomine conſcripſit ADRIANVS BAILLETVS, atque euulgauit *Pariſiis 1691. 4.* vbi in praefatione oſtendit, ea, quae antea edita, non niſi pro meris fragmentis, adeoque imperfecta eſſe habenda. Morhoſius quoque polyhiſt. lib. I. c. XXV. p. 316. teſtatur: Ghaunutum, Galliae regis apud Suecos legatum eius vitam ſcripſiſſe, quae tamen cum nuspiam adpareat, forſan adhuc in manuſcripto latet. Nulla philoſophiae ſpecies poſt Ariſtotelicam tot vel defenſores vel aduerſarios fuit nacta. Infenſiſſimi eius hoſtes fuerunt Gisbertus Voetius, Martinus Schookius, Thomas Hobbeſius, Iacobus Reuius, Cyriacus Lentulus, Henricus Morus, Petrus Gaſſendus, Reinerus Vogelſang atque alii, qui omnes contra eandem vel ſcripſerunt vel docuerunt.

§. XIV.

Pergimus ad ſcriptores polemicos, ſiue eos, qui vel conſenſum vel diſſenſum variarum inter ſe ſectarum philoſophicarum monſtrarunt. De IACOBI MARTINI



Digitized by Google

*diſcuſſionibus Ramiſticis* & PHIL. SCHERBII *diſſertationibus pro philoſophia Peripatetica aduerſus Ramiſtas* iam ſupra dictum fuit: accedunt IOANNIS REGII *diſputationibus ſelectiſſimæ*, in quibus Rami nugæ profligantur, *Witteberga 1608. 4.* E contrario FRIDERICVS BEVRHVSIVS, ANDREAS KRAGIVS, aliique *pro philoſophia Ramea* ſcripſerunt. Magis adhuc exercuit eruditos philoſophia Carteſiana. Nolumus iam ſingulos vel aduerſarios vel propugnatores hic notare, de potioribus tantum hic nobis ſermo erit. Acerrimus aduerſarius fuit IACOBVS REVIVS, qui ſcripſit *Methodi Carteſianæ conſiderationem Theologicam, Lugduni Batauorum 1648, 12. ſtateram philoſophiæ Carteſianæ Amſtelodami 1653, 12.* & cum TOBIAS ANDREÆ *adſertionem methodi Carteſianæ* contra Reuium ederet *Gröningæ 1653, 8.* reſpondet ipſi Reuius ſingulari tractatu, quem inſcripſit *Thekel h. e. leuitas defenſionis Carteſianæ, Brielæ 1653, 12.* Sic etiam CYRIACVS LENTVLVS *Carteſium triumphatum* ſcripſit & *nouam ſapientiam ineptiarum & blaſphemiæ conuictam, Francofurti 1653, 4.* Elegantiſſima vero eſt PETRI DANIELIS HVETII *cenſura philoſophiæ Carteſianæ*, quæ primum *Pariſiis 1689, 8.* prodiit, poſt Helmſtadii cura Meibomii recuſa fuit, in qua

qua potiores Carteſii ſententias ad incudem reuocat. Plures adhuc fuerunt, qui Carteſii defenſionem ſuſceperunt. GERHARDVS de VRIES quidem in *diſſertatione ſua hiſtorico-philoſophica* per Carteſii ſcripta nullas in Theologiam nouitates inuehi, notat. Idem iam ante egerat CHRISTOPHORVS WITTICHIVS, in *conſenſu S. Scripturæ cum veritate Philoſophiæ Carteſianæ Neomagi 1659. 8.* Quam ſecuta eſt eiusdem *Theologia pacifica*, in qua varia problemata ventilantur, ſimul vſus philoſophiæ Carteſianæ in diuerſis Theologiæ partibus demonſtratur, *Lugduni Batauorum 1675. 4. Elementa philoſophiæ Hobbeſianæ*, cum Moralis, tum ciuilis, refutauit RICHARDVS CVMBERLAND in disquiſitione *de legibus Naturæ, Londini 1674. 4.* Sic etiam extat *praxiologia apodictica ſeu philoſophia Moralis demonſtratiua, pythanologiæ Hobbeſianæ oppoſita Francof. ad Viadrum 1677. 4.* & SETHI WARDI *exercitationes epiſtolicæ in Thomæ Hobbii philoſophiam, Oxonii 1656. 8.* Spinozæ philoſophiam axaminauit CHRISTORHORVS WITTICHIVS in *anti Spinoza, ſeu examine ethico Benedicti de Spinoza & commentario de Deo & eius attributis, Amſtelodami 1690. 4.* Si omnia ſcripta eriſtica hic loci velimus recenſere, nec tempus nec chartæ ſufficerent



Digitized by Google

§. XV.

Pergimus ad eos, qui rationem & methodum ſtudii philoſophici inſtituendi ſcripſerunt Qualis eſt SEBASTIANVS FOXIVS *de ſtudii philoſophici ratione, Witteberga 1594. 8.* ANTONIVS POSSEVINVS *in adparatu ſuo*, quem tomo ſecundo bibliothecæ ſelectæ præmiſit, *Venetiis 1603. f.* Huc faciunt etiam ſcriptores de ſtudiis inſtituendis in genere, qui inter alia etiam ſtudii philoſophici rationem habent, de quibus tamen in bibliotheca Philologica dicendi ſermo erit. Aeſtimari tamen merentur GVILIELMI BVDÆI *de tranſitu Hellenismi ad Chriſtianismum* libri tres, *Pariſiis 1556. f* quibus tranſitum docet a ſcientiarum vanitate ad veram philoſophiam, quam in cœleſti ſolum doctrina quærendam eſſe, non minus pie, ac concinne, inculcat. Cui iungendus eſt IOANNIS FRANCISCI MIRANDULÆ liber *de ſtudio diuinæ atque humanæ ſapientiæ*, qui prodiit cum præfatione IOANNIS FRANCISCI BUDDEI, *Halæ 1702. 12.* in quo docet, quod ſtudia ſanioris philoſophiæ bene poſſint conſiſtere cum Chriſtianiſmo.

§. XVI.

Alii dederunt pædias vel introductionem in ipſam philoſophiam. Qualis eſt IOANNIS SEYBOTHI *pædia philologica &* *philo-*

Digitized by Google

*philoſophica, Noribergæ 1636. 8.* Sic etiam extat MARII NIZOLII *de veris principiis & vera ratione philoſophandi* liber contra pſeudophiloſophos a Leibnützio editus *Francofurti 1670. 4.* Elegantiſſimum vero ſcriptum eſt, & præ reliquis omnibus æſtimandum FRIDERICI SCHERERTZII *de recta philoſophia, Lugduni Batauorum 1662. 12.* dignum, vt in omnium manibus verſetur, cum in eo demonſtret, in quo vera philoſophia conſiſtat, & ad quid maxime in eodem veniat attendendum. Quod ſi in philoſophiam peripateticam introductionem quis quærat, vti poterit PETRI IOANNIS NUNNESII *inſtitutione peripatetica Helmſtadti* recuſa *1667. 4.* & quæ hac in parte optima eſt *iſagoge in lectionem Ariſtotelis* MICHAELIS PICCARTI, a Ioanne Conrado Dürrio edita *Altdorfi 1665. 8.*

## §. XVII.

Peculiarem claſſem faciunt ii, qui ſyſtemata philoſophica ſcripſerunt, de quibus tamen cum iam in capite primo inter fontes fuerit dictum, eo nos remittimus. Faciunt autem ad hanc claſſem potiſſimum philoſophia IO. ANDREÆ SCHMIDTII, IOANNIS FRANCISCI BVDDEI, IOANNIS CLERICI, IOANNIS SPERLETTE atque

Digitized by Google

atque aliorum, qui ſingulas philoſophiæ partes iuſte expoſuerunt.

# *CAPVT QVARTVM*

## DE

## SCRIPTORIBVS PHILOSOPHIÆ INSTRVMENTALIS, SCRIPTORIBVS LOGICIS, METAPHYSICIS ET HERMENEVTICIS.

§. I. *Scriptores logicæ Ariſtotelicæ.* §. II. *Scriptores logicæ Carteſianæ.* §. III. *Scriptores, qui ex matheſi, & experimentis logicam deducunt.* §. IV. *Scriptores logicæ eclectici.* §. V. *Scriptores logicæ ſpeciales.* §. VI. *Scriptores metaphyſici ad mentem Ariſtotelis.* §. VII. *Scriptores metaphyſici, qui a mente Ariſtotelis recedunt.* §. VIII. *Scriptores Hermeneutici.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

IN philoſophia primam partem ferunt ſcriptores Logici, qui tamen vti & reliquarum philoſophiæ partium ſcriptores ſecundum triplicem methodum veniunt conſiderandi, peripateticam, Carteſianam & eclecticam. Inter peripateticos quidem commendatur IOACHIMI IUNGII, FRIDEMANNI BECHMANNI & IOHANNIS PAULI HEBENSTREITII logica, quæ ſæpius apud nos recuſa.

§. II.

Si Carteſianorum ſpectemus principia, optima eſt ANTONII le GRAND *logica*, quæ inter alia eiusdem opera philoſophica edita eſt, & IOHANNIS CLAUBERGII *logica*, quæ inter alia eiusdem opera, cura Ioannis Theodori Schalbruchii edita extat *Amſtelodami 1691, 4.* atque poſtea in compendium redacta fuit *Marburgi 1695, 12.* licet adhuc terminis, prædicamentis & ſyllogismis nimium inhæreat. Eandem emendare conatur MALEBRANCHE de invenienda veritate, *de la recherche de la verité, où l'on traitte de la nature, de l'eſprit*

de

*de l' homme & de l' vſage, du' il en doit faire pour eviter l' erreur dans les ſciences à Paris 1671. & 1678. 8. Amſterdam 1688. 12.*

§. III.

Ex matheſi & experimentis incognitas veritates docet detegere IOANNES EHRENFRIED WALTHER de TSCHIRNHAUSEN in ſua *medicina mentis*, ex recentiori eademque auctiori editione *Lipſiæ 1695.* 4. facta. Elegantisſimum quoque ſcriptum eſt IOANNIS LOOCKII *de mente humana.* Huius epitomen primum Bibliothecæ ſuæ vniuerſali inſeruit Clericus, vbi iu Tomo VIII. p. 49. ſub hoc titulo continetur: *exrait d' vn live Anglois, qui n' eſt pas encor publié, intitulé eſſay Philoſophique concernant l' entendement, ou l' on montre quelle eſt l' etendüe de nos connoiſances certaines, & la maniere dont nous y parvenons.* Altero anno ipſe hic liber anglice prodiit, ſub titulo *an eſſay concerning humaine onderſtanding in four Bocks Londini 1690. f.* qui tamen poſtea in latinam translatus prodiit *Londini 1691. f.* Controverſiam autem de hoc tractatu habuit Loockius cum Eduardo Stillingfletio, qui cum in *vindiciis pro doctrina de SS. Trinitate Lond. 1697.* 8. editis, aliqua contra ſentiret circa ſubſtantias atque perſonæ diſtinctionem, quam nullam eſſe dicit Loockius, litteris ad

eundem

Digitized by Google

eundem datis atque *Londini 1697. 8.* editis eidem reſpondet, atque inde binis adhuc litteris inter vtrosque agitatum eſt.

§. IV.

Inter eclecticos numeratur *eſſay de logique, contenant les principes des ſciences & la maniere de s'en ſervir pour faire des bons raiſonnemens à Paris 1678. 12.* in quo multa reperiuntur ſingularia. Quam æſtimata ſit a multis *ars cogitandi* & *logica de Portroyal*, ſatis conſtat. Inter præcipuas vero habenda eſt IOANNIS CLERICI *logica, ſiue ars ratiocinandi*, quæ prodiit *Amſtelodami 1692. 8.* & præ cæteris ad vſum omnium diſciplinarum maxime faciunt ſcripta THOMASIANA, *introductio* ſcilicet *ad logicam* cum eiusdem praxi, eiusdemque *introductio ad philoſophiam aulicam*, id quod etiam poſtea vernaculo ſermone ſub titulo *Einleitung und Ausübung der Vernunfft Lehre* præſtitit. Contrarius ex parte Thomaſio eſt GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS, in *arte* ſua *cogitandi*, quæ *Lipſiæ 1702. 12.* prodiit, & ſuccincta licet ſit, ſingularia tamen quædam circa generalia eruditionis & habitum diſciplinæ generalem profert. Taceo iam CHRISTIANI WEISII *logicam*, duabus partibus comprehenſam, quarum prior comprehendit terminorum ſimplicium & ſyllogiſmorum notitiam, poſte-

poſterior ipſam praxin atque vſum locorum dialecticorum in eloquentia, prodiit *Lipſiæ* 1695. 8. Taceo SAMVELIS GROSSERI *pharum veritatis* & ſcripta ſimilia, iis præſertim vſitata, qui auctorum ſubſellia frequentarunt.

§. V.

Nolumus iam coarceruare omnes ſcriptores Logicos ſpeciales, cum alii axiomata logica, vt Danhauerus, Cupius: alii quæſtiones, alii controuerſias, & ſimilia logica ſcripſerunt, quæ tamen pleraque parui vſus eſſe, atque ad corrumpendum magis vtilia, omnes adgnoſcunt. Sufficiat nobis hic adduxiſſe IOANNEM PETRVM LVDOVICVM, profeſſorem apud Halenſes, promiſiſſe *polyhiſtorem Logicum*, in eademque ſe tractaturum de logica Adami, Promethei, Iobi, Salomonis, Cabula Iudæorum, de inuentione dialecticæ Græcorum, de ſectis Logicorum apud Græcos, de logica Ariſtotelis eiusque fatis, de logicæ emendatoribus aut inuentoribus nouarum, de Logica Iudæorum, Chriſti & Pauli, de Logica Sinenſium, de logica Arabum atque Turcarum Druidarum, de logicis græcis, Ebraicis, latinis, gallicis, anglicis, germanicis. Sed eundem adhuc expectamus.

§. VI.

§. VI.

Scriptores Metaphyſici olim magna cura euoluebantur, nunc autem plerique ſæpius in tabernis reperiuntur, quam officinis librariis. Æſtimabatur olim IOANNIS SCHARFII *metaphyſica exemplaris, Witteberga 1659, 8.* Eiusdem *theoria tranſcendentalis Metaphyſica, Witteberga 1629. 8.* CLEMENTIS TIMPLERI *ſyſtema metaphyſices, Francofurti 1690. 8.* IACOBI THOMASII *erotemata metaphyſica,* IOANNIS WEISII *metaphyſica,* & quas in hac academia habemus, DANIELIS STAHLII *metaphyſica,* VALENTINI VELTHEMII *Metaphyſica* exemplis illuſtrata, & quæ ex genuinis Scholaſticorum principiis deducta eſt IOANNIS PAVLI HEBENSTREITII. Wittebergenſes æſtimant ABRAHAMI CALOVII *metaphyſicam*, Lipſienſes IOANNIS HENRICI POSEWITZII *metaphyſicam Theologicam.* Inter ſyſtemata Metaphyſices habenda eſt CHRISTIANI DREIERI *ſapientia ſ. philoſophia prima*, ex Ariſtotele aliisque Commentatoribus conſcripta, *Regiomonti 1644. 4.* quæ ob acutam philoſophandi rationem in metaphyſicis æſtimatur præ cæteris. Sunt præterea CASPARIS EBELII *metaphyſica Marpurgi 1618, 4.* CHRISTOPHORI SCHEIBLERI *opus Metaphyſicum,* & qui patres metaphyſices habentur PE-

E TRVS

TRVS FONSECA in *Commentariis* ſuis in *Ariſtotelis Metaphyſicam* & FRANCISCI SVARETZII *metaphyſicam.*

§. VII.

Fuere tamen, qui a methodo Ariſtotelica alieni tale quid tentarent. Primus ſine dubio fuit THOMAS CAMPANELLA, cuius metaphyſica prodiit *Pariſiis 1683, f.* 3. vol. in qua metaphyſices principia ſtatuit neceſſitamen, fatum, harmoniam. Recentior eſt IOANNIS CLERICI *ontologia & Pneumatica, Amſtelodami 1692, 8.* & qui eam nuper paucis tantum paginis in Philoſophia ſua inſtrumentali abſoluit, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS.

§. VIII.

Scriptores Hermeneutici ex Ariſtotelicorum ſententia referendi ſunt ad Logicos. Ipſe Ariſtoteles περὶ ἑρμηνείας egit. Vbi vero nihil occurrit, quam doctrina de nomine & verbo, de affirmatione & negatione, tandemque de enunciatione. Quae omnia, etſi nec ad intelligendos ſcriptores, nec ad indagandas alius generis veritates multum valeant, magno tamen adplauſu recepta ab eius ſectatoribus, in omnibus libellis logicis ad nauſeam vsque inculcantur. Inuenti tamen ſunt, qui, dictum Ariſtotelis librum mira quaſi myſteria in re-

receſſu habentem operoſis commentariis illuſtrarunt. E quibus præſtantiores putantur MICHAEL PSELLVS, in *paraphraſi in dictum librum, Venetiis 1503, 4. Lipſiæ 1506, 4.* THOMAS AQVINAS *in libro περὶ ἑρμηνείας & poſteriora analyticorum, Pariſiis 1646, f.* ALPHONSVS BAROVIVS *in librum Ariſtotelis de interpretatione, Venetiis 1569, f.* ANITIVS BOETIVS *de iſagoge Porphyrii in categorias & librum de interpretatione, Venetiis 1491, f.* Præ omnibus vero laudatur IACOBVS SCHEGKIVS, qui commentarium ſuum in dictum librum aliosque Ariſtotelis vulgauit, *Tubingæ 1570, f.* Sed, quemadmodum hi omnes interpretandi rationem parum adiuuant, ita maiorem hac in parte laudem merentur IOANNES LVDOVICVS VIVES in *ratione ſtudendi ac legendi interpretandique auctores*, quæ edita eſt *Tiguri 1562, 8.* LAVRENTIVS HVMFREDVS *de ratione interpretandi auctores, Baſileæ 1559, 4.* IOANNES CONRADVS DANHAVERVS in *idea boni interpretis, & malitioſi calumniatoris, Argentorati 1670, 8.* PETRVS DANIEL HVETIVS in libris duobus *de interpretatione*, quorum prior eſt de optimo genere interpretandi, alter de claris interpretibus, *Pariſiis 1661, 4. & Stadæ 1680, 8.* Egregium eſt ſcriptum IOANNIS



Digitized by Google

CLERICI *de arte Critica*, quod prodiit *Amſtelodami 1698, 8.* in quo potiſſimum occupatus eſt, vt doceat, qua ratione veri ſcriptores a ſuppoſititiis poſſint diſtingui, & regulas quasdam hermeneuticas præſcribit. Haut ita pridem IOANNIS HENRICI ERNESTI *compendium hermeneuticæ profanæ ſ. de legendis ſcriptoribus profanis præcepta nonnulla* prodierunt *Lipſiæ 1699, 12.* quod ob breuitatem & perſpicuitatem commendatur. Huc facit etiam IOANNES CLAVBERGIVS in parte tertia Logicæ & CHRISTIANVS THOMASIVS in Logica ſua, aliique ſcriptores, quorum aliquos in præfatione ad Guarini tractatum de modo docendi & diſcendi ſimul adduximus. Vt taceam illos, qui de lingua vniuerſali, quale ſpecimen in Collegio ſuo curioſo propoſuit Sturmius, vel alphabeto naturæ egerunt, vti FRANCISCVS MERCVRIVS HELMONTIVS. Huc facit etiam GVILIELMI POSTELLI *alphabetum*, introductionem & legendi modum linguarum XII. caracteribus differentium continens, *Pariſiis 1538. 3.* Licet hæc ingenioſa magis ſint, quam vtilia.

CAPVT

# CAPVT QVINTVM

## DE

## SCRIPTORIBVS PHILOSOPHIÆ THEORETICÆ PHYSICIS THEOLOGIÆ NATVRALIS ET PNEVMATICIS.

§. I. *Qui de phyſicis Scriptoribus egerint.* §. II. *Antiquiores Scriptores phyſici.* §. III. *Scriptores phyſicæ Ariſtotelici.* §. IV. *Scriptores phyſicæ Carteſiani.* §. V. *Scriptores phyſicæ Epicureæ.* §. VI. *Scriptores phyſicæ eclecticæ.* §. VII. *Scriptores, qui per ſola experimenta naturalem philoſophiam illuſtrant.* §. VIII. *Scriptores phyſicæ Hermeticæ* §. IX. *Scriptores de anima.* §. X. *Scriptores de homine,* §. XI. *Scriptores de animalibus & inſectis.* §. XII. *Scriptores de plantis.* §. XIII. *Scriptores de cœlo, æthere & terra.* §. XIV. *Scriptores de luce & meteoris.* §. XV. *Scriptores de fluuiis & montibus.* §. XVI. *Scriptores de metallis.* §. XVII. *Scriptores de magnete & virgula diuinatoria.* §. XVIII. *Scriptores, ephemeridum curioſarum.*

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX. *Scriptores de muſeis curioſis.* §. XX. *Scriptores pneumatici.* §. XXI. *Scriptores de Theologia naturali.*

§. I.

INter phyſicos ſcriptores primo loco commendandum DANIELIS GEORGII MORHOFII *ſyſtema phyſicum*, quod tamen in manuſcripto adhuc latet, in cuius priore parte phyſici ſcriptores ſecundum ſectas ſuas recenſentur; in altera vero naturalis doctrinæ principia traduntur egregie. Quo etiam facere poteſt HERMANNI CONRINGII tractatus *de natura phyſices*, eiusdemque auctoribus, *Helmſtadii 1657, 4.*

§. II.

Inter antiquiores varii fuerunt, qui phyſicam exponerent. THALES MILESIVS, vnus ex ſeptem ſapientum numero, primus omnium quæſiuiſſe dicitur de cauſſis naturalibus, Lactantio diuinarum Inſtitutionum lib. I. c. V. atque omnium rerum principium aquam eſſe voluit. Secuti illum varii, inter quos OCELLVS LVCANVS *de natura uniuerſi*, LVCRETIVS poeta, PLINIVS in hiſtoria natu-

naturali, & qui eius epitomen exhibet, SOLINVS, atque alii.

§. III.

Phyſici autem Scriptores in varias claſſes veniunt diſtinguendi. Phyſicam Ariſtotelis olim diligentiſſime expoſuit BENEDICTVS PERERIVS *de omnibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus, Coloniæ 1595, 8.* IOANNIS LVDOVICI HAVENREUTERI *compendium in libros VIII. phyſicorum, Francofurti 1600, 8* & auctores collegii Conimbricenſis. Maxime commendantur IOANNIS SPERLINGII *inſtitutiones phyſicæ, Witteberg æ 1649, 8.* licet non vbique mentem Ariſtotelis intellexiſſe videatur.

§. IV.

Sed, cum hæc Ariſtotelis phyſica ob næuos ſuos rariſſimos reperiat æſtimatores, CARTESIVS poſtea eandem pleriſq; in partibus emendauit, id quod etiam experimentis ſuis mathematicis feliciter præſtitit. Secutus eundem fuit HENRICVS REGIVS, cuius *philoſophia naturalis*, quæ *Amſtelodami 1654, 4.* prodiit, compendium eſt philoſophiæ Carteſianæ, licet non ſatisfaciat omnibus. Præter hunc extat ANTONII le GRAND *phyſica, Amſtelodami 1664, 4.* ARNOLDI GEVLINX *phyſica*, quæ cum Cornelii Bontekoe metaphyſica extat *Lugduni Batauorum 1688, 8.* poſt cura Caſpa-



Digitized by Google

ris Langenhert prodiit *Franeckeræ 1688. 4.* cui editioni etiam brutum Carteſianum acceſſit. IACOBI ROHAVLTII *phyſica* gallice primum prodiit *Pariſiis 1671, 4.* & *Amſtelodami 1671, 12.* poſt latinitate donata per Theophilum Bonetum, cum animaduerſionibus Antonii le Grand edita, primum *Geneuæ 1694, 8.* poſt *Londini 1682, 8.* Hæc nititur principiis Carteſianis, quæ multis experimentis in regia Pariſiorum academia factis confirmatur. Combinare hæc Carteſianorum principia cum Ariſtotelicis voluit IOANNES CASPARVS SVICERVS in *compendio phyſicæ ſuæ, Amſtelodami 1685. 8.*

§. V.

Epicuream philoſophiam reſtituere conatus fuit PETRVS GASSENDVS, cuius opera coniunctim prodierunt *Lugduni 1658, f.* In compendium eadem redegit FRANCISCVS BERNIER in *abbregé la Philoſophie de Gaſſendi en VII. Tomes a Lion 1684. 12.* Secutus Gaſſendum fuit WOLFERDVS SENGWERDVS, cuius *philoſophia naturalis* quatuor partibus primarias corporum ſpecies, affectiones, viciſſitudines & differentias exhibens prodiit *Lugduni Batauorum 1681, 4.* Poſt hanc edidit *Inquiſitiones experimentales*, quibus naturæ operandi ratio in nonnullis detegitur & mechanice

ex-

Digitized by Google

exponitur; effectus ex ea reſultantes exhibentur, ad cauſſas reuocantur, experimentis & ratiociniis illuſtrantur, *Lugduni Batauorum 1696, 4.* licet medius incedere velit inter Carteſianos & Democriteos. Eiusdem corpuſcularis philoſophiæ adſecla eſt FRANCISCVS BACO de VERVLAMIO in *philoſophia ſua naturali, Amſtelodami 1653, 8.* & in variis ſcriptis ROBERTVS BOYLE, inter quæ præcipuum eſt Eiusdem *origo formarum & qualitatum iuxta philoſophiam corpuſcularem, conſiderationibus & experimentis illuſtrata* ex anglice latino reddita *Oxonii 1669, 12. Geneuæ 1688, 4.* & ſimiles eiusdem tractatus, quorum perplures ſunt. Eandem philoſophiam ſectatur GVILIELMVS LAMY in libris tribus *de principiis rerum*, qui *Pariſiis 1680, 12.* prodierunt, vbi tamen in primo & ſecundo libro æque principia Philoſophiæ Ariſtotelicæ atque Carteſianæ exponit, in libro tertio vero huius Democriteæ, quæ fidei lumine corrigenda eſſe exiſtimat.

§. VI.

Inter eclecticos primum atque præcipuum habemus IOANNEM CHRISTOPHORVM STVRMIVM, cuius *phyſica conciliatrix Noriberga 1687, 12.* Ariſtotelem cum Carteſio conciliat. In hanc quaſi



Digitized by Google

Commentarius eſt Eiusdem *phyſica electiua*, cuius prior tamen tomus tantum partem phyſicæ generalem complectens prodiit *Noribergæ 1697, 4.* Antea prodierat *Collegium* eiusdem *experimentale*, ſeu *curioſum*, in quo primaria huius ſeculi inuenta & experimenta phyſico-mathematica ad methodum naturis ſuis conuenientem rediguntur, cuius pars prior *Noribergæ 1676, 4.* pars ſecunda *Noribergæ 1685, 4.* prodiit. Æſtimantur quoque ſcripta MARIOTTI, varia, vtpote *eſſays de Phyſique, où Memoires pour ſervir à la ſcience des choſes naturelles. premier eſſay de la vegetation des plantes à Paris 1676, 12. ſeconde eſſay de Phyſique, de la nature de l'air, à Paris 1679, 12. troiſieme eſſay de phyſique de chaud & du froid, Paris 1679 12. quatrieme eſſay de Phyſique de la nature de couleurs à Paris 1680, 12.* Singula ſunt exactiſſima, atque certiſſimis experimentis confirmantur. IOANNES BAPTISTA du HAMEL, præter alia Philoſophica, multum quoque præſtitit in phyſicis. Extant enim eiusdem, *de corporum affectibus cum manifeſtis, tum occultis libri duo. ſeu promotæ per experimenta philoſophiæ Specimen, Pariſiis 1670, 12. de corpore animato libri IV, ſeu promotæ per experimenta philoſophiæ ſpecimen alterum, Pariſiis 1673, 12. de mente humana libri IV, Pariſiis 1672, 12. de*

*com-*

Digitized by Google

*conſenſu veteris & nouæ philoſophiæ libri IV, ſeu promota per experimenta philoſophia pars prima*, *Rothomagii 1669, 12.* HONORATVS FABER *in phyſica* ſua, quæ in decem tractatus diſtributa *Lugduni* edita eſt *1669, 4.* Ariſtotelis quidem ſcholam in plerisque ſequitur, ob experimenta tamen commendatur. Paucos ante annos CHRISTIANVS THOMASIVS edidit *den Verſuch vom Weſen des Geiſtes, Halæ 1699, 9.* quod ſcriptum prodromum eſſe voluit maioris operis, & quidem principia ſua de materia & ſpiritu, omnium rerum principiis exponit, ſed cum aduerſarium de eadem nactus fuiſſet, eidem reſpondet in præfatione ad opuſcula ſua germanica. Elegans eſt IOANNIS CLERICI *phyſica*, ſiue de rebus corporeis libri V, *Amſtelodami 1698, 8.* cum aliis eiusdem edita, atque ſanis rationibus firmata. Singulares quasdam ſententias fouet in principiis phyſicæ NICOL. HARTSOECKER, quæ prodierunt *Pariſiis 1696, 4.* vbi duo rerum naturalium eſſe elementa ſtatuit, vnum infinite extenſum, alterum finite extenſum.

## §. VII.

Per ſola experimenta naturalem philoſophiam qui illuſtrant, præcipui ſunt A-

THA-

Digitized by Google

T.HANASIVS KIRCHERVS & FRANCISCVS TERTIVS a LANA. Ille quidem in *mundo ſubterraneo*, quem in libros XII. digeſſit, atque edidit *Amſtelodami 1665. f.* & in *phyſiologia experimentis comprobata, Amſtelodami 1674, f.* edita. Hic, in *magiſterio naturæ & artis*, opere phyſico-mathematico, cuius tomus primus prodiit *Brixiæ 1684, 4.* alter *1688.* tertius *Parmæ 1692, 4.* Ariſtotelem quandoque ſequitur, nec tamen eiusdem ſolum principiis innititur, ſed eclecticum plerumque agit. Ex Kircheri ſcriptis *phyſicam* ſuam *curioſam* digeſſit CASPAR SCHOTTVS, *Noribergæ 1666, 4.* editam. Magni fiunt ab eruditis ISAACI NEWTONI *philoſophiæ naturalis principia, Londini 1688, 4.* edita. Plane egregia vero eſt Domini de STAIR *phyſiologia noua experimentalis*, quæ ex anglico latine verſa prodiit *Lugduni Batauorum 1686, 4.* in qua medius incedit inter Gaſſendum & Carteſium, atque ſingula ſua variis comprobat experimentis. Sola ſunt experimenta, quæ ſine ordine collegit DANIEL SCHWENTERVS in *deliciis ſuis Mathematicis*, quas continuauit GEORGIVS PHILIPPVS HARSDOERFERVS. Magis tamen æſtimanda ſunt MARTINI MERSENNI cogitata phyſico-Mathematica, *Pariſiis 1647, 4.*

§. IIX.

Digitized by Google

§. VIII.

Ex principiis chymicis phyſicam ſuam Hermeticam deduxit HENRICVS NOLLIVS, quæ prodiit *Francofurti 1619, 8.* Ex iisdem profluit IOANNIS BAPTISTÆ HELMONTII *phyſica inaudita, Lugduni 1667, f.* quæ multa circa principia phyſica atque medica emendat. IOANNIS d' ESPAGNET vero *enchiridion phyſicæ reſtitutæ*, quod *Geneuæ 1694, 8.* recuſum eſt, breuiter, ſed neruoſe principia, chymicorum phyſica exponit. IOANNES IOACHIMVS BECHERVS in *phyſica* ſua *ſubterranea*, quæ cum ſupplementis duobus prodiit *Francofurti 1675, 8.* & nuper recuſa eſt, cauſſas & naturas metallorum ſolide explicat.

§. IX.

Fuere tamen alii quoque, qui certas tantum partes rationibus vel experimentis comprobarunt. Nobilior pars tractationis phyſicæ eſt de anima. Tacemus iam MELANCHTHONIS, SCHEIBLERI, PICCOLOMINI & ſimilium ſcripta de anima hodie abolita, recentior atque vtilior longe eſt tractatus de CORDEMOY *le diſcernement du corps & de l ame, a Paris 1666, 12.* qui tractatus poſtea ſub titulo: *de corporis & mentis diſtinctione* in latinum translatus

Digitized by Google

latus prodiit *Geneuæ 1679, 12.* Functiones animæ optime explicauit DANIEL DVNCAN in tractatu ſuo, quem inſcripſit *explication nouuelle & Mechanique des actions animales à Paris 1678, 12.* In quo, vt eo melius proficiat, cerebrum quoque hominis tanquam ſedem animæ examinat. De *anima belluarum* ſcripſit MARTINVS SCHOOCKIVS, *Gröninga 1658, 4.* Tacemus iam celebrem olim controuerſiam de traduce, ſeu propagatione animæ, quæ inter Sperlingium & Zeiſoldum fuit diſceptata, hodie abolitam. Nuperrime tamen eandem quæſtionem iterum indagauit BARTHOLOMÆVS GORTE in *epiſtola* ſua *ad Alfonſum Lodi* ſcripta atque edita *1702, 8.* de tempore, quo anima rationalis fœtui infundi ſoleat, in qua contra ſententiam ab eccleſia Romana receptam defendit, eo ipſo tempore, quo in ouulo viuere incipiat fœtus humanus, fieri animæ rationalis cum corpore intimam commixtionem.

## §. X.

De homine ſcriptores haut pauci ſunt. Plures ſunt ex antiquis, quos tamen reticeemus, RENATI CARTESII *de homine* tractatus *Amſtelodami 1664, 4.* prodiit. Eiusdem principia ſectatur HENRICVS GER-

GERARDVS HERFELDVS, cuius *philoſophiam hominis de corporis humani machina, deque centro, nobili ſede, ſeu vinculo mentis* tractans, confirmatum obſeruationibus anatomicis Williſii, Bartholini, Malpighii, Fracaſſati, Harvæi aliorumque editum *Amſtelodami 1685, 8.* poſtea recuſum *Lugduni Batauorum 1687, 8.* Poſt hunc prodiit THEODORI CRAANEN tractatus phyſico-medicus *de homine, Lugduni Batauorum 1689, 4.* Auctoris potiſſimum eſt inſtitutum mechanismum ſtatus humani demonſtrare, id quod etiam ex recentiorum æque atque antiquorum principiis haut male demonſtrauit. Paragraphen in eundem ſcripſit DAVID GRÆBNERVS in *medicina veteri reſtituta*, quæ *Lipſiæ 1695, 4.* prodiit, in qua demonſtrare voluit, noua non eſſe, quæ Craanem propoſuit, ſed vel ex Hippocratis vel Galeni ſcriptis depromta. FRANCISCI TIDICÆI extat *Humanitatis Horizon*, ſeu *conformata hominis cum mundo commendatio, Lipſiæ 1638, 4.* De Circulatione ſanguinis & medici agunt in ſcriptis ſuis phyſiologicis & phyſici. Quo faciunt *Recentiorum diſceptationes aliquot de motu cordis, ſanguinis & chyli in animalibus, Lugduni Batauorum 1647, 4.* coniunctim editæ. In his continentur GVILIELMI HARVÆI *de motu*

cor-

*cordis & ſanguinis exercitatio anatomica*, cum refutationibus ÆMYLII PARISINI & IACOBI PRIMEROSII, aliaque.

§. XI.

Alii ſe in deſcribenda hiſtoria animalium exercuerunt. Extat ARISTOTELIS *de animalibus exteris* fragmentum hiſtoriæ animalium, in quod commentatus fuit IVLIVS CÆSAR SCALIGER, *Toloſæ 1619*, *f.* Extant quoque hac in parte ſcripta IO. IONSTONI, *hiſtoria* quidem *naturalis de quadrupedibus*, *Francofurti 1652*, *f. hiſtoria naturalis de piſcibus & cetis*, *Francofurti 1649 f. hiſtoria naturalis de auibus*, *Francofurti 1650*, *f.* Recentior quidem eſt, magis tamen adhuc æſtimatur CONRADI GESNERI *hiſtoria animalium* quæ *Tiguri 1551*, *f.* libris quinque prodiit. Huic præferenda ſunt ſcripta VLYSSIS ALDROVANDI *ornithologia*, *de piſcibus & cetis*, *de animalibus inſectis*, *de animalibus ex ſanguibus*, *de quadrupedibus ſolidipedibus* & alia, quæ Bononiæ primum edita, poſt Francofurti recuſa, licet Bononienſis editio ſplendidior non ſolum ſit, ſed etiam accuratior. Hic enim non ſolum phyſice hiſtoriam animalium tractat, ſed etiam ex hiſtoriis, fabulis atque moralibus eandem illuſtrat. *Piſcium & aquatilium hiſtoriam* perduxit GVILIELMVS RONDELETIVS, *Londini 1554*, *f.* Melior tamen adhuc eſt

eſt FRANCISCI WILLVGBEII *hiſtoria piſcium*, quæ cura Ioannis Raii prodiit *Oxonii 1686, f.* atque hodie præcipua habetur. WOLFGANGI FRANTZII *hiſtoriam animalium* cum commentariis & ſupplementis edidit Ioannes Cypriani, quæ non inelegans eſt, & ſtudioſis Theologiæ adprimis vtilis. Licet SAMVELIS BOCHARTI *Hierozoicon* ſit præſtantisſimum, vtpote in quo de animalibus, quorum in ſacra Scriptura fit mentio, agit, prodiit *Londini 1663, f.* & *Francofurti ad Mœnum 1675, f.* Multa tamen tranſumſiſſe videtur ex IOANNIS BVSTAMANTINI tomis duobus *de animalibus ſacræ Scripturæ, Compluti 1595, 4. Lugduni 1620, 8.* Continuauit Bochartum IOANNES HENRICVS MAIVS in tractatu ſuo *de hiſtoria animalium, Durlaci 1686, 8.* Non prætereundi ſunt ſcriptores, qui de anima vel ratione brutorum egerunt. Inter quos primo loco nominari merentur THOMÆ WILLISII *de anima brutorum* exercitationes duæ, *Oxonii 1672, 4.* editæ, quarum prior eſt phyſiologica, altera pathologica. ANTONII le GRAND diſſertatio extat *de carentia ſenſus & cogitationis in brutis, Londini 1675, 8.* Verum, HIERONYMVS RORARIVS libros duos edidit, *quod animalia bruta ratione melius vtantur homine*, qui prodierunt *Pariſiis*

 1648, 8.

1648, 8. Elegantisſima eſt IOHANNIS ANDREÆ SCHMIDTII *logica brutorum*, quæ cum diuerſis ipſius diſputandi proceſſibus prodiit, eiusdemque Geometria brutorum *Ienæ* 1690, 4. *Theatrum inſectorum* ab EDVARDO WOTTONO, CONRADO GESNERO, THOMAQVE PENIO inchoatum perfecit THOMAS MOVFETTVS, *Londini* 1534, f. Accuratior tamen eſt IO. SWAMMERDAMI *hiſtoria generalis inſectorum, Vltraiecti* 1685, 4. & STEPHANI BLANCARDI *Schauplaz der Raupen.*

§. XII.

Hiſtoriam plantarum libris X. deſcripſit græce & latine THEOPHRASTVS ERESIVS, *Amſtelodami* 1644, f. & qui in eandem commentatus eſt IVLIVS CÆSAR SCALIGER, *Lugduni Batauorum* 1566, f. Sic etiam IO. IONSTONVS *notitiam regni vegetabilis* edidit, ſeu plantarum, *Lipſiæ* 1661, 12. Idem ſcripſit dendrographiam, ſeu hiſtoriam naturalem de arboribus & fructibus, tam noſtri, quam peregrini orbis, *Francofurti* 1662, f. VLYSSIS ALDROVANDI *dendrologia* per Ouidium Montalbanum edita *Bononiæ* 1668 f. & *Francofurti* 1672 f. Optimi vero, qui de plantis ſcripſerunt, ſunt Mr. DEDV *de l'ame des plantes, & de leurs naiſſances, de leurs nourriture & de leur progres eſ-*

*ſay de phyſique, à Paris 1682, 12. Mr. Mariotte eſſays de phyſique, ou Memoires pour ſervir à la ſcience des choſes naturelles premier eſſay de la vegetation des plantes, à Paris 1676, 12.* Hi enim vegetationem plantarum exacte deſcribunt. Ab accurata diſpoſitione plantarum merito commendanda eſt IO. RAII *hiſtoria plantarum, Londini 1686, f.* qui multa quoque ſe hauſiſſe profitetur ex ANDREA CÆSALPINO *de plantis, Florentiæ 1583, 4. Anatomen plantarum* optime deſcripſit MARCELLVS MALPICHIVS, *Londini 1675, f.* & qui eodem tempore editus eſt tractatus NEHEMIÆ GREW. Plures occurrunt inter Botanicos, de quibus in bibliotheca medica dicemus.

§. XIII.

De cœlo optimum eſt ATHANASII KIRCHERI *inter ecſtaticum cœleſte*, cum ſcholiis Gaſparis Schotti, *Herbipoli 1660, 4.* IACOBI BERNOVLLII extant *cogitationes de grauitate ætheris, Amſtelodami 1683, 8.* Quantum ad menſuram aeris, *traité des hygrometres, ou machines pour meſurer la ſecheresse & l'humidité de l'air à Paris 1686, 12.* Naturam vero aeris expoſuit Mr. MARIOTTE *ſeconde eſſay de phyſique, de la nature de l'air à Paris 1679, 12.* Aeris atmoſphærici naturam detexit WOLFERDVS

SENGVERDVS, in *inquiſitionibus experimentalibus*, *Lugduni Batauorum 1699, 4.* Circa originem & mutationes generales orbis ſublunaris occupatus eſt THOMAS BVRNETVS in *theoria telluris ſacra*, *Londini 1681, 4.* edita. Contra quem tamen ſcripſit *Anti-Burnetum*, IANVS BIRCHERODIVS, ſiue tractatum, in quo opus creationis diei tertii explicatur, atque telluris forma, aquarum altitudo & copia, contra Thomæ Burneti theoriam telluris ſacræ illuſtrantur, *Hafniæ 1688, 8.* in quo paradoxa Burneti breuiter quidem, ſed in quibusdam ſolide refellit. Recentior quidam Scriptor Anglus ROBERTVS A CLAIR in tractatu ſuo, quem inſcripſit *the abyſſinian philoſophy confuted*, *Londini 1697, 12.* edito, hanc Burneti hypotheſin apud Habesſinos iamdum fuiſſe receptam probat, eandemque refutat. *Nouam telluris theoriam a nevv theoric of the earth* auſpiciis atque ſubſidiis Newtoni compoſuit GVILIELMVS WHISTONVS, *Londini* editam *1696, 8.* in qua operoſe demonſtrat, creationem mundi hexaemero factam, diluuium uniuerſale, & generalem conflagrationem, prout in ſcriptura propouuntur, cum ratione & Philoſophia optima congruere.

§. XIV.

§. XIV.

Circa materiam lucis habemus ATHANASII KIRCHERI *artem magnam lucis & vmbræ*, quæ prodiit *Romæ 1645, f.* & *Amſtelodami 1671, f.* & qui nouas atque ſingulares opiniones fouet ISAACVS VOSSIVS, *de lucis natura & proprietate, Amſtelodami 1662, 4.* Contra hunc ſcripſerunt PETRVS PETITVS *de ignis & lucis natura, Pariſiis 1664, 8.* & IOANNES BRVYN *de luce, Amſtelodami 1664, 4.* In meteororum doctrina æſtimantur maxime LIBERII FROMONDI *meteorologicorum libri V, Londini 1656, 4.* atque ſpeciatim quoque huc referenda eſt elegantiſſima diſſertatio GEORGII ALBERTI HAMBERGERI, profeſſoris apud nos celeberrimi, *de iride diluuii*, habita *1696, 4.*

§. XV.

Circa flumina & montes egregie occupatus fuit ATHANASIVS KIRCHERVS in *mundo* ſuo *ſubterraneo*, qui prodiit *Amſtelodami 1665, f.* qui inter præcipuos in hac parte habendus. Accuratius tamen ingreditur DOMINICVS GVILIELMINVS in tractatu ſuo *de natura fluminum*, *Bononiæ 1697. 4.* in quo principiis mathematicis ſua declarat. Alias habemus PLVTARCHI tractatum *de fluminibus & montibus*, qui cum Philippi Ioannis Mauſſaci notis prodiit



Digitized by Google

*Toloſæ 1618, 8.* Sic etiam VALERIVS FAVENTINVS dialogum edidit *de montium origine, Venetiis 1561, 4.* Elegantisſimum eſt ſcriptum ISAACI VOSSII *de Nili & aliorum fluminum origine, Hagæ Comitiis 1666, 4.* Hic enim cum in phyſicis excelleret, multa enodauit ſingularia. Facit etiam huc LEONHARDI THVRNEYSERS *zum Thurn Piſon, von kalten, warmen, Mineriſchen und Metalliſchen Waſſern, ſambt der Vergleichung der Planeten und Erdgewächſe in 10. Büchern, Franckfurth 1572, f.* Primi quatuor libri phyſici ſunt; Primo quidem disquirit, vnde aquæ vim mineralem atque metallicam recipiant. Secundo, qua ratione & quibus inſtrumentis aquarum virtus posſit explorari. Tertio, qua ratione quinta eſſentia ex mineralibus posſit elici. Quarto demum agit, qua ratione thermæ naturales præparari posſint, & comparatio inſtituitur metallorum ſingulorum, cum quibuscunque conuenientibus herbis. Reliqui libri omnes Germaniæ fluuios, riuos & fontes recenſent, eorumque virtutem ſanandi ac vim metallicam, thermas & ſimilia deſcribunt. Tres adhuc alios libros promiſit ſub titulo: *Gihon, Hidekel, Phrath,* quibus comprehendere promiſit fluuios Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Daniæ & reliquarum Europæ terrarum.

Digitized by Google

rum. Sed quantum conſtat, editi non ſunt. Eruditum quoque ſcriptum eſt ANDREÆ BACCII, quod *de thermis* compoſuit libris VII, in quo agit de vniuerſa aquarum natura, differentiis, miſtionibus cum terris, ignibus, metallis, lacubus, fontibus, fluminibus & balneis totius Orbis, methodo quoque medendi per balnea, deque lauationum atque exercitationum inſtitutis in thermis veterum Romanorum, prodiit *Venetiis 1588, f.* & *Francofurti 1667, f.*

§. XVI.

Alii nobis metallorum naturam expoſuerunt. Inter hos habemus IO. MATTHESII SAREPTAM, *Lipſiæ 1619, 4.* vernaculo ſermone editam, in qua ſingulis concionibus metallorum naturam atque qualitatem iuſte explicat. Facit huc potiſſimum GEORGIVS AGRICOLA *de ortu & cauſſis ſubterraneorum*, libris V, cum dialogo Bermanni, *Baſileæ 1558, f.* BERNARDI CÆSII *mineralogia, Lugduni 1636, f.* THEOPHRASTVS PARACELSVS *de mineralibus* & ſcriptores ſimiles, ipſe quoque KIRCHERVS in *mundo ſubterraneo.* Alias modum medulla inueniendi, metallifodinas exercendi, & ex mineris metallum eliciendi docuit ELIAS MONTANVS, in libro, cui titulum fecit, *Bergwerckſchatz, d. i.*

*ausführlicher Bericht von Bergwercken, nach der Ruthen und Witterung.* Scriptum hoc ex manuſcripto antiquo hauſiſſe ſe teſtatur, ſed nullus alius eſt, quam Baſilii Valentini liber, quem compoſuit *von Bergwercken*, qui alias quoque in tomo ſecundo operum Valentini continetur. Elegans eſt ALONSI BARBÆ *el arte de los Metallos*, quæ poſtea in germanicum ſermonem translata ſub titulo: *Bergbüchlein*, prodiit *Hamburgi 1676, 8.* Agit ibi auctor de metallis, horumque origine, aliisque rebus ſingularibus, quæ ad notitiam metallorum in Peruana prouincia obſeruauit. Rationem vero dignoſcendi metalla & tractandi mineras optime deſcripſit LATZARVS ERCKERVS im *Probirbuch, Franckfurt 1673, f.* Vt taceam alios, qui certorum tantum metallorum naturam expoſuerunt, vti extat DANIELIS GEORGII MORHOFII elegantiſſima oratio *de auro*, quæ inter alia eiusdem edita eſt.

§. XVII.

De *Magnete* egerunt varii. Extat NICOLAI ZVCHI *philoſophia noua de machinis & magnete, Romæ 1652, 4.* VINCENTII LEOTARDI *magnetologia*, ſ. *noua de magnete philoſophia, Lugduni 1668, 4.* Sic etiam æſtimantur WILHELMI BARLOW *obſeruationes magneticæ, Londini 1616, 4.* anglice ſcri-

ſcriptæ, contra quas cum MARCVS RIDLEVUS animaduerſiones ederet, *detectione vanitatis* in easdem reſpondet Barlow, *Londini 1618, 4.* Optimum vero eſt ATHANASII KIRCHERI *magneticum naturæ regnum,* ſ. diſceptatio *de triplici in natura rerum magnete inanimato, animato & ſenſitiuo*, quod *Coloniæ 1634, 4.* editum, & variis experimentis comprobatum eſt. De virgula diuinatoria ſingularis tractatus extat Mr. de VALLEMONT *la phyſique occulte, où traité de la baguette diuinatoire, à Amſterdam 1693, & 1696, 12.* vbi ſingularia proponit de efficacia virgulæ diuinatoriæ, qua etiam homicidæ, innocentes & ſimilia poſſint detegi. Huic tamen contrarium ſcriptum edidit IOANNES GOTTFRIDVS ZEITLERVS, *pancomyſterion, ſ. tractat von der Wüſchelruthe, Halæ 1700, 8.* in quo multa hucusque paradoxa proponit, licet in præfatione ſæpe diſſentiat Thomaſius.

## §. XVIII.

Cum autem multum momenti in phyſicis præbeant illi, qui in ephemeridibus noua experimenta proponunt, operæ pretium erit, de iisdem quoque agere. Initium fecerunt Angli, quorum Societas Regia apud omnes nota eſt. Edidit autem HENRICVS OLDENBVRGIVS, ſecretarius ſo-



Digitized by Google

cietatis *Philoſophical transactions*, *Londini 1666, 4.* quarum etiam aliquæ ſub titulo: *Acta philoſophica ſocietatis Regiæ in Anglia per Ioannem Sterpinum* in latinum ſermonem translata prodierunt *Lipſiæ 1675, 4.* In his autem varia noua experimenta in ſocietate propoſita declarantur, vti latius de hiſce actis dictum fuit in introductione ad rem litterariam p. 88. Anglorum exemplo excitati Medici atque Phyſice Germaniæ excellentiſſimi, qui in ſocietatem coeuntes, *miſcellanea curioſa medico-phyſica academiæ naturæ Curioſorum* ab anno 1670. iam XXIV. tomos ediderunt, licet ab aliquot retro annis paullatim deſierint. In his autem continentur obſeruationes phyſicæ & chymicæ rariores a ſociis exhibitæ, atque in ſuos annos & decurias collectæ. Faciunt huc etiam *acta Philexoticorum Brixienſia*, menſtruatim edita a Martio 1686. ad Februarium 1687. in quibus rariores occurrunt obſeruationes mathematicæ, phyſicæ & medicæ. Mathematicis & phyſicis obſeruationibus repletiſſimæ ſunt *ephemerides Florentinæ*, *ſaggi de naturali eſperienze fatte nell' academia del Cimento, ſotte la protezzione del Sereniſſimo Principe Leopoldo di Toſcana in Firentze 1667, f.* atque rariſſimæ ſunt.

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX.

Subnectendi hiſce ſunt, qui in muſæis varia naturæ curioſa repræſentarunt, atque ob materiam medicam, quam exhibent, partim ad bibliothecam medicam, partim ad ſcriptores phyſicos referuntur. Inter præcipua numeratur OLAI WORMII *Muſæum, Wormianum* dictum, *Lugduni Batavorum 1655, f.* & *Muſæum Calceolarianum, Venetiis 1621, f.* quæ præter curioſa naturæ ſimul partium contentarum explicationem exhibent. VLYSSIS ALDROVANDI *muſæum*, quod *Bononiæ 1648, f.* cum figuris prodiit, rariſſimum eſt, et præter metallorum naturam, harum etiam diuerſas ſpecies conſiderat. *Muſæum Daniæ Regis* haut ita pridem deſcripſit OLIGERVS IACOBÆVS. *Muſæum regalis Societatis Anglicanæ*, ſiue catalogum & deſcriptionem rariorum rerum naturalium & artificialium, quæ pertinent ad Societatem regiam, edidit NEHEMIAS GREW, *Londini 1681, f. Muſæum Gottorpienſe* deſcripſit ADAMVS OLEARIVS. Animalia teſtacea additis figuris elegantiſſime expoſuit PHILIPPVS BONANVS in *recreatione mentis & oculi, Romæ 1684, 4.* Sub prælo iam ſudat Francofurti ad Mœnum MICHAELIS BERNARDI VALENTINI *Muſæum Muſæorum*, oder *allgemeine Na-*

*tur*

Digitized by Google

*tur und Materialienkammer*, cuius præfatio hiſtoriam omnium, quotquot extant, muſæorum continebit, ipſa vero tractatio ſecundum tria regna, potiora naturalia, ea maxime, quæ in officinis occurrunt, exponet, cum variis figuris æneis, cuius editionem vtilisſimam expectamus.

## §. XX.

Pneumaticam Ariſtotelici in parte ſpeciali metaphyſicæ tractant, alia ſeparatim. Ita habemus GEORGII MEIERI *pneumaticam, Witteberga 1663, 4.* editam, & quæ ad Carteſianorum principia directa eſt ANTONII HEEREBOOD *pneumatica, Lugduni Batauorum 1659, 12.* Melior vero eſt IO. CLERICI *pneumatica, Amſtelodami 1692, 8.* Recentiores quidam per ſubſtantias intermedias, omnes, quæ in eadem occurunt difficultates, optime ſuperari poſſe putant. Auctor illius ſententiæ eſt THEOPHRASTVS PARACELSVS, quam dein ſcriptor quidam Gallus ſub nomine Comte de CABALIS, cuius auctorem eſſe dicunt Abbatem VILLARS, latius deduxit in libro, cui titulus: *entretiens ſur les ſciences ſecretes.* Recentior eſt BALTHASAR BEKKERVS, cuius *mundus faſcinatus, die bezauberte Welt*, in multorum verſatur manibus.

Scri-

Digitized by Google

Scriptum hoc Belgica lingua primum prodiit libris duobus, *Leouardia 1690, 8.* & *Amſtelodami 1693, 4.* tertius vero liber *Amſtelodami 1693, 4.* poſt in linguam Germanicam translatus prodiit *Amſtelodami 1693, 4.* in linguam Gallicam, *Amſtelodami 1694, 12.* 4. vol. Inſtitutum auctori eſt, vt, ſi non exiſtentiam Spirituum, horum tamen operationes neget, idque tanto adparatu egit, vt pleraque loca ſcripturæ, quæ de operationibus ſpirituum teſtantur, aliter eſſe intelligenda, tradat. Inter reliquos autem, qui eiusdem hypotheſes refutarunt, præcipue illud egit egregie Buddeus, in parte ſexta philoſophiæ theoreticæ. Cap. II.

§. XXI.

Theologiæ naturalis Scriptores varii ſunt. Alii gentilium Theologiam illuſtrarunt, id quod facit GERARDVS IOANNES VOSSIVS *de origine & progreſſu idololatriæ*, cuius prima vice quatuor tantum libri prodierunt *Amſtelodami 1641, 4.* qui dein ab auctore plurimum aucti, adiectis aliis ex eiusdem autographo quinque libris, poſt mortem iterum prodierunt *Amſtelodami 1668, f.* & *Francofurti 1675, 4.* in quo opere idololatriæ originem declarat, atque in phyſiologia ſua paganorum cultum ad res naturales accommodat. Secutus eundem

fuit

Digitized by Google

fuit ANTONIVS van DALE, in egregio ſuo tractatu *de idololatria*, in quo demonſtrauit, omnem gentilium cultum vel ſuperſtitione, vel fraudibus niti: prodiit *Amſtelodami 1696, 4.* Inter Anglos eminet EDVARDI, Baronis HERBERTI de CHERBVRY tractatus *de religione gentilium, errorumque apud eos cauſſis, Amſtelodami 1663, 4.* qui naturali non ſolum cognitioni nimium quid tribuit, ſed etiam tum in præcipuo ſummi ac veri Dei cultus genere gentiles cum Chriſtianis fuiſſe concordes, homines perſuadere nititur, vniuerſæ Theologiæ Romanæ rationem exhibet, præcipuorum deorum cultum tradens, & principia Theologiæ naturalis gentilium exponens. Erroneas tamen eiusdem ſententias circa naturalem Dei cultum peculiari diſſertatione *de inſufficientia luminis naturæ ad ſalutem* a IOANNE MVSÆO conſtat eſſe confutatas.

§. XXII.

Alii ſunt, qui veritatem religionis Chriſtianæ contra oppugnatores aſſeruerunt. Inter hoſce eſt HVGO GROTIVS, *de veritate religionis Chriſtianæ*, qui tractatus, additis adnotationibus, prodiit *Pariſiis 1640, 12.* PHILIPPVS MORNÆVS *de veritate religionis Chriſtianæ, Herbornæ 1620, 8.* Præcipuus vero haberi debet EDVARDVS STIL-

LING-

LINGFLEETVS, *in originibus ſacris*, quæ anglice primum prodierunt, poſt in Belgicam atque latinam linguam tránslatæ, diuerſis vicibus fuerunt editæ.

§. XXIII.

Non defuerunt, qui varias ſententias & dogmata gentilium de rebus diuinis collegerunt. Inter veteres illud egit EVSEBIVS in quindecim libris *de præparatione euangelica*, qui græce & latine cum notis Franciſci Vigeri prodierunt *Pariſiis 1628, f.* in iisdem enim varias ſententias Iudæorum atque gentilium de Deo, eiusdemque attributis proponit. Secutus hunc fuit AVGVSTINVS STEVCHVS in ſuo *de perenni philoſophia tractatu*, qui *Lugduni 1540, f.* prodiit, in quo ſententias philoſophorum diverſæ ſectæ, quas in Theologia habent, proponit, easdemque examinat. Idem egit GVILIELMVS POSTELLVS, libris quatuor *de orbis terræ concordia*, quorum tres primum *Pariſiis 1543, 8.* prodierunt, quartus aliis editionibus, ſine addito loco & anno factis, adiectus. Hoc autem ipſi in hoc ſcripto potisſimum eſt inſtitutum, vt religionis Chriſtianæ veritatem ex rationis rectæ principiis demonſtret, id quod etiam libro primo huius concordiæ ſpeciatim egit. Altero vitam, educationem, mores Muhamedis,

dis, eiusque ſectatorum tradit, atque Alcoranum refutat. Tertio, quid commune totus orbis tam iure humano, quam diuino habeat, tradit. Quarto, qua arte ſine ſeditione falſæ de Deo & diis perſuaſiones ad verum poſſint pertrahi. Inter recentiores illud egit accuratiſſime PETRVS DANIEL HVETIVS in *demonſtratione ſua euangelica*, libro elegantiſſimo, qui primum *Pariſiis* prodiit *1641, f.* poſt *Amſtelodami 1680, 8.* nuper demum recuſus eſt *Lipſiæ 1702, 4.* in quo teſtimonia, quæ de veritate religionis chriſtianæ propoſuerunt gentiles, congesſit atque examinauit ſolidisſime. Cum hoc conferendus eſt HENRICVS MORVS, in *explanatione* ſua *magni myſterii pietatis*, quæ *Londini 1674, f.* edita, in qua ea, quæ obſcura ſunt in religione chriſtiana, exponit & veritatis certitudinem firmat.

§. XXIV.

Ad mentem ſcholaſticorum Theologiam naturalem propoſuerunt alii. Inter hos habemus RAYMVNDI de SABVNDE *Theologiam naturalem*, ſeu librum creaturarum de homine & creaturis, *Lugduni 1540, 8.* THEOPHILI RAYNAVDI Theologiam naturalem, ſeu entis increati & creati intra ſupremam abſtractionem ex naturæ lumine inueſtigationem, *Lugduni 1622, 4.*

LV-

Digitized by Google

LVDOVICI GRANATENSIS *philoſophia Chriſtiana* de opere creationis & quomodo per creaturas ad creatoris cognitionem perueniatur, *Ingolſtadii* prodiit *1650, 8.* KILIANI RVDRAVFFI *Theologia naturalis, Gieſſa 1657, 8.* HERMANNI ALEXANDRI ROELL *diſſertatio de religione rationali, Franeckera 1690,* & quæ inter haſce non minima habetur STEPHANI KLOTZII *Theologia naturalis*, quæ prodiit *Roſtochi 1640, 8.*

§. XXV.

Recentiora ſcripta ſunt IO. CLAVBERGII *centuria exercitationum de cognitione Dei & noſtri ſecundum philoſophiam, Duisburgi 1656, 8.* TOBIÆ PFANNERI *ſyſtema Theologiæ gentilis, Geneuæ 1679, 4.* GERARDI de VRIES *exercitationes rationales de Deo, diuinisque perfectionibus, Traiecti 1685, 4.* IOANNIS ANDREÆ SCHMIDTII *Theologia naturalis, Ienæ 1689, 8.* & quæ Arminianis potiſſimum oppoſita eſt, IO. PAVLI HEBENSTREITII *Theologia naturalis, Ienæ 1696, 8.* Magni ſuo merito ſunt PETRI POIRETI *cogitationum rationalium de Deo, anima & malo libri quatuor, Amſtelodami 1685, 4.* quibus omnia philoſophiæ fundamenta hac in parte continentur & Benedicti Spinozæ errores convincuntur. Cum tamen ob ſubtilitatem nimium obſcurus ſæpe ſit Poiretus, præferendi illi ſunt SAMVELIS

G PAR-

PAKKER *diſputationes de Deo, Londini* editæ *1678.4*, quibus Atheos alioſque veritatis hoſtes grauiter conuincit.

§. XXVI.

Alii tamen præter Poiretum atque Parkerum in conuincendis Atheis eiusdemque farinæ hominibus fuerunt occupati. Primum ſine dubio locum meretur HENRICVS MORVS, qui multis contra Atheos atque Epicureos diſputauit in *dialogis ſuis diuinis, antidoto adverſus atheiſmum*, tractatu *de immortalitate animæ* & ſimilibus. Apud Germanos extat IOANNIS LVDOVICI FABRICII *apologeticus pro genere humano contra calumniam Atheiſmi, Heidelbergæ 1682. 4.* atque IOANNIS EBERHARDI SCHWELINGII *mens immortalis contra Atheos, Scepticosque demonſtrata, Bremæ 1683. 12.* Galli tamen hac in parte plura præſtiterunt. Extat enim *Traité de religion contre les Deiſtes & les nouveaux Pyrrhoniens. à Paris 1677. 12.* M. F. DV-BOIS *preuves & preugés pour la religion Chretienne & catholique contre les fauſſes religions & l'atheiſme, à Paris 1683 4* præcipuum vero ſcriptum eſt PETRI CHAVVINI *de naturali religione. Roterodami 1693. 8.* contra Deiſtas atque Atheiſtas directum. Huic tamen ſe oppoſuit Dominus de VRIGNY. Hic enim gallico idiomate ſcripſit epiſtolam con-

contra Antitrinitarios, tolerantes & moraliſtas, cui adiecit animaduerſiones ad dictum Chauuini librum 1693. 8. In hiſce multorum errorum arguit Chauuinum, immo, ipſum Atheiſmi ſemina ſpargere, contendit. Defendit tamen ſeſe Chauuinus in libro, quem inſcripſit: *Eclairciſſemens ſur vn livre de la religion naturelle. à Roterdam 1693. 8.* in quo etiam ea, quæ durius dixerat Vriguius, ad examen reuocat. Vtrorumque rationes & cauſſam examinauit in inaugurali ſua IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, *Halæ* habita. GVILIELMVS NICHOLS anglico idiomate *collationem cum Theiſta* ſcripſit, cuius pars prior *Londini 1696. 8* poſterior *Londini 1697. 8.* pars tertia *1698.* quarta & vltima *1699. 8.* prodiit. Oppoſita illa potiſſimum eſt volumini cuidem epiſtolarum, quod Carolus Blount ſub ſpecioſo oraculorum rationis titulo ediderat, in quo epiſtolis quibusdam impietatem ſuam ſatis aperte profeſſus eſt Blountius. Id quod anſam dedit Nicholſio prolixius argumenta eiusmodi farinæ hominum indagandi, eademque examinandi. Contra Spinozam vero alii diſputarunt. Habemus enim *l' impie conuaincu, où diſſertation contre Spinoſa, dans laquelle on refute les fondemens de ſon Atheiſme, à Amſterdam 1647. 8. Nouuel Atheiſme renuersé où refutation*



Digitized by Google

*du Syſteme de Spinoza, par Mr.* LAMY *1696, 12.* & qui prolixius illud egit IACOBVS ABBADIE in *traité de la verité de la religion Chretienne, a Rotterdam 1684, 8.*

# CAPVT SEXTVM.

## DE

## SCRIPTORIBVS PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ, ET QVIDEM ETHICIS.

§. I. *Scriptores de bibliographia morali.* §. II. *Scriptores, qui ſententias veterum philoſophorum morales collegerunt.* §. III. *Scriptores Philoſophiæ mythicæ.* §. IV. *Moralia Ariſtotelis cum Commentariis Græcis.* §. V. *Ariſtotelis ſectatores in moralibus, Theophraſtus Ereſius, Cicero & Boethius.* §. VI. *Scriptores Scholaſtici de Moralibus.* §. VII. *Moraliſtæ recentiores.* §. VIII. *Scriptores de iuſtitia & iure.* §. IX. *Scriptores, qui Moralia ſecundum præcepta Decalogi demonſtrarunt.* §. X. *Scriptores, qui in moralia Ariſtotelis introductiones dederunt.* §. XI. *Scriptores, qui compendia ediderunt ex Moralibus Ariſtotelis.*

Digitized by Google

*telis.* §. XII. *Ethica Carteſiana.* §. XIII. *Scriptores ethicæ eclectici.* §. XIV. *Scriptores qui ad doctrinam de adfectibus faciunt.* §. XV. *Scriptores Moralium paranetici.* §. XVI. *Scriptores adagiorum.* §. XVII. *Scriptores ethicæ paradigmaticæ.* §. XVIII. *Inter ſcriptores ethicæ characteriſticæ præcipuus eſt Theophraſtus Ereſius, & qui illum ſecuti.* §. XIX. *Reliqui Scriptores ethicæ characteriſticæ.* §. XX. *Scriptores, qui de moribus diuerſarum gentium egerunt.* §. XXI. *Scriptores de delectu ingeniorum.* §. XXII. *Scriptores ethicæ Chriſtianæ.* §. XXIII. *Scriptores, qui moralem diſciplinam cum iurisprudentia docent iungere.* §. XXIV. *Scriptores, qui modum conuerſandi hodiernum præſcribunt.* §. XXV. *Scriptores, qui aulicorum mores formare conati fuerunt.* §. XXVI. *Scriptores ethicæ particulares.* §. XXVII. *Scriptores Theologiæ moralis & caſuum Moralium remiſſiue.* §. XXVIII. *Scriptores, qui Opuſcula Moralia edidederunt*



Digitized by Google

## §. I.

MOrum diſciplina præcipuam partem olim fecit in veterum philoſophia, neque tamen neglecta etiam fuit apud recentiores, ſi modo pari cum induſtria ſemper tractata. HENRICVS IVLIVS SCHEVRLIVS in *bibliographia* ſua *morali*, quæ *Helmſtadti* ex iterata editione *1686 8.* prodiit, ſcriptores priſcos, qui ad moralia faciunt, indicat, de iisdemque haut male iudicat. Optandum tamen eſſet, vt MORHOFII *polyhiſtor philoſophicus*, & GEORG. SCHVBARTI *bibliotheca ſelecta philoſophiæ practicæ*, quæ adhuc in mauuſcripto latent, cum ex iis multa notitia ad hanc claſſem hauriri poſſit, eſſent edita. Hiſtoriam & ſcriptores veteres potiores explanauit SIMON GOVLARTIVS in *philoſophia morum hiſtorica, Geneuæ 1594. 8.* GEORGIVS PASCHIVS in academia Kilonienſi paucos ante annos inſtituerat ſingulari libro *de variis moralia tradendi formis modisque* agere, nec tamen præter ſummaria liber quiſpiam adhuc prodiit.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Antiquiſſimi philoſophi non tam ſcriptis hanc morum diſciplinam, quam potius ſymbolis & figuris, ſententiis & fabulis proponebant. Ægyptiorum philoſophia ſymbolica erat: Pythagoras & Græci ſententias proponebant & præcipue nota ſunt *dicta ſeptem Græciæ ſapientum*, de quibus elegantisſime edisſeruit IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS. De *ethica Platonica* atque *Pythagorica* MAGNI DANIELIS OMEISII in ſuperioribus iam fuit dictum. IOANNES STOBÆVS fragmenta moralia veterum philoſophorum ſub certis titulis congeſſit. Inter editiones eminet ea, quæ *Francofurti* facta *1581.* & *Lugduni 1608. f.* quibus addenda eſt *Pariſienſis 1623. f.* cui HVGO GROTIVS prolegomena & notas adiecit, quæ tamen admodum eſt rara. Tacemus iam DIOGENEM LAERTIVM, aliosque, qui placita veterum Philoſophorum congeſſerunt. Tacemus XENOPHONTIS *libros V. memorabilium*, quibus ſententias Socraticorum congeſſit, quod etiam ex recentioribus egit LEO ALLATIVS, qui *Socratis & Socraticorum epiſtolas* congeſſit *Pariſiis 1637. 4.* Xenophontis vero memorabilia in gallicum ſermonem tranſtulit CHARPENTIER, ſub titulo: *les choſes memorables*

*de Socrate*, quæ poſtea in germanicum idioma tranſtulit CHRISTIANVS THOMASIVS hoc titulo: *der Kern wahrer und nützlicher Weltweißheit, ebedeſſen von Xenophon in Beſchreibung der merckwürdigen Dinge des Socrates vorgeſtellet, und aus dem Franzöſiſchen des Herrn Charpentier ins Teutſche überſetzet, Halle 1693, 8.* in quo dicta Socratis eleganter exponuntur. Fuerunt alii, qui ethicam Salomonis elicerent. Egit illud IOSEPHVS HALL. in *Salomons Regier Hausbaltungs und Sitten-Kunſt, verteutſcht durch Andream Beyern 1684, 12.* Elegantiſſimus vero liber eſt *les conſeils de la ſageſſe, où recueil des maximes de Salomon, les plus neceſſaires à l homme pour ſe conduire ſagement, à Paris 1677, 8. 2. vol.* Auctor libri dicitur NICOLAVS FAVQVETTVS, quem in exſilio ſuo compoſuerit. Sic etiam ſententias quasdam veterum philoſophorum congeſſit GVALTERVS DONALDSONVS, qui *locos communes ſapientiæ humanæ* edidit *Francofurti 1602, 4.*

§. III.

Antiquiſſima morum philoſophia videtur eſſe mythologica, in qua excellet ÆSOPVS, fabularum auctor inſignis, quæ in varias linguas translatæ prodierunt, ita vt Hebræi quoque illas lingua ſua legant. Hic autem, teſte Gellio, de Noctibus Atti-

cis

Digitized by Google

cis lib. II. c. XXIX, quæ vtilia monitu ſuaſuque erant, non ſeuere, non imperioſe præcepit & cenſuit, vt philoſophis moris eſt, ſed feſtiuos delectabileſque apologos commentus, res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Habemus hodie fabulas ſub Æſopi nomine, ab eodem effictas quidem, non autem ab ipſo, ſed ab aliis, in ſcripturam redactas. Prodierunt autem iſtæ cum Aldi Manutii interpretatione latina, Gabriæ fabulis 43 atque Æſopi vita a Maximo Planude compoſita, adiunctiſque aliquot gnomicis ſcriptoribus, *Francofurti ad Mœnum 1583, 8.* Edidit poſtea illas Ioachimus Camerarius, addiditque narrationes alias cum hiſtoria vitæ fortunæque Æſopi, *Lipſiæ 1598, 8.* Inter latinos veteres idem egit PHOEDRVS, cuius *quinque fabularum Æſopicarum libri* extant. Suppreſſo nomine fabulis hiſce tanquam ſuis vſi ſunt NICOLAVS PEROTTVS & GABRIEL FAERNVS. Horum tamen plagium patuit, poſtquam Petrus Pithœus illas primus vulgauit *Auguſtoduni Tricaſſium 1596, 12.* Prodierunt inde cum Conradi Rittershuſii, Ioannis Meurſii notis & Caſparis Scioppii ſpicilegio, *Antwerpiæ 1610, 8.* Poſtea Iſaacus Neueletus

 Phœ-

Digitized by Google

Phœdrum cum notis ſuis recudi curauit inter fabulas variorum auctorum græcas, 297. Æſopi, 40. Aphthonii, 54. Gabriæ, & latinas 60. anonymi veteris, in bibliotheca Palatina repertas verſibus elegis, tum fabulas 42. Auieni, eodem carminis genere ſcriptas, & Laurentii Abſtemii, recentioris ſcriptoris fabulas 199. ſermone ſoluto apud Commelinum *1610. 8.* atque ex iterata editione *Francofurti 1660. 8.* Optima vero editio eſt Ioannis Schefferi, *Argentorati 1673. 8.* cui præter proprias notas, Franciſci Guiieti animadverſiones & Ioannis Freinsheimii indicem locupletisſimum adiecit. Plures editiones enumerat Ioannes Albertus Fabricius in Bibliotheca ſua latina p. 54. 55. Nec deſunt inter Gallos recentiores, qui idem argumentum adgreſſi fuerunt. Quibus hodie haut abſimiles ſunt, qui per fabulas Romanenſes moralia tradi poſſe exiſtimant, licet hæ vitiorum potius ſint incitamenta, quam ad virtutum fundamenta.

§. IV.

Succedunt moralia ARISTOTELIS. Inter hæc præcipui ſunt *libri ad Nicomachum* ſcripti, quos ipſi Nicomacho quidem attribuendos potius putat Cicero V. de Finibus cap. V. pro Ariſtotele tamen conſenſus eruditorum militat. Nec deſunt etiam, qui

*eude-*

Digitized by Google

*eudemiorum libros*, Ariſtoteli vulgo adſcriptos abiudicent EVDEMIVM Rhodium, quendam Ariſtotelis diſcipulum ſubſtituentes, licet ſtylus potius & tractandi ratio pro Ariſtotele faciat. *Magna Moralia* quoque Ariſtotelis eſſe, conſentiunt plerique, licet *de virtutibus & vitiis* librum ipſi denegent. Plures autem extant in Nicomachiorum libros Commentarii. Aldus Manutius edidit EVSTRATII, ASPASII, MICHAELIS EPHESII, *Venetiis 1536. f.* Hos autem commentarios græce tamen editos in latinum ſermonem tranſtulit Ioannes Bernhardus Felicianus, *Pariſiis 1543. f.* adiecta diſſertatione *de duplici hominis vita, actiuâ & contemplatiua*, ex mente Ariſtotelis. Græco-latinos edidit Samuel Rachelius, *Helmſtadti 1662. 4.* vbi præmittitur Hermanni Conringii epiſtola, in qua de horum ætate atque ſtudiis edisserit. Iungenda his eſt ANONYMI *paraphraſis græca librorum moralium Ariſtotelis* ex recenſione & verſione Danielis Heinſii, *Lugduni Batauorum 1607. 8.* Nec omittendæ ſunt IO. ARGYROPVLI *commentationes in moralia Ariſtotelis* a ſe conuerſa, *Coloniæ 1606. 8.*

§. V.

Ariſtoteli proxime ſuccedunt huius ſectatores & diſcipuli. THEOPHRASTVS ERE-

Digitized by Google

ERESIVS inter hos præcipuus eſt, cuius *opera omnia græce & latine ex Theodori Gazæ interpretatione* edidit atque emendauit Daniel Heinſius, *Lugduni Batauorum 1613, f.* Egregii ſunt eiusdem *characteres ſeu notationes morum*, qui græce & latine cum ſcholiis Cl. Auberii prodierunt *Baſileæ 1582, 8.* poſtea cum verſione Iſaaci Caſauboni, *Lugduni 1612, 8.* recuſi *Helmſtadii 1686, 4.* de quibus infra pluribus. Nec minus æſtimandi ſunt M. TVLLII CICERONIS *de Officiis libri III.* qui ex editione optima Ioannis Georgii Græuii prodierunt *Lugduni Batauorum 1688, 8.* neque tamen contemnenda eſt editio, quæ cum commentario & notis Samuelis Rachelii prodiit *Francofurti 1668, 8.* quibus multa enodantur moralia. Alia eſt Hieronymi Wolffii, quæ *Baſileæ* prodiit *1579, f.* Addi poſſunt CICERONIS *V. libri de finibus*, diuerſimode editi, & SEVERINI ANICII MANLII BOETHII *libri V de conſolatione philoſophiæ*, quos recenſuit & cum optimis notis edidit Ioannes Bernartius, *Antwerpiæ 1607, 8.* & in vſum Delphini Petrus Callyus, *Pariſiis 1680, 4.*

§. IV.

Sequuntur Scholaſtici, inter quos primas fert THOMAS de AQVINO, qui ſcripſit *lectiones ethicas*, a Nicolao Remigio,

*Vene-*

Digitized by Google

*Venetiis 1563, f.* poſt, *Pariſiis 1640, f.* editas. Hoc opus multis olim æſtimatum & auro contra æſtimatum. Sic etiam *ſecunda ſecundæ ſummæ Theologicæ* ad moralem diſciplinam facit. Huncce excipiunt, qui in Ariſtotelis Moralia fuerunt commentati, DONATVS ACCIAIOLVS, cuius *Commentarius in ethicam Ariſtotelis* prodiit *Venetiis 1576, 4.* & FRANCISCVS PICCOLOMINÆVS, cuius *vniuerſa philoſophia de moribus* in X. gradus diſtributa, recuſa eſt *Francofurti 1625, 8.* vtrique tamen Thomam ſequuntur. Maiori cum elegantia illud egerunt alii. IOACHIMVS CAMERARIVS, cuius *commentarius in ethicam Ariſtotelis Francofurti 1578, 4.* prodiit, PETRVS VICTORIVS, cuius *Commentarius in ethicam Ariſtotelis Florentiæ* recuſus *1584, f.* & MARCVS ANTONIVS MVRETVS, cuius commentarius extat *Ingolſtadii* excuſus *1602, 8.* atque iſti ad genuinam textus explicationem & emendationem faciunt. Conciſi magis ſunt, ſed elegantiores, OBERTVS GIFANIVS, atque ANTONIVS RICCOBONVS, illius *commentarius Coloniæ* prodiit *1608, 8.* huius vero *Hanouiæ 1608, 8.* qui non tam ad textum faciunt, quam potius, vt interiora Moralium dogmata enodent. Extant præterea *variorum opuſcula moralia* a IOACHIMO CA-

ME-

MERARIO edita, *Francofurti 1583. f.* GVALTERI BVRLÆI *Commentarius in Ariſtotelis Ethicam, Venetiis 1521. f.* ANDREÆ AIDII *clauis philoſophiæ Moralis, Oppenheimi 1614. 8.* EDVARDI BREEREWOODI *Commentaria in ethica Ariſtotelis, Oxonii 1640. 4.* & ſimiles, de quibus tacere præſtat, quam plura monere.

## §. VII.

Scholaſticos ſequuntur, qui vulgo dicuntur Moraliſtæ, quos tamen ex parte Theologi atque Iureconſulti ſibi vindicant. Horum autem ex ſectatoribus Thomæ, Ieſuitis & Hiſpanis habentur quam plures. Inter ineptos Scholaſticos inſanire deſiit IO. AZORIVS, qui edidit *inſtitutiones morales, Lugduni 1625. f.* THEOPHILVS RAYNAVDVS inter Ieſuitas non minimus æſtimatur, cuius extat *de morali diſciplina* tractatus ſingularis, ad Theologiam æque ac iurisprudentiam accommodatus, *Lugduni 1629. f.* atque alius *de virtutibus & vitiis, Lugduni 1634. f.* Eiusdem tenoris eſt FERDINANDI de CASTRO-PALAO opus *de virtutibus & vitiis*, quod *Lugduni* prodiit *1649. f. 3. Tomis* multis æſtumatisſimum. Adnectendi quoque ſunt DOMINICI SCOTI libri tres *de natura & gratia, Pariſiis 1549. 8.*

§. IIX.

Digitized by Google

§. IIX.

Alii fuerunt, qui, dum de Iuſtitia & Iure agerent, omnem philoſophiam moralem abſoluerunt. Eminent hac in parte DOMINICVS SOTVS, qui VIII. Commentariorum libros parauit *de Iuſtitia & Iure, de iuramento & adiuratione, Antwerpiæ 1568. f.* Secutus hunc eſt LVDOVICVS MOLINA, qui VI. tomos reliquit *de Iuſtitia & Iure, Coloniæ 1614.* & *Moguntiæ 1659. f.* editus, &, qui reliquis eſt acutior, LEONARDVS LESSIVS *de Iuſtitia & Iure, cæteriſque virtutibus Cardinalibus, Pariſiis 1606. f.* recuſus *Lugduni 1653. f.* Adnectendus hiſce eſt IOANNES de LVGO, qui *de Iuſtitia & Iure* Tomos II. edidit *Lugduni 1652. f.*

§. IX.

Alii Moralia demonſtrare conati fuerunt ſecundum ipſa præcepta Decalogi. Id quod egit DAVID a MAVDEN in *diſcurſibus moralibus ad X. præcepta Decalogi, Bruxellis 1627. f.* Præferendus eſt THOMAS SANCHETZ, cuius prior tomus *operis moralis in præcepta decalogi* prodiit *Lugduni 1615. f.* alter *Lugduni 1621. f.* Præſtat tamen THOMÆ TAMBVRINI opus *ad præcepta Dei, Monachi 1659. f.* qui multa ſimul adnexit de cauſſis matrimonialibus. Huc faciunt, qui *de legibus* in genere *& legislatore Deo* egerunt

gerunt, inter quos præcipuus eſt FRANCISCVS SVARETZIVS, cuius tractatus *Antwerpiæ* prodiit 1613, *f.* Accenſendus tamen IO. de SALAS *Commentarius in primam ſecundæ Thomæ de Legibus, Lugduni 1611, f.* Ex noſtratibus huc facit BALTHASAR MEISNERVS *libris IV. de Legibus, Wittebergæ 1632, 8.*

§. X.

Pergimus ad illos, qui ex fontibus hiſce introductionem dederunt ad Moralia. Primi ſunt, qui in Moralia Ariſtotelis illud tentarunt. Egit illud IACOBVS FABER, dictus Stapulenſis, qui *introductionem* ſuam *in Moralia Ariſtotelis* publicauit *Pariſiis 1616, f.* licet non omnibus arrideat. Amant alii AVGVSTINI MASCARDI *proluſiones ethicas*, quæ cum diſſertationibus eiusdem de affectibus, ſiue perturbationibus animi, prodierunt *Pariſiis 1639, 8.* Ex noſtris extat IACOBI THOMASII *breuiarium ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum, accesſit Commonefactio breuis de verſionibus latinis Nicomacheorum, Lipſiæ 1658, 8.* Optimi vero ſunt, præter Piccartum in introductione ſua in lectionem Ariſtotelis, IO. EISENHARTVS in *ſchediasmate ſuo de methodo doctrinæ moralis*, & præcipue VLRICVS HVBERVS in *ſpecimine* ſuo *philoſophiæ ciuilis*, quod

*Fra-*

*Franeckeræ 1686. 8.* prodiit, qui ob nexum, quem monſtrat atque ordinem, præprimis eſt commendandus.

§. XI.

Nec ſolum ſunt, qui introducerent in moralia Ariſtotelis, ſed etiam qui, ad mentem eiusdem compendia ſua Moralia compoſuerunt. Præiuit in eodem PHILIPPVS MELANCHTON, cuius *elementa doctrinæ ethicæ* initium dederunt repurgandæ doctrinæ ethicæ ex Ariſtotele. Secuti eundem fuerunt varii, inter quos eſt HENRICVS IVLIVS SCHEVRLIVS, qui variis diſſertationibus *moralem Philoſophiam* complexus eſt *Helmſtadii 1642, 8.* Non minimus ex Ariſtotelicis eſt IOANNES CONRADVS DURRIVS, cuius *inſtitutiones ethicæ Altdorfi* prodierunt 1665, 8. atque SAMVEL RACHELIVS, cuius *introductio ad philoſophiam moralem Helmſtadii* edita eſt *1672, 4.* Præferenda tamen eſt CONRADI HORNEII *doctrina ciuilis, Francofurti 1648, 8.* edita, quæ, eo quod actiones humanas harumque principia optime explicat, adprimis eſt vtilis. Vt taceam Keckermanni, Kippingii, Goclenii, Alſtedii, aliorumque labores. Prolixum vero eſt opus IOSEPHI SAENZ de AGVIRRE de *virtutibus & vitiis, Romæ*



Digitized by Google

*1697, f.* editum, atque ad normam librorum ethicorum ad Nicomachum directum.

§. XII.

Carteſius, vti in morali philoſophia haut adeo multa præſtitit, ita ſectatores quoque paucos inuenit. A multis tamen æſtimatur ſcriptum eiusdem *de paſſionibus, ſeu affectibus animi*, licet Poiretus libro III. de eruditione falſa p. 317. multis Carteſii ethicam refutauerit. Sequitur eundem HENRICVS MORVS *in enchiridio ethico*, licet hic etiam in multis propriam ſectetur philoſophiam.

§. XIII.

Plures ſunt, qui ad nullam certam ſectam adligari volunt, atque hi reliquis ſunt præferendi. ARNOLDVS GEVLINX in *ethica* ſua, per Philaretum in lucem edita, *Amſtelodami 1695. 12.* ab Ariſtotele ſecesſit, &c, quomodo a ſe ipſo cognoſcendo initium fieri debeat, docuit: acceſſit CORNELII BONTEKOE *libellus de paſſionibus animæ*, cum ſerie rerum, quæ in ethica tractantur, alias vtilisſimus. Ipſe PHILARETVS, ſiue IO. CLERICVS, *ethicam* ſuam duobus libris comprehenſam poſtea evulgauit *Amſtelodami 1696. 8.* multis nominibus commendatisſimam. BERNHARDVS LAMY quoque ſe ipſum cogno-

ſcere docet in libro ſuo, quem inſcripſit *l'art de ſe connoitre ſoi meme*, qui prodiit *Pariſiis 1694. 12.* Æſtimatisſimum eſt ſcriptum CHRISTIANI THOMASII *von der Kunſt vernünfftig und tugendhafft zu lieben, oder Einleitung zur Sittenlehre, Halle 1692. 8.* In quo ſcripto amorem verum fundamentum moralis doctrinæ eſſe probat, &, bonum a malo quomodo dignoſcendum, demonſtrat. Idem fere fundamentum ſupponit IOANNES de la PLACETTE in *nouveaux eſſais de Morale*, cuius tomus primus *Amſtelodami* prodiit *1692. 12.* alter *1695. 12.* in quo amorem ordinatum omnium virtutum principium ſtatuit, ex philautia autem vitia oriri dicit. Haut ita pridem cum aliis ſcriptis prodiit IO. FRANCISCI BVDDEI *ethica*, quam medicorum methodo abſoluit, ita, vt primo de homine, dein de morbis animi, eiusdemque miſeria, ſanitate mentis, tandem de medelis ſtatus corrupti ediſſerat elegantisſime. Eandem methodum ſeruauit VINCENTIVS PLACCIVS *in typo medicinæ moralis, Hamburgi 1685. 8.* ad quem extant *acceſſiones ethicæ*, licet non eadem cura omnia abſolverit. Paucos ante annos prodiit *eſprit de la fauſſeté des vertus humaines*, ſcriptum egregium, in quo auctor demonſtrat, pleraque, quæ pro virtutibus habentur,

non niſi vitia eſſe, atque in fine capitis cuiuſlibet, in quo virtus conſiſtat, explicat.

§. XIV.

Alii ſolum circa doctrinam de affectibus fuerunt occupati. Commendandus ideo eſt LÆLII PEREGRINI *de noſcendis & emendandis animi affectionibus* tractatus, qui *Veſellis 1603. 8.* prodiit, *Argentorati* recuſus 1614. 8. præcipue illud inter alios egerunt multi ex Gallis, quo faciunt *les Characteres de Paſſions de Mr. de Chambre*, qui licet Ariſtotelis ſectetur philoſophiam, multa tamen propoſuit haut contemnenda circa characteres affectuum. Idem egit IO. FRANCISCVS SENAVLT *de l'vſage des Paſſions*, quem poſtea in Anglicum ſermonem tranſtulit Henricus, Comes Monmouthius. In ethica BENEDICTI de SPINOZA extat quoque eiusdem tractatus *de origine & natura affectuum*, item *de ſeruitute humana*, ſeu de affectuum viribus, *Amſtelodami 1677. 4.* qui tamen, vti alia eiusdem, æque corruptus eſt & cum iudicio legendus. Vt taceam Carteſium, Maſcardum, alioſque ſupra memoratos. Vnicum adhuc addimus tractatum Mr. NICOLE *de la volonté des ſes principales actions, de ſes paſſions & de ſes egaremens diuiſé en cinq. parties, à Paris 1684. 12.* licet eundem non debite abſoluerit.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV.

Sunt præter hoſce, qui a monitis, quæ præſcribunt, neceſſariis, dicuntur Paraenetici. Facit huc ex antiquis ISOCRATES in *cohortationibus ad Dæmonicum*, quæ ex editione Henrici Stephani prodierunt *Pariſiis 1593. f.* Pertinent ad hanc claſſem etiam illi ex parte, qui gnomas & ſententias morales veterum philoſophorum congeſſerunt, de quibus ſupra §. II. fuit dictum, & præcipue gnomæ ethico-politicæ, nec non P. SYRI & L. SENECÆ *ſententiæ aureæ*, recenſente Iano Grutero: accedunt *gnomæ paræmiaque Græcorum & prouerbia Germanica, Italica, Belgica, Gallica, Hiſpanica, Francofurti 1610. 8.* Congesſit iſtas gnomas Gruterus ex Manuſcriptis, ad ordinem alphabeticum, qui etiam notas adiecit largiores atque egregias, in quibus iſtas auctoritate hiſtoricorum atque philoſophorum veterum elegantisſime illuſtrat. Eminebant olim in hac parte Stoici, atque potiores epiſtolæ Senecæ, imprimis epiſtola XCV. huc referri merentur. Ex recentioribus GUILIELM. MECHOVIVS integrum ſyſtema *ethicæ paræneticæ* edidit *Francofurti 1671. 8.* in quo ſub ſuis titulis iuſto ordine parænesſes ad virtutem ex optimis auctoribus collegit. Immo huc quoque per-

 tinet

Digitized by Google

tinet IANI GRVTERI *index ethicus in Ciceronem*, in quo Ciceronis paræneſes ad virtutem reperiuntur.

§. XVI.

Paræneticis adnectendi ſunt, qui adagia collegerunt, cum in iisdem contineantur multa præcepta ſalubria ad virtutem. Præcipua ſunt ERASMI ROTERODAMI *adagiorum chiliades*, diuerſis vicibus editæ atque in certos titulos digeſtæ, CAROLI BOVILLI *prouerbia*, IO. ALEXANDRI BRASSICANI, *Simmicta* MARSILII COGNATI, VICTORIS GISELINI, HADRIANI IVNII, M. ANTONII MVRETI, ADRIANI TVRNEBI, POLYDORI VERGILII & IOANNIS VLPII *adagia*, quæ omnia coniunctim prodierunt *Francofurti 1670. f. Epitome* vero *adagiorum* prodiit *Wittebergæ 1616. 8.* Ex antiquis habentur MICHAELIS APOSTOLII *parœmia*, ſeu *prouerbia*, quæ primus Baſileæ edidit Antonius Heruagius, *Baſileæ 1538 f.* Sed duplo auctius id opus prodiit poſtea cum verſione & notis Petri Pantini, Andreæ Schotti atque Danielis Heinſii *Lugduni Batauorum 1619. 4.*

§. XVII.

## §. XVII.

Alii, per exempla melius ethicam explicari poſſe, putantes, ad eadem ſe adplicuerunt. Præ cæteris hoc egit IOANNES CONRADVS DVIRRIVS in *ethica* ſua *paradigmatica*, *Ienæ* 1670. 8. qui tamen ſimul præcepta iunxit. Plures fuerunt, qui ſolum ſub virtutum titulo exempla certa adlegarunt. Ex antiquis habemus VALERIVM MAXIMVM, qui nouem libris *dicta & facta memorabilia* veterum Græcorum Romanorumque ſub certis titulis, quorum plerique ad Moralia faciunt, deſcripſit. Optima eſt editio, quæ cum eruditis notis Antonii Thyſii prodiit ex Hackiana, *Lugduni Batauorum* 1670. 8. & cum notis Iuſti Lipſii, *Antwerpiæ* 1592. 8. Imitatus huncce fuit BALTHASAR EXNERVS de Hirſchberga in Valerio Maximo Chriſtiano, qui prodiit *Hanouiæ* 1654. 8. in quo ſolum exempla a Chriſtianis petita videmus adducta. Eiusdem Valerii exemplum ſecuti fuerunt varii. BAPTISTA FVLGOSIVS quidem, dux Genuenſis, ſub finem ſeculi XV. in exilio *dictorum atque factorum memorabilium libros IX.* ſcripſit ad Petrum filium, quos ex italico in latinum ſermonem transtulit Gilinus, atque edidit *Mediolani* 1508. f. Optima vero eſt editio

Iuſti Gaillardi, *Pariſiis 1589. 8.* Multa in eo reperitur exemplorum copia, vt quaſi ſupplementum Valerii Maximi videri poſſit. Ex eiusdem fontibus MARCVM ANTONIVM SABELLICVM & IOANNEM BAPTISTAM EGNATIVM, qui alias quoque ex *libris exemplorum* clari ſunt, agros ſuos irrigaſſe cum Zwingero teſtatur Voſſius de Hiſtoricis latinis, lib. III. cap. VIII. p. 612. Ad eiusdem exemplum M. MARVLI, Spalatenſis *dictorum factorumque memorabilium* libri ſex extant, *Coloniae 1609. 8.* quae ex S. Scriptura, Patribus, & vitis ſanctorum digeſta, multa ſaepe, quae pontificiis magis arrident, habent intermixta. IANI NICII ERYTHRAEI, ſiue IOANNIS VICTORII ROSCII *exempla virtutum & vitiorum* extant *Coloniae 1644. 8.* Vt taceam ANDREAE HONDORFFII *promtuarium exemplorum*, auctum & latine verſum a Lonicoro, *Francofurti 1607. f.* IOANNIS MANLII *locos communes* ex Melanchthonis ore & ſcriptis collectos *Baſileae 1600. 8.* aliosque, qui ſub aliis titulis exempla hiſtorica congeſſerunt, qui huc poſſint accommodari, de quibus dicemus in bibliotheca hiſtorica.

## §. XVIII.

Elegantiſſima ethicae pars eſt Characteriſtica. Potiores ex antiquis partes hic facit

facit THEOPHRASTVS, cuius *charactereſ ſeu notationes morum* græce & latine cum ſcholiis CL. Auberii prodierunt, *Baſileæ 1582. 8.* poſtea cum verſione Iſaaci Caſauboni, *Lugduni 1612. 8.* recuſi *Helmſtadii 1686. 4.* In ſermonem hoſce transtulit de la BRVYERE, ſub titulo: *les caracteres de Theophraſte, avec les caracteres, où les moeurs de ce ſiecle, à Paris 1700. 8. 2. vol.* Addidit autem Bruyere etiam characteres noſtri ſeculi, quare anonymus quidam ſub titulo: *ſentimens critiques, ſur les caracteres de Mr. de la Bruyere à Paris 1701. 12.* ipſum refutauit, atque hauſiſſe eum ex ſcriptoribus quibusdam haut ita recentibus demonſtrauit. Prodiit poſtea *Suite des Caracteres de Theophraſte, à Paris 1700. 12.* quod pro labore de la Bruyere venditauit bibliopola, compertum vero fuit, auctorem eſſe Mr. ALEAVME, aduocatum Rothomagenſem, licet aliqua contineat, quæ adhuc vſui eſſe poſſint. Addimus *Theophraſte moderne, à Paris 1700. 12.* qui characteres continet recentiores, verum pleraque ex aliis fuere depromta.

§. XIX.

Iſti quidem Theophraſtum fuerunt imitati. Fontes vero aperuerunt varii. Inter veteres iamdum GALENVS ſingulari libello egit, *quod mores temperamentum ſe-*

H E quan-

*quantur hominis*, qui etiam inter alia eius extat. Ex recentioribus SCIPIO CLARAMONTIVS inter primos haberi debet, cuius *de coniectandis hominis moribus & latitantibus cuiusque affectibus* liber *Helmſtadti* recuſus eſt *1664. 4.* Hic autem potisſimum ex aſtris atque externis aliquot ſignis ingenia diiudicare docet. Secutus illum fuit EDO NEVHVSIVS, cuius *theatrum ingenii humani, ſeu de hominum cognoſcenda indole, & animi ſecretis* prodiit *Amſtelodami 1633. 8.* & HERMANNI FOLLINI *natura humana, ſiue mores & temperamenta hominum vs que ad intimos animorum ſeceſſus cognoſcendi modus, methodo Ariſtotelis illuſtratus, Coloniæ 1649. 12.* Vtrique tamen longe poſt Claramontium ſunt habendi. Egregii alias ſunt LVDOVICI MOLINÆI *charactères*, in diuerſis linguis excuſi; in quibus Theophraſtum imitatur, & IOACHIMI PASTORII *characteres virtutum* & de la CHAMBRE *pasſiones animi*, qui tamen omnes generales nimis ſunt. Paucos ante annos prodiit CHRISTIANI THOMASII *Wiſſenſchafft, das verborgene des Herzens anderer Menſchen auch wider ihren Willen aus der täglichen conuerſation zu erkennen, Halle 1691. f.* Hæc autem melius adhuc declaravit, cum ipſi Ioannes Fridericus Mayerus & Wilhelmus Erneſtus Ten-

Digitized by Google

Tentzelius de eo litem mouerent, in *weiterer Erlauterung durch unterſchiedene Exempel des ohnlängſt gethanen Vorſchlags, wegen der neuen Wiſſenſchafft, anderer Menſchen Gemüther erkennen zu lernen, Halle 1692. 8.* vbi ex variis exemplis, pleraque in cognoſcendis tribus hominum vitiis, ambitione, voluptate & auaritia, in quantum amori puro obſtent, conſiſtere, probauit.

§. XX.

Gentium diuerſarum characteres detexerunt omnes fere, qui politicum ſtatum deſcribunt, cum ex iis de ipſa reipublicæ ratione haut incertum fieri poſſit iudicium. Egit illud quoque SAMVEL PVFFENDORFFIVS in *introductione* ſua, ad finem cuiuslibet capitis, vbi de ſtatu nationis agit. Separatim IO. BOEMVS *mores, leges & ritus omnium gentium* deſcripſit, *Lugduni 1582. 12.* qui tamen perbreuis eſt, hodie parum vtilis. Præſtat longe IOANNIS BARCLAII *icon animorum, Londini 1624. 4. 8.* & cum notis Auguſti Buchneri, adiecto rerum indice per Ioannem Fridericum Heckelium, *Dresdæ 1681. 8.* In germanicum ſermonem transtulit Martinus Opitius, ſub titulo: *Spiegel Menſchlichen Gemüths, Bremæ 1660. 12.* Huc faciunt *les Portraits de la Cour de France* & *les Caracteres differens des femmes du Siecle avec la*

De-

*Deſcription de l' amour propre contenant les caracteres des Coquettes, Bigottes, Spirituelles;* licet auctores non vbique veris fundamentis inhæſerint.

§. XXI.

Huc etiam faciunt, qui de ingeniorum delectu egerunt. Quales eſt IOANNES HVARTVS in *ſcrutinio ingeniorum*, quod IOANNES CÆSAR Halenſis, vulgo ſic dictus AESCHACIVS MAIOR ex Hiſpanico in latinum ſermonem tranſtulit. *Ienæ 1663. 8.* vbi diuerſi mores gentium non ſolum conſiderantur, ſed etiam, quænam ingenia ad ſingulas ſtudiorum partes magis ſint apta, exponitur. Contra hunc egit ANTONIVS POSSEVINVS in ſuo *de cultura ingeniorum* libello, qui *Coloniæ 1610. 8.* prodiit, in quo multa Ieſuitarum principia in formanda iuventute ſtabiliuntur. Tertius acceſſit Gallus, vtrumque Italum & Hiſpanum ſuperaturus, IORDANVS GVIBELLETVS in *examine examinis ingeniorum*, quod *Pariſ.* prodiit *1631 12.* Addimus VALENTINI HENRICI VOGLERI tractatum *de naturali in bonarum doctrinarum ſtudia propenſione, ingeniorum delectu & hodiernis ſtudiorum corruptelis, Helmſtadii 1672. 4.* qui tamen phyſicus potius eſt, niſi quod de ſtudiorum coruptelis moneat accurate. Huc etiam

Digitized by Google

iam facit elegantiſſima diſſertatio IOANN. FRANCISCI BVDDEI *de cultura ingeniorum*, *Halæ* 1699. 4. in qua de iis, qui ad ſtudia potiſſimum apti, agit, quibus modis ingenium excolatur, tradit, & regulas quasdam in ſtudiis inſtituendis perutiles adnectit. Prodiit aliquot ante annos apud nos IOANNIS PHILIPPI TREVNERI *prodromus ſcrutinio ingeniorum præmiſſus*, *Ienæ* 1691. 4. quæ diſſertatio eſt ingenioſiſſima, potius ad illos directa, quibus aliorum ſtudia ſcrutari competit, quam ad ipſos ſtudioſos, ipſum tamen ſcrutinium nondum eſt editum.

## §. XXII.

Alia eſt methodus eorum, qui imperfectam dicunt moralem diſciplinam, niſi ex ſacris literis compleatur, atque ad verum vſum transferatur. Plerique quidem ſunt ex recentioribus, qui ethicam ancillam eſſe debere dicunt Theologiæ, ex naturæ tamen præceptis moralia deducunt. Alii vero ſingula cum ſcriptura ſacra conferentes, ethicas chriſtianas ſcripſerunt. LAMBERTVS DANÆVS illud egit in *ethica* ſua *Chriſtiana*, *Geneuæ* 1614. 8. HIERONYMVS DANDINVS in *ethica ſacra*, *Caſenæ* 1651. f. PETRVS PLATEANVS in *Opuſculis*, ſeu *libris*

*III.*

*III. de recto vſu philoſophiæ moralis cum doctrina Chriſtiana collata, Geneuæ 1587 8.* vbi accedit opoſculum *de ratione viuendi* ſecundum cuiusque vocationem. Idem egit VINCENTIVS PLACCIVS *de fructu præcipuo philoſophiæ moralis genuino, Helmſtadti 1676. 8.* Ex Socinianis extat IOANNIS CIRELLI, ſiue CRELLI, *ethica Chriſtiana*, ſeu explicatio virtutum ac vitiorum, quorum in ſacris fit mentio, *Selenoburgi* apud Aſterios, ſine die & Conſule. 4. Ibidem impreſſa fingitur Eiusdem *Ethica Ariſtotelica* ad ſacrarum literarum normam emendata, quæ tamen cautum requirit lectorem. ADRIANVS COQVIVS in *obſeruationibus Critico Sacris in N. T. Codicem*, qui agit de philoſophia morum, ethicam ſacram ex fundamentis Theologicis petit, *Lugduni Batauorum 1678. 4.* HENRICVS MORVS quoque varia diſcrimina inter ethnicam & Chriſtianam philoſophiam demonſtrauit in *compendio* ſuo *ethices*. Optimus vero hac in parte eſt HENRICVS ERNSTIVS, cuius *introductio ad veram vitam Amſtelodami 1649. 8.* edita, hac in parte præ reliquis eſt commendatisſima.

§. XXIII.

Alii moralem diſciplinam cum iurisprudentia docent iungere. Inter hos præcipu-

Digitized by Google

cipuus eſt IOANNES SCHILTERVS, in *manuductione* ſua ad *philoſophiam moralem, Iena 1676. 8.* edita, licet methodo Ariſtotelica incedat. Idem præſtitit quoque IOANNES EICHELIVS, in libro *de iure, quo naturaliter liberi ac parentes ſibi inuicem ſunt obſtricti, Helmſtadti 1655. 4.* & VINCENTIVS TVRTVRETVS in *collationibus doctrinæ moralis cum decretis Ictorum, Pariſiis 1634. 4.*

## §. XXIV.

Præter hoſce, habemus alios, qui magis ad praxin ducunt, atque modum conuerſandi hodiernum præſcribunt. Faciunt huc, qui de ciuilitate morum ſcripſerunt, e quibus ſolus ex antiquis eſt ERASMVS ROTERODAMVS, quem legere iunioribus potiſſimum conueniat. Inter recentiores varia ſunt ſcripta, vtpote *l'art de plaire dans le monde.* Palmam vero reliquis præripiunt ſcripta Abbatis de BELLEGARDE *Reflexions ſur ce qui peut plaire où deplaire dans le commerce du monde, à Paris 1688. 12. Suite des reflexions d'Euthyme & Theagene ſur des maitieres de Morale, à Paris 1688. 12.* Idem in gallicum ſermonem tranſtulit AMBROSII OFFICIA ſub titulo: *Les devoirs de l'honneſte homme, & du Chretien, à Paris 1689. 12.* Secutæ ſunt *Modeles de conuerſations pour les perſonnes polies, à Paris 1697. 12.*

in

Digitized by Google

in quo de variis animi paſſionibus & reliquis, quæ in vita quotidiana occurrunt, eleganti ſſime diſſerit. Hæc autem ſcripta non ſolum ob regulas, quas præſcribit, ſed etiam ſermonis venuſtatem præ cæteris ſunt commendanda.

§. XXV.

Altius progresſi ſunt alii, qui aulicorum mores formare conati fuerunt. Tales ſunt BALTHASARIS CASTILIONIS *de aulico ſeu Curiali libri IV*, quos ex italico transtulit Ioannes Riccius, *Francofurti 1584.* 8. HIERONYMI OSORII, doctiſſimi apud Luſitanos epiſcopi, *de gloria* extant libri V, *de nobilitate* libri III, qui iunctim editi *Baſileæ* prodierunt *1576.* 8. Continentur in iisdem multa præclare dicta de moribus illuſtrium atque aliorum hominum elegantisſimo ſtylo deſcripta. IOANNIS HENRICI BOECLERI *diſſertatio de elegantia moris ciuilis & aulici*, docta magis, quam practica, videtur in ſublimiori illa vitæ cenſura. Inter hoſce tamen maxime adhuc hodie æſtimatur BALTHASARIS GRATIANI *l'homme de Cour*, quem ex Hiſpanico in gallicum ſermonem transtulit Amelot de la Houſſaye *à Paris 1684.* 8. Huic etiam debemus *La morale de Tacite, eſſay de la Flaterie, à Paris 1686.* 12. vbi potisſimum mores au-

auliçorum in aula Tiberiana deſcribit. Licet ſaniores potius, per quotidianam conuerſationem atque experientiam, quam per regulas, veros aulæ mores addiſci debere, probe iudicent.

§. XXVI.

Nolumus iam omnes hic coaceruare, qui de certis viriis, calumnia, ſuperbia, vel virtutibus, amore, fortitudine, conſtantia & ſimilibus ſcripſerunt, potiores tantum ex iisdem nominabimus. SENECA in ſcriptis ſuis huc facit, inter quæ præcipue æſtimandus eſt de tranquillitate animi liber. Eiusdem ſunt de *vita beata, quod in ſapientem non cadat iniuria, libri III de ira, & libri II de Clementia.* Senecam imitatus fuit POLYDORVS VERGILIVS in ſuo *de vita perfecta, ſeu de patientia, tractatu,* qui *Baſileæ* prodiit *1545. 8.* Ad eandem claſſem quoque facit PLVTARCHVS *de vtilitate ex hoſtibus capienda, & de morbis animi & corporis,* ex latina verſione Ioannis Rainoldi, *Oxonii 1614. 8.* Similia tractant FRANCISCVS PETRARCHA *de remediis vtriusque fortunæ, Lugduni 1577. 8.* & HIERONYMVS CARDANVS *de vtilitate ex aduerſis capienda, Baſileæ 1561. 8.* Iſti quidem regulas præſcribunt, ſæpe non contemnendas, quæ tamen, niſi animum repe-

riant vera pietate imbutum, nunquam in praxin ducentur, cum naturæ fines hic deſinant.

§. XXV.

Referuntur ab aliis quoque ad hanc claſſem, qui moralem Theologiam explicarunt, qualis inter pontificios æſtimatur PAVLVS LAYMANNVS; cuius *Theologia Moralis* quinque libris comprehenſa, prodiit *Monachii 1625. 4.* atque inter reformatos IOANNES HORNBECKIVS, cuius *Theologia moralis Lugduni Batauorum 1668. 4.* excuſa. Alii vero caſus conſcientiæ, alii conſilia ediderunt moralia, qui communiter Caſuiſtæ adpellari ſolent, inter quos excellet ANTONIVS DIANA, cuius vndecim Tomi *reſolutionum moralium* prodierunt *Venetiis 1647. f.* Sic etiam extant FRANCISCI FILLAVI *caſus, ſiue quæſtiones morales, Lugduni 1633. f.* PAVLI COMITOLI *reſponſa moralia, Lugduni 1609. f.* Alii controuerſias morales tractarunt, quæ tamen potius concernunt materias iuris naturæ, de quibus infra dicemus. Aliæ ſunt, quæ occaſione probabiliſmi Ieſuitici fuerunt motæ, quæ tamen potius ad bibliothecam Theologicam pertinent.

§. XXVIII.

Vnicum reſtat, vt de iis dicamus, qui in

in opuſculis ſuis Moralibus miſcellanea tractant. Ex Italis illud egit DANIEL BARTOLI, cuius *opera Moralia* lingua italica ſcripta prodierunt *Romæ 1684. f.* Sparſim hæc antea fuerunt edita, ſiquidem ediderat *litteratum defenſum & emendatum*, librum *de paupertate contenta, recreationem ſapientis, geographiam ad vſum moralem reductam, ſymbola ad moralem philoſophiam accommodata*, quæ nunc in vnum collecta reconditum variæ prudentiæ moralis theſaurum aperiunt. Ex Gallis plures ſunt, inter quos Mr. de *la* ROCHEFOVCAVT edidit *reflexions, ou ſentences & maximes Morales, augmentèes de plus de deux sens nouvelles maximes, à Paris 1690. 12.* Et præcipue æſtimandæ ſunt. *Oeures melées* de Mr. de SAINT EVREMONT, *à Amſterdam 1689. 12. 2. vol.* in quibus per regulas atque ſententias, Senecæ philoſophiam imitatur, magisque illuſtrat.

# *CAPVT SETTIMVM.*
## DE SCRIPTORIBVS POLITICIS.

§. I. *Scriptores, qui bibliographias politicas*

*ediderunt.* §. II. *Scriptores de inſtituendo ſtudio politico.* §. III. *Scriptores veteres politici.* §. IV. *Commentatores in politicam Ariſtotelis.* §. V. *Politica Taciti cum commentatoribus.* §. VI. *Scriptores, qui compendia & ſyſtemata politica ediderunt.* §. VII. *Scriptores, qui politicam ex Chriſtianiſmi principiis deduxerunt.* §. VIII. *Scriptores, qui Principis ſtatum formare docent.* §. IX. *Politica Machiauelli & aduerſariorum.* §. X. *Scriptores, qui certis exemplis Principem formant.* §. XI. *Inſtructiones paternæ ad filios, Principes iuuentutis.* §. XII. *Scriptores, qui Principem iuuentutis formare ſtudent.* §. XIII. *Scriptores de Republica.* §. XIX. *Scriptores, qui fictitias reſpublicas ediderunt.* §. XV. *Scriptores, qui nouas Respublicas cum veteribus quibusdam per parallela conferunt.* §. XVI. *Scriptores de incrementis & decrementis Rerum publicarum.* §. XVII. *Scriptores, qui varias artes & arcana Rerumpublicarum detexerunt.* §. XVIII. *Scriptores, qui theſauros Rerumpublicarum ediderunt.* § XIX. *Scriptores de ſtatu Religionis.* §. XX. *Scriptores de poteſtate circa ſacra.* §. XXI. *Scriptores de*

*ratio-*

Digitized by Google

*ratione Status.* §. XXII. *Scriptores, qui iura diuerſorum Regum defenderunt.* §. XXIII. *Scriptores de Ciue.* §. XXIV. *Scriptores de Conſiliariis.* §. XXV. *Scriptores de re militari.* §. XXVI. *Scriptores, qui vitia politicorum deſcribunt.* §. XXVII. *Scriptores Monarchomachi & horum aduerſarii.* §. XXVIII. *Scriptores, qui politicam ex variis auctoribus antiquis deduxerunt.* §. XXIX. *Scriptores qui reflexiones & obſeruationes politicas ediderunt de variis negotiis.* §. XXX. *Scriptores, qui diſſertationes, obſeruationes & axiomata politica ediderunt.* §. XXXI. *Scriptores de arte apodemica ſeu peregrinandi.*

## §. I.

INter potiora noſtri temporis ſtudia politica eſt, quam tamen nemo vnquam ſatis exhauſit, ideoque tot ſcriptores diuerſa methodo eandem adgreſſi fuerunt. Ad ſcriptores autem politicos cognoſcendos facit HERMANNVS CONRINGIVS

*in diſſertationibus politicis de philoſophia ciuili, eiusque optimis ac præcipuis ſcriptoribus, Helmſtadii 1673. 4.* vbi de antiquioribus præſertim politicis erudite agit. Ante hunc prodierat GABRIELIS NAVDÆI *bibliographia politica,* quam in germania primum edi curauit Auguſtus Buchnerus, *Witteberga 1686. 12.* recuſa *Cantabrigiæ 1684. 8.* in qua non de ſingulis, ſed de delectu ſaltim ſcriptorum politicorum, etiam ethicorum, diſſerit, &, quid in ſingulis ſit, præcipuum monet, nec inutilis hodie eſt libellus, licet multi iam extent recentiores. Elegantiſſima eſt IOANNIS ANDREÆ BOSII *diatribe Iſagogica de prudentia & eloquentia ciuili comparanda*, quæ cura Georgii Schubarti recuſa eſt, *Ienæ 1698. 4.* in hac enim de ſcriptoribus pragmaticis, hiſtoricis præcipue, qui ad cognoſcendam politicam faciunt, iudicat egregie. Hæc olim bibliographiæ politicæ curioſæ adnexa fuerat, non ſine bile hæredum Boſianorum, maxime, cum pluribus in locis corrupte eſſet edita. Addimus CORNELII a BEVGHEM *bibliographiam politicam & iuridicam Amſtelodami, 1680. 12.* editam, quæ ordine alphabetico compoſita, ea ſaltim ſcripta continet, quæ a quinquaginta retro annis fuerunt edita, ſed in nuda

nuda tantum titulorum recenſione conſiſtit. De iudiciis Sarckmaſianis in Politicos ſui temporis iam dictum fuit in introductione.

§. II.

Alii de ſtudio politico inſtituendo egerunt. Extat de eo HVGONIS GROTII *epiſtola de ſtudio politico*, ad Auberium Maurerium, & CHRISTOPHORI COLERI epiſtola *de ſtudio politico inſtituendo*, quæ cum variorum diſſertationibus editæ. Æſtimant alii IOANNIS HENRICI BOECLERI, *de ſtudio politico bene inſtituendo diſſertationem epiſtolicam* poſthumam, quæ bibliographiæ eiusdem præfixa eſt, ſed non niſi præcepta ſunt generalia, vt doceat, quænam diſciplinæ politicæ ſtudioſo ad ſciendum ſint vtiles. Melius hic vſu veniunt BOSII *diatribe Iſagogica* & NAVDÆI *bibliographia politica*, qui in hac materia maxime commendandus, licet etiam in eadem ſit iniquum præſtet in Germanos.

§. III.

Inter ſcriptores politicos antiquiores primum habemus PLATONEM, qui dialogis ſuis de legibus & libris *de Republica* rempublicam præclare inſtituit, licet non omnem prudentiam ciuilem exhauriat, & multa quoque ab vſu ciuili aliena propo-

nat. Scripſit etiam *de regno* librum exiguum & parui momenti. Hic *de republica* tractatus in gallicam linguam translatus cura Ludouici Regii & Friderici Morelli prodiit *1600. f.* Ab eodem ARISTOTELES pleraque mutuatus fuit, niſi quod facilius atque clarius hæc proponat. Habemus autem Ariſtotelis *Politicorum libros VIII*, cum aliquot adhuc deſint, de quibus dicere non veremur, optimum eſſe inter eius ſcripta. Quod autem ad noſtra tempora non vbique adplicari poſſint, ratio hæc eſt, quod ſtatus regnorum atque rerum publicarum noſtri temporis plane diuerſus ſit ab eo, quem deſcripſit Ariſtoteles, & neceſſe omnino eſſet, noua nunc colligi brocardica Politica. Inter editiones præcipua eſt Oberti Gifanii, *Francofurti 1608 8.* edita. Commendari ad eandem meretur DANIELIS HEINSII *paraphraſis*, *Lugduni Batauorum 1621. 8.* IOANNIS a FELDEN *analyſis librorum politicorum Ariſtotelis*, *Francofurti 1654, 12.* & præcipue HERMANNI CONRINGII *introductio in politicam Ariſtotelis*, *Helmſtadii 1646. 4*, quæ ad eiusdem intellectum haud parum conducit. Vt taceamus PLVTARCHI *præcepta politica*, & HERACLIDIS

Digitized by Google

DIS *fragmenta de politicis*, ex quibus vtilitas haut adeo magna percipitur.

§. IV.

Neglecta olim politica Ariſtotelis, idque, vti Conringius iudicat, præfatione ad introductionem, ideo, quia cum Arabum ſtudiis, Friderici II. tempore, ſcripta Ariſtotelis in latinum ſermonem verterentur, politica idem non experiebatur. Primam verſionem politicorum Ariſtotelis multi tribuunt THOMÆ CANTABRIGENSI, qui ex Scholaſticis, Alberti M. erat diſcipulus. Nouam vero Ariſtotelis verſionem adornauit LEONARDVS ARETINVS, *Venetiis 1500. f.* & poſt eum IOANNES GENESIVS SEPVLVEDVS, *1608. 8.* Inter Commentatores primus eſt THOMAS de AQVINO, cuius Commentarius cum textu Ariſtotelis ſeparatim extat *Lipſiæ 1506. f.* atque alias inter eius opera olim multis æſtimatus. Secutus fuit DONATVS ACCIAOLVS, *Venetiis 1566. 8.* IOANNES BVRIDANVS, *Oxonii 1640. 4.* COELIUS CALCAGNINUS, cuius paraphraſis in politicam Ariſtotelis perſpicua admodum eſt, prodiit *Baſileæ 1544. 8.* Inter elegantiores numerantur PETRVS VICTORIVS, cuius politicum opus *Florentiæ* prodiit *1576. f.* & IOACHI-



Digitized by Google

MVS CAMERARIVS, *Francofurti 1583. 8.* Præferuntur tamen ex Germanis OBERTVS GIPHANIVS, qui editioni ſuæ etiam Commentarium adiecit, PHILIPPVS SCHERBIVS, cuius notæ illuſtres prodierunt *Francofurti 1610. 8.* & MICHAEL PICCATVS, cuius commentarius *Ienæ* proſtat *1659. 8.* qui multa ſuppleuit ab aliis omiſſa. Magis tamen hiſce æſtimatur GEBHARDI THEODORI MEIERI *analyſis Politicorum Ariſtotelis, Helmſtadii 1649. 4.* quæ ad intellectum Philoſophi facit egregie, Addimus adhuc CYRIACI STROZZÆ, Florentini, *libros II.* qui ſupplementum præbent in Ariſtotelem, & rari ſunt. Prodierunt primum græce, *Florentiæ 1562. 4.* latine, *1573. 4.* adiecti ſunt Ariſtotelis libris per Guilielmum du Val.

§. V.

Ex Romanis ſcriptoribus primo loco eſſent M. TVLLII CICERONIS *libri VI. de Republica*, ſi modo extarent adhuc, quorum ipſe mentionem iniicit libro II. de diuinatione, hodie tamen nihil amplius nobis ſupereſt, quam vt horum lugeamus iacturam. Pater quaſi politicorum merito habendus eſt P. CORNELIVS TACITVS, cuius editionem emendatiſſimam atque accuratiſſimam iudico, quæ cum notis

notis Theodori Ryckii prodiit *Lugduni Batauorum 1687. 12.* idque ob notarum elegantiam, & textus emendationem. Prodierunt quidem Taciti opera cum notis Iuliani Pichoni *in vſum Delphini*, & quidem tomus primus *Pariſiis 1682. 4.* alter *Pariſiis 1684. 4.* ſed notæ nimium prolixæ diffundunt lectorem. In gallicum ſermonem Tacitum hunc tranſtulit AMELOT DE LA HOVSSAYE *à Paris 1690. 4.* quæ translatio omnibus anterioribus, qualis eſt Achillis de Harlag, Rudolphe le Maite Sr. d' Ablancourt longe antecellit. Idem auctor elegantiſſimus edidit quoque *la Morale de Tacite, premier eſſay de la Flatterie, à Paris 1682. 12.* vbi ex traditis a Tacito characteres & effectus adulationis optime declarat, & præcepta pro euitando hocce vitio addit. Illud æſtimandum præcipue eſt, quod in libri primordio accurate iudicat de diverſis auctoribus recentioribus, qui in Tacitum fuerunt commentati. Ex illis autem, qui hoc præſtiterunt, potiores ſunt Itali. Extant enim PHILIPPI CAVRIANI *diſcurſus politici in Tacitum*, Italice, *Florentiæ 1600. 4.* VIRGILII MALVEZZI *diſcurſus Italici, Venetiis 1635. 4.* TRAIANI BOCCALINI *bilanx politica*, ſeu annotationes in Taci-

tum

tum, italice, *Geneuæ 1669. 4.* PII MVTII *conſiderationes in Tacitum, Brixiæ 1625. 4.* His tamen iungimus adhuc SCIPIONIS AMMIRATI *diſcurſus in Tacitum*, quos ex Italico in latinum vertit Chriſtophorus Pflugius, *Francofurti 1618. 8.* De *Candore* ſolum *politico in Tacitum* ſcripſit PAGANINVS GAVDENTIVS, *Piſis 1646. 4.* Sed vt verum fatear, difficile eſt ab Italis haurire ſcientiam politicam. Iſti enim ad placita potentiorum viuunt, ideoque vera libertate ſentiendi deſtituuntur, præconceptis inhærent, &, ſi quid noui ſtatuunt, plerumque in exceſſum rapiuntur, vt politici peruerſi. Ex Germanis, qui illud egerunt, præcipui ſunt IOANNES HENRICVS BOECLERVS, cuius *Commentarius in primordia Annalium Taciti & hiſtorias, Argentorati* prodiit *1664. 8.* licet non vbique doceant iudicium pragmaticum, & CHRISTOPHORVS FORSTNERVS, cuius *notæ ad libros annalium Taciti* prodierunt *Francofurti 1662. 12.* multis æſtumatæ quidem, nec tamen vbique ſatis accuratæ.

§. VI.

Inter ſyſtematicos æſtimabatur olim IOANNIS ALTHVSII politica, *Herbornæ 16 5. 8.* præferenda tamen eſt BALTHASARIS CELLARII *politica ſuccincta*, quæ ad ſtatum

Digitized by Google

ſtatum Imperii noſtri eſt accommodata, & prodiit *Ienæ* 1653. 8. Accedunt IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *meditationes politicæ*, *Francofurti ad Viadrum* 1679. 8. IOANN. FRIDERICI HORNII *architectonica politica*, quæ recuſa eſt *Francofurti* 1672. 8. multis olim æſtumata, cum nouandi ſtudio quandoque capiatur, ſed imperfecta eſt, & parum accurata. DANIELIS CLASENII *politicam* tanquam perſpicuam laudarunt multi. GEORGII SCHOENBORNERI *politicam* alii ob intermixtas materias iuris publici commendarunt. *Syſtema* maius eſt CHRISTIANI MATTHIÆ, cuius *ſyſtema politicum*, *Gieſſæ* 1678. 4. editum, ad diſputandum magis eſt comparatum. HENNINGI ARNISÆI *relectiones politicæ*, *Argentorati* 1648. 4. imperfectæ ſunt: multa ex antiquis proferunt, ſed male applicata. CHRISTOPHORVS BESOLDVS *in opere ſuo politico*, quod *Argentorati* 1641. 4. prodiit, magis reſpexit ad certa argumenta, quæ ſingularibus diſſertationibus deduxit, quam vt iſto ſyſtemate ſua comprehenderet, licet commendandus in quibusdam ſit. Hi tamen cum alias iudicio pragmatico, quod ad politices interpretationem requiritur, non ita fuerint inſtructi, hodie non adeo mul-

tam

Digitized by Google

tam vtilitatem præbent. Nec enim in regulis ſolum quærenda eſt politica, potius rationibus & exemplis. M. ZVERII BOXHORNII *inſtitutiones politicæ* quibusdam arrident, quæ cum notis Georgii Hornii prodierunt *Lipſiæ 1657. 12*, alii tamen ob nimiam libertatem eundem inter monarchomachos referunt. ADRIANVS HOVTYN *politicam contractam generalem* ſcripſit *Hagæ 1681. 8*, ſed, præterquam quod in iure gentium ſit potior, ob ſtatuendi libertatem liber eſt periculoſus. IOANNIS HENRICI BOECLERI *inſtitutiones politicæ Argentorati* prodierunt *1688. 8.* quæ, licet anſam præbeant ad pleniores meditationes politicas, imperfectæ tamen ſunt, nec omnes politicæ partes exhauriunt, potius hoc inſtituto ſcriptæ, vt priuatis diſcurſibus explanentur. Præferimus omnino IO. FRANCISCI BVDDEI *fundamenta politices*, quæ, breues licet ſint, facile tamen exemplis hiſtoricis illuſtrari poſſunt egregie. Neruum habent IVSTI LIPSII *politicorum*, ſeu *Doctrinæ Ciuilis, libri IV*, quarum optima cenſetur editio a Io. Freinsheimio *Argentorati* facta *1648. 8.* quibus accedunt eiusdem *Monita & exempla Politica* ad libros duos tantum Politicorum directa, exempla tamen ex hiſtoria antiqua

ſunt

ſunt petita. Commentarium in Lipſii politicam præbet IOANNIS CHOCKIER *theſaurus aphoriſmorum Politicorum*, quem *Romæ* primum publicauit *1610. 4.* poſt *Leodii 1642. f.* Haut ita pridem *Theatrum prudentiæ elegantioris ex Iuſti Lipſii libris Politicorum* erectum a IOANNE FRIDERICO REINHARDO, cum præfatione Conradi Samuelis Schurzfleiſchii, *Wittenbergæ 1702. 4.* in quo ſingula a Lipſio neruoſe tradita luculente exponit, ſæpe etiam exemplis illuſtrat, licet in his etiam antiquiorem hiſtoriam potius ſequatur. Ita vt defectum hunc in politicis non poſſimus non lugere, nullum adhuc extare, qui exemplis ex recentiori hiſtoria petitis ſua illuſtret, quæ tamen noſtro ſtatui maxime conuenirent.

§. VII.

Politicam non ex ratione ſtatus, ſed ex Chriſtianiſmi principiis, deduxerunt, vel ſaltim cum iisdem combinarunt alii. Primus, qui illud egerit, eſt LAMBERTVS DANÆVS, cuius *politica Chriſtiana* prodiit *Lugduni 1606. 8.* Secutæ ſunt IOANNIS STEPHANI MENOCHII *inſtitutiones Politicæ* e SS. litteris libri III, *Lugduni 1603. 8.* & SAMVELIS STVRMII *politica chriſtiana*, *Bremæ 1666. 12.* Egit illud quoque THEODORVS REIN-

REINKING in *Bibliſcher Policey, Francofurti 1646. 4.* edita. Præferendus tamen eſt CHRISTOPHORVS BESOLDVS *de conſilio politico, Tubingæ 1622. 8.* qui per certa axiomata politicum ex fundamentis Theologicis formare ſtudet. Elegantiſſima eſt DIDACI SAAVEDRÆ *idea principis Chriſtiano-politici, Coloniæ 1680.* & germanice, *Ienæ 1700.* 12. qui liber, ſi quis alius, plane egregius eſt, principem enim non ad rationem Status corruptam, quam plane reiicit, ſed veritatem Chriſtianam inſtruit in omni regiminis parte, atque ſingula hiſtoricis illuſtrat exemplis. Hiſce ſi addemus VITI LVDOVICI a SECKENDORF *Chriſtenſtaat,* qui ſæpius proſtat, non aberrabimus. Hic licet potius iura principis circa ſacra declaret, & rationem componendarum rerum eccleſiaſticarum, ſtudium tamen boni Principis in promouendo Chriſtianiſmo æque explicat.

§. IIX.

Alii fuerunt, qui Principis ſtatum formare ſingulari ſcripto adgreſſi fuerunt. Ex Italis illud egit LVDOVICVS CARACCIOLVS, in *Speculo Principum, ſeu Principe Politico, Placentiæ 1659. 4.* quem auxit Laurentius Longus. Ex Hiſpanis, SEBASTIANVS FOXIVS *de regni & regis inſtitutione,*

*tione*, *Antwerpiæ 1566. 8.* Ex Belgis PHILIPPVS MARNIXIVS *de inſtitutione Principum*, *Franeckeræ 1615. 8.* Fecit illud GEORG ENGELHARDT LOEHNEYSEN, cuius *Hof Staats-und Regier Kunſt* ex editione altera cura Ioannis Andreæ Gerhardi prodiit. Ante huncce MELCHIOR ab OSSA *prudentiam regnatiuam* ſcripſit, *und Bedencken ein Regiment wohl zu beſtellen*, *zu verbeſſern und zu erhalten*, quæ poſtea in latinam linguam translata per Caſparem Piſtorium, prodiit *Francofurti 1609. f.* Extat quoque eiusdem tractatus manuſcriptus *de emendando ſtatu in electoratu Saxoniæ.* ANTONIVS GVEVARRA in *horologio Principum*, ex editione Ioannis Wanckelii, *Francofurti 1664. 4.* Principem potiſſimum iuuentutis format, multis ideo æſtimatus. Præferendus eſt reliquis VITI LVDOVICI a SECKENDORFF *Fürſten-Staat*, ſæpius apud nos recuſus. Hic enim in Germania noſtra, ad quam potiſſimum accommodatus eſt, perutilis, atque iura Principum belle examinat. Quantum autem ex ipſa hiſtoria Princeps inſtrui poſſit, elegantiſſime docuit IOANNES HENRICVS BOECLERVS, in *hiſtorica ſchola Principum*, *Argentorati 1641. 4.* Quo potiſſimum fa-

K ciunt

ciunt Hiſtorici pragmatici, de quibus in diatribe iſagogica Boſius.

§. IX.

Materia poſtulat, vt hic mentionem quoque faciamus NICOLAI MACHIAVELLI. *Principem* hic edidit, quem habemus cum animaduerſionibus Hermanni Conringii, *Helmſtadii 1660. 4.* Mirantur omnes in eo acumen ingenii ſingulare, aſtutum tamen potius & temerarium faciunt politicum, quam prudentem, eo quod tyrannicas artes Principi ſuo commendet. Verum, liberæ reipublicæ ciuis erat Machiauellus, Democratiæ adſertor, tyrannidis inimicus: hanc vt inuiſam redderet ſuis, potius tyrannicas artes, quibus certi Principes vtuntur, exponit, quam vt principem inſtruat. Nactus tamen fuit varios aduerſarios. FRANCISCVS HOTTOMANNVS *auctor* habetur *Commentariorum de regno aut quouis principatu recte & tranquille adminiſtrando 1677. 8.* qui multa doctrina politica ſunt referti. INNOCENTIVS GENTILLETVS in *anti-Machiauello* ſuo, qui prodiit *Lauſannæ 1571. 8.* magis impietatem eius notat, quam errores politicos. PETRVS RIBADENEIRA *principem Chriſtianum* ſcripſit aduerſus Machiauellum, *Moguntiæ 1604. 8.* ſed Ieſuiticis nititur principiis. Minores gentium

tium dii ſunt THOMAS BOZIVS *de imperio virtutis & robore bellico contra Machiauellum, Coloniæ 1601. 8.* CLAVDIVS CLEMENS in *Machiavelliſmo iugulato, Compluti 1637. 4.* Nuperius IOANNES LAVRENTIVS LVCCHESINIVS *ſcrutinium* edidit *Stultitiæ Machiauelli, Romæ 1697. 4.* in quo impia & peruerſa dogmata, quæ Machiauello imputantur, notare adgreſſus eſt, ita, vt ipſi opponat prouerbia Salomonis, ex horum parallelismo ſingula refellens. Apologiam vero pro Machiauello ſcripſit CASPAR SCIOPPIVS in *pædia politices*, ab Hermanno Conringio edita, *Helmſtadii 1663. 4.*

§. X.

Alii fuerunt, qui certis exemplis Principem formare adgreſſi fuerunt. Inter veteres illud egit XENOPHON, cuius de *pædia Cyri* libri VIII. extant ex editione Leunclauii græce & latine, *Baſileæ 1669. f.* quod alii vel Cyri, primi Perſarum Monarchæ, vitæ deſcriptionem dicunt, alii Cyri iunioris, ſub quo militauit. Credimus potius Ciceroni, qui lib. I. ep. I. ad Quintum fratrem, hanc pædiam non ad hiſtoriæ fidem, ſed ad effigiem iuſti Imperii ſcriptam dicit. Quare potius principem inſtruit, qualis



Digitized by Google

eſſe debeat, quam vt certi cuiusdam mores deſcribat. Ex Græcis huc facit PLVTARCHVS in *vitis* ſuis *parallelis*, quæ ex verſione Guilielmi Xylandri prodierunt *Francofurti 1583. f.* apud Wæchelios 2. Tomis atque alii hiſtorici Pragmatici. Dauidis, Salomonis atque aliorum Ebræorum Regum exempla in *aula ſancta* propoſuit NICOLAVS CAVSSINVS, *Lutetiæ 1630. 8. Dauidis res geſtas*, ſtatum politicum *& perſecutiones* expoſuit VIRGILIVS MVLVEZZI, italico ſermone, poſt in Anglicum translato ſcripto, *Londini 1650. 8.* Idem Principem eiusque arcana in *vita Romuli* repræſentauit, *Lugduni 1637. 12.* Romulum vero & Tarquinium Superbum *ideam boni Principis & tyranni* eſſe voluit, *Francofurti 1656. 12. Aulam Tiberianam* deſcripſit CYRIACVS LENTVLVS, *Herbipoli 1663. 8.* Huic tamen præferendus eſt Domini de la MOTHE IOSSEVAL d' ARONSEL *Tibere, diſcours politiques ſur Tacite, à Amſterdam 1684. 4.* qui cum Tiberii hiſtoria res geſtas & imperandi arcana Ludouici XI. Galliarum Regis confert. *Characterem virtutum* exemplum Theodoſii M. propoſuit IOACHIMVS PASTORIVS, *Ienæ 1664 &* MATTHIAS RADERVS vero in *Aula ſancta*, Theodoſii Iunioris ſtatum deſcribit,

bit,

Digitized by Google

bit., *Auguſtæ 1608. f.* Singulare exemplum vitæ regiæ deſcriptæ præſtitit FRANCISCVS BACO de VERVLAMIO, *in Hiſtoria Henrici VII. Lugduni Batauorum 1647. 12.* qui, licet etiam hiſtoriam deſcribat, nihil tamen oblitus eſt eorum, quæ ad politicam ſpectant.

§. XXII.

Huc referri poſſunt inſtructiones paternæ, quas Principibus iuuentutis, ſucceſſoribus filiis ſuis, præſcribunt patres, pro felici ſtatu regiminis. Tale quid egit BASILIVS, Imperator Conſtantinopolitanus, qui 66 capita paranetica ad filium Leonem, deſtinatum ſucceſſorem, ſcripſit, quarum optima eſt editio Conradi Rittershuſii, græce & latine, *Pariſiis 1584. 4.* MANVELIS PALÆOLOGI, Imperatoris *præcepta regiæ educationis* ad Iohannem filium procurauit Ioannes Leunclauius; *Baſileæ 1579. 8.* Monita tamen hæc ad ſtatum noſtrorum temporum parum apta. IOCOBVS I. magnæ Britanniæ Rex, δωρον βασιλικὸν *donum regium* ſcripſit ad Henricum filium, quod teſtamentum ipſe adpellat in præfatione, in quo ſane regulas quasdam præſcribit filio, quas ſi obſeruaſſet alter, Carolus I. tali forſan fato non fuiſſet ſubiectus. Talis apud hiſtoricos reperitur



Digitized by Google

*inſtructio Caroli V. ad Philippum filium* atque aliæ Galliæ regum, quibus hoc conſuetum, quæ tamen nunquam editæ inter arcana habentur.

## §. XIII.

Huc faciunt, qui Principem iuuentutis formare docent. Laudatur hac in parte ERASMI ROTERODAMI *inſtitutio Principis Chriſtiani*, recuſa *Lugduni 1641. 4.* Prolixior eſt CONRADVS HERESBACHIVS *de erudiendis Principum liberis*, qui reip. gubernandæ ſunt deſtinati, deque republica adminiſtranda, *Francofurti 1592. 8.* Præſtantius cæteris eſt GVEVARÆ *horologium Principum*, antea iam commendatum. Inter recentiores æſtimantur *Auantures de Telemaque, fils d' Vlyſſe, ou ſuite du quatrieme liure de Odyſsée d' Homere, par* FRANCOIS de SALIGNAC de la MOTHE FENELON, *derniere edition plus exact, à la Haye 1701. 12.* Hiſtoria eſt ex Vlyſſe depromta de Telemacho, Vlyſſis filio, ſub quo perſonam Ducis Burgundiæ abſcondit, ſub antiope vero eiusdem vxorem. Propoſitum nullum eſt aliud, quam vt moralem diſciplinam, & reliqua, quæ Principe iuuentutis digna, tradat, idque ſtylo poetico. Inſcio primum atque inuito auctore prodiit, poſt ſæpius fuit recuſum. Scripſit contra eundem

Digitized by Google

dem Abbas FAYDIT *Telemacomanie, ou la cenſure & critique du Romain intitulé, les au. ntures de Telemaque, à Eleuteropl 1700. 12.* In quo potiſſimum Fenelono, archiepiſcopo Cameracenſi, obiicit Abbas, quod ipſe tanquam perſona eccleſiaſtica fabularum Romanenſium formam ſequatur, cui tamen editor Telemachi in editione vltima reſpondet, exemplum adlegans libri Hiobi, Damaſceni, & Simeonis Metaphraſtæ.

## §. XIII.

Succedunt Scriptores, qui de Republica egerunt. Inter veteres hic eminet PLATO, cuius *de Republica* liber ſupra iam §. III. fuit explicatus. CICERO Platonem imitatus, *libros VI. de Republica* compoſuit, qui non ſuperſunt amplius. SALVSTII tamen extant *diſſertationes II. ad Iulium Cæſarem de Republica ordinanda, illuſtrata a Chriſtophoro Coleno, Amberga 1599. 8.* IOANNES LOCCENIVS quoque edidit notas in illas in *Syntagmate diſſertationum politicarum, Amſteloda mi 1644. 4.* Primus ex recentioribus hic adduci meretur IOANNES BODINVS, qui *de Republica* libros VI. ſcripſit, gallice primum *Pariſiis 1566. 8.* quos ipſe poſtea in latinum ſermonem tranſtulit. Optima videtur editio, quæ *Francofurti* prodiit 1591. *f.* Scriptor ſane



Digitized by Google

eſt elegans, ſed blaſphemus, nec vbique recte de Deo ſentit. Comprobat ſua ex hiſtoriis, ſed in iis ſæpe nimium eſt prolixus, multa quoque intermiſcet aliena. *Breuiarium librorum Bodini* edidit IOANNES ANGELVS WERDENHAGEN, *Amſtelodami 1614. 12.* & *Marpurgi 1638. 12.* Cum autem Bodinus varios nanciſceretur aduerſarios, RENATVS HERPINVS *apologiam* ſcripſit ad illuſtrandam Bodini de Republica methodum, *Francofurti 1625. 8.* Secutus hunc eſt PETRVS GREGORIVS TOLOSANVS, cuius *de Republica* libri XXVI. *Francofurti* apud Palthenios *1597. 4.* proſtant. Hic, licet multa intermiſcuerit, quæ potius ad iuris ſcientiam, quam ad politicam, ſpectant, ab argumentorum tamen adparatu atque ſententiis Doctorum, quorum allegata apud eum ſunt frequentia, commendatur. ANDREAS FRICIVS *de Republica emendanda* ſcripſit libros V. *Baſileæ 1559. f.* nec tamen omnia politices capita abſoluit, licet in iis, quæ explicat, multos politicorum næuos detexerit, alia quoque de regno Poloniæ intermiſcuerit. ADAMVS CONTZENVS in *politicorum libris X. Coloniæ 1628. f.* Iureconſultum potius agit & Ieſuitam, quam verum politicum.

§. XIV.

## §. XIV.

Non defuere, qui, felicem Statum Reipublicæ deſcribere tentantes, illud ſub figmento quodam egerunt. Primum locum occupabit THOMÆ MORI *Vtopia*, quæ *Baſileæ 1563. 8.* prodiit, cum aliis eiusdem opuſculis, per Simonem Epiſcopium, quibus præfixa eſt ERASMI ROTERODAMI & præſertim GVILIELMI BVDÆI *epiſtola*, qua de hac Vtopia accuratiſſime iudicat. Scripta eſt acri cum ingenio, tanquam beatæ per omnia Reipublicæ exemplar, quale tamen reperire haut licet, THOMÆ CAMPANELLÆ *Ciuitas Solis* inter carceris ſqualores ab eodem ſcripta, *Vltraiecti* edita eſt *1643. 12.* ſed potius, provt reliqua Campanellæ, in ſolis ſpeculationibus philoſophicis conſiſtit. Prodiit cum eadem *Mundus alter & idem*, ſiue terra auſtralis antehac ſemper incognita, longis itineribus peregrini academici nuperrime luſtrata, auctore MERCVRIO BRITANNICO & FRANCISCI BACONIS de VERVLAMIO *noua Atlantis*. In DIDACI BEMARDINI, ſeu IACOBI BIDERMANNI *Vtopia* ſeria ludicris miſcentur. Prodierunt cura Caſparis Sutoris, *Dillingæ 1644. 12.* IOANNES VICTOR ROSCIVS, ſub conſueto IANI NICII ERYTHRÆI

nomine, decem *eudemiorum libros* edidit *Coloniæ 1645. 8.* quibus magnatum præſertim vitia acute perſtringit. *Noua Solyma VI.* libris conſtantes *Londini* prodierunt *1648. 8.* in quibus nihil aliud agit auctor haud rudis, quam vt bene inſtitutæ Reipublicæ normam præſcriberet. Nec aberrabimus forſan, ſi Platonis Atlanticam huc referre velimus, licet eandem in Suecia quærat Rudbeckius.

## §. XV.

Nec defuerunt, qui Reſpublicas antiquas cum recentioribus conferrent. Tale inſtitutum fuit POMPEII CAIMI, in libro italico, cui titulus, *parallelo politico delle republiche antiche e moderne*, qui prodiit *Patauii 1627. 4.* IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS in *aſſertione reipublicæ Achaicæ*, quæ prodiit *Ratisbonæ 1686. 4.* eandem cum Germanica confert. Cum enim Iuſtinus Achaiam ita definiat, quod per ciuitates, veluti per membra ſit diuiſa, vnum tamen corpus, vnum imperium habeant, ſingularumque vrbium pericula mutuis viribus propulſent, eadem ad Germaniæ noſtræ ſtatum accommodat. MARTINVS SCHOOKIVS *fatum reipublicæ Venetium & Achaeorum* Belgis ſuis in exemplum propoſuit *Traiecti ad Rhenum 1664. 24.*

§. XVI.

Digitized by Google

## §. XVI.

Incrementa & decrementa quoque rerumpublicarum, ſunt, qui deſcripſerunt. IACOBI BORNITII extat *ſynopſis politica de rerum ſufficientia in republica & ciuitate procuranda, Francofurti 1625. 4.* Cauſas, vnde ruina rerumpublicarum promoueatur, indagauit THOMAS BOZIVS in tractatu ſuo *de ruinis gentium & regnorum aduerſus impios politicos, Romæ 1596. 8.* Idem egit PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS in *metamorphoſi rerum publicarum*, quæ germanice edita atque aucta a Philippo Ludouico Autheo, *Francofurti 1665. 8.* IOANNES BISSELIVS edidit *illuſtrium ab O. C. ruinarum decades IV. Amberga 1656. 8. 3. vol.* quibus ruinas rerum publicarum atque regnorum potiores deſcribit, licet hiſtoricum potius agat, quam politicum, & ſæpe inepte iudicet. A Chymiæ ſtudio, ſcriptis & fatis notus eſt IOANNES IOACHIMVS BECHERVS. Scripſit ille tractatum ſane politicum *von Auff und Aunehmen der Städte, Länder und Republicken, Francfurt 1668 8.* in quo tractatu neruum rerum commercia eſſe dicit, quæ per monetam probam atque opera manu facta maxime promoueri probat. Præcipue vero monet, quid in manufacturis, quæ vulgo dicuntur,

tur, inſtituendis ſit obſeruandum. Haut ita pridem prodiit *Fürſtliche Macht-Kunſt reich zu werden*, ab HENRICO BODINO edita, *Halæ 1702. 12.* in quo auctor quidam illuſtris, de rebus fiſcalibus principis recte ordinandis agit, aliqua etiam proponit, quæ felici cum ſucceſſu poſſunt adplicari, licet non adplauſum inuenerit in omnibus.

## §. XVII.

Diuerſarum rerumpublicarum arcana, fraudes & ſcelera alii expoſuerunt, ex quibus multa hauriuntur, quæ in vſum ducantur. Excellent in hac claſſe ARNOLDI CLAPMARI libri VI. *de arcanis Rerumpublicarum* à Ioanne Coruino ſcholiis marginalibus & præfixa epitome illuſtrati, cum adnexo diſcurſu Beſoldi, *Lugduni Batauorum 1641. 12.* auxit deinde eadem atque caſtigauit MARTINVS SCHOOCKIVS, *Francofurti ad Viadrum 1668. 8.* Elegans eſt Clapmarii labor, multis exemplis illuſtratus, ſed generalis nimis, Schoockius tamen eodem longe eſt inferior. Secutæ ſunt DESIDERII CRESCENTII *artes reconditæ regendi & dominandi Reſpublicas, Traiecti ad Rhenum 1657. 12.* Maiorem tamen prudentiam politicam habet TRAIANVS BOCCALINI. Hic enim primum edidit *relationes*

*tiones ex parnaſſo.* Italice primum, poſt gallice, latine, anglice, Hiſpanice, Belgice & Germanice verſas, cum appendice HIERONYMI BRIANI, in quibus varia arcana rerumpublicarum detexit. Aduerſarium autem nactus eſt, cuius *Ripoſta alla quarta Centuria* extat, &, quæ huic iterum oppoſita eſt, *Replica alla Riſpoſta.* Idem Boccalinus edidit *Pietra del Paragone Politico,* ſeu *lapidem Lydium politicum*, ſiue diſcurſus politicos de maximis Monarchiis huius mundi, vbi potiſſimum ſtatum Hiſpanorum, horumque adfectatam Monarchiam deſcribit. Prodierunt poſtea ſub Boccalini nomine varia ſcripta politica anonymi cuiusdam, quæ tamen non ſemper iudicium eiusdem præ ſe ferunt. Idem cum Boccalino egit IOANNES BARCLAIVS, in *ſatyrico* ſuo, quod ſub nomine *Euphormionis* proſtat, in quo, ſtylo Petroniano, omnium Rerumpublicarum & Principum Europæ virtutes, vitia & errores perſtringit. Optima eſt editio, quæ cum notis variorum & claue prodiit *Lugduni Batauorum 1674. 8.* Acceſſit pars quinta, ſeu *Veritatis lacrymæ:* vel Euphormionis continuatio per ALETOPHILVM, ſeu CLAVDIVM BARTHOLOMÆVM MORISETVM, quæ *Amſtelodami* prodiit *1664 8.* Idem

Bar-

Barclaius in *Argenide* ſua res Gallicanas & Statum Galliæ ſub fictis nominibus magna cum amœnitate deſcribit: prodiit cum claue & figuris æneis *Francofurti ad Mœnum 1676. 8.* atque in varias linguas fuit translata. Facit huc etiam anonymi ſcriptoris Itali *ſecretaria Apollinis*, D. de ROHAN *trutina Statuum Europæ* gallice ſcripta, poſt per Ioſuam Arndium latine verſa cum notis, *Güſtrouii 1665. 8.* *Cabinet du Roy Louis XI. à Paris 1661. 12. ephemeris propudioſa Ludouici XI.* Galliæ Regis, & quæ ſunt ſcripta ſimilia, qualia noſtro tempore fere quotidie eduntur. LEONHARDVS WEID *Hiſpanicæ dominationis arcana* deſcripſit, atque mores Hiſpanorum, ſingula confirmans auctoritatibus iuſtis.

## §. XVIII.

Magis progreſſi fuerunt ad ſpecialia, qui in notitiam rerumpublicarum introducunt, vel certas quaſdam deſcripſerunt reſpublicas. Prius egit IOANNES ANGELVS WERDENHAGEN in *vniuerſali* ſua *introductione in omnes reſpublicas*, *Amſtelodami 1631. 12.* multa tamen inibi reperiuntur confuſa, atque ſine ordine ſcripta. Præferenda eſt IOANNIS ANDREÆ BOSII *introductio generalis in notitiam Rerumpublicarum*

*carum orbis vniuerſi, Ienæ 1676. 4.* quæ egregia eſt, & multa cura elaborata. Alii vero plures Reſpublicas ſimul deſcripſerunt. Inter Italos extat LOTTINI *theſaurus rerumpublicarum* italice primum editus, cum latina interpretatione PHILIPPI HONORII, ſiue IVLII BELLI editus, *Francofurti 1617. 4.* quæ editio eſt optima. *Relationes vniverſales* IOANNIS BOTERI Guilielmus de Bræcqus latine vertit, alius continuauit, & IVSTVS REIFFENBERGIVS ſub titulo *Politia Regiæ* edidit *Marpurgi 1620. 4.* FRANCISCI SANSOVINI libri XXII. *de gubernatione diuerſorum regnorum & rerumpublicarum* italice ſcripti prodierunt *Venetiis 1683.* & ſæpius. LVCAS de LINDA in *deſcriptione orbis & rerumpublicarum*, quæ *Lugduni Batauorum 1655. 8.* excuſa eſt, ſtatum geographicum ſingulorum regnorum deſcribit. Accuratior vero eſt editio, quæ *Ienæ* prodiit *1670. 8.* quæ a Boſio noſtro eſt a mendis ſuis correcta & pluribus locis aucta. Hiſce merito ſuo præferendus eſt CASPARIS ENS *theſaurus Politicus*, qui ex italico translatus, *Coloniæ* editus eſt *1610. 8.* Eundem emendare atque continuare promiſerat Boſius noſter, verum etiam hic labor cum aliis eiusdem promiſſis intermortuus eſt. Mi-

nores

Digitized by Google

nores tractatus ſunt, qui apud Germanos fuerunt editi. GEORGII HORNII *orbis politicus* explicat reſpublicas, Principatus, regna & imperia, prodiit cura Ioachimi Felleri, *Lipſiæ 1653. 12.* JOANNES FRIDERICVS PöPPINGVS *Orbem illuſtratum* ſcripſit *1669. 12.* editum, quem tamen plerumque ex Conringii collegio depromſit. Ex eodem ſua habet CHRISTIANVS FVNCCIVS, qui *Orbis hodiernum imperantis* ſcripſit *breuiarium*, per quæſtiones deductum. Sed potiora, vti ipſe fatetur, in vſum ſcholæ ex aliis collegit. Edidit quoque *introductionem poſitiuam ad orbis impe rantis notitiam*, quæ, omiſſis quæſtionibus, per theſes tractat præcipua, quæ in priori tractatu adducta. Poſt illam prodiit *Anonymi politiſcher Nachtiſch, Francofurti 1695. 12.* cuius auctorem CHRISTIANVM WEISIVM eſſe dicunt. Potiores & præferendi ſunt ſingulis bini Scriptores alii. PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS quidem edidit *theſaurum rerumpublicarum totius orbis quadripartitum, Geneuæ 1675. 8. 5. Tomis*, Patuit tamen facile, hunc laborem eſſe HERMANNI CONRINGII. Hic enim anno 1664. intra priuatos parietes de præcipuis rebuspublicis diſſeruerat, atque aliqua auditoribus in calamum dederat. Hæc igitur nactus

ctus Oldenbergius, vulgari fecit ſub nomine proprio, additis notis parum neceſſariis, quas vel ex Lucæ de Linda deſcriptione orbis, Strauchii diſſertationibus exotericis & ſimilibus ſcriptis fere ſine iudicio excerpſit. Conqueſtus autem de hoc plagio fuit Conringius ſingulari admonitione publicata, quæ Oldenburgeri famam in multis lædit. Licet autem Conringio animus non fuerit, eadem publicandi, multam tamen in eius labore reperimus induſtriam, cum potiora, quæ ab aliis dicta, in eodem reperiantur collecta, licet in pleriſque regnis ſtatum hodie plane videamus immutatum. Recentior itaque & ad noſtra tempora magis eſt accommodatus FRIDERICH LEVTHOLFF von FRANCKENBERG, ſiue potius BERNHARDI ZECHII *Europaiſcher Herold*, *Francofurti 1688. f.* in quo Statum regnorum atque Rerumpublicarum Europæ non ſolum ſecundum originem ſuam & hiſtoriam, ſed etiam politicam, accurate deſcribit. Fontes quidem, quibus in hac deſcriptione vſus fuit, non adlegat, varia tamen adiicit acta publica, quæ multi vſus eſſe poſſunt. Illud ſaltim dolendum, quod naturam incolarum atque regionis breuius deſcribat, ac par eſt, adminiſtra-

tionem tamen, reditus, potentiam Status & ſimilia, quæ ad politicam faciunt, deſcripſit egregie. Tacemus iam PETRI d' AVITY *theatrum mundi*, IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI *archontologiam Coſmicam*, atque ſcripta ſimilia, quæ tamen prolixiora ſunt in deſcribenda hiſtoria, quam ſtatu politico. Particulares respublicas varii deſcripſerunt. In veterum deſcriptione extat NICOLAI CRAGII *de Republica Spartana* tractatus, & NICOLAI SIENICI *politica, ſ. respublica, Spartana, Dantiſci 1606. 4.* De *Athenienſium republica* egit CAROLVS SIGONIVS, *Francofurti 1593. f.* & qui ſunt ſcriptores alii. Inter recentiores, qui ſingulas deſcripſerunt respublicas, aliis ſunt præferendæ *Elzeuirianæ*, ſic dictæ, quod apud Elzeuirios in Belgio in forma minori fuerunt excuſæ. Cœperunt iſtæ anno 1610. nec tamen omnes paris ſunt induſtriæ, inter meliores æſtimandæ ſunt illæ, quæ IO. de LAET auctorem adgnoſcunt, vtpote eiusdem *Hiſpania* & *Gallia*, ſiue *de Francorum Regis dominiis & opibus*. Reliquæ collectæ potius ſunt ex aliis, quam vt magnam induſtriam præ ſe ferant. Pleraſque recenſet Boſius in diſſertatione iſagogica de comparanda prudentia ciuili §. LXXVI. & ſeqq.

§. XIX.

§. XIX.

Politicæ quoque conſiderationis eſt ſtatus religionis in regnis atque rebus publicis. Extat tractatus *anonymi de coniunctione religionis & imperii, Pariſiis 1575. 8.* Sic etiam habemus DANIELIS CLASENII librum *de religione politica, Magdeburgi 1655. 8.* Huic tamen præferendus eſt tractatus ANTONII FABRI *de religione regenda in republica,* qui *Ienæ* primum editus *1625. 4.* poſt cum notis Ahaſueri Fritſchii, *Francofurti 1665. 4.* IACOBVS PAMELIVS *de religionibus diuerſis ſcripſit, non admittendis in vno vnius regni loco, Antwerpiæ 1589. 8.* Elegantiſſimus liber eſt SAMVELIS PVFFENDORFFII *de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam Ciuilem, Bremæ 1687. 8.* in cuius appendice quoque Adriani Houtyni principia, de poteſtate ſummorum Imperantium circa Sacra examinauit. *Scrutinium religionum* edidit ANDREAS SENNERTVS, *Wittebergæ 1669. 4.* ſed præſtantius adhuc eſt EDVARDI BREEREWOODI *ſcrutinium religionum, Francofurti 1659. 4.* auctius atque correctius *1679. 12.* Optimum vero eſt ſcriptum EDOINI SANDIS *relatio de Statu religionis per vniuerſam Europam,* quæ Anglice primum prodiit, poſt in varias linguas fuit translata, vbi de ſingulis religionibus

multa prudentia iudicat. Partim etiam huc faciunt ſcriptores irenici, qui de vnione religionis procuranda fuerunt ſolliciti, de quibus tamen aliquando in bibliotheca Theologica dicemus. Doctus quidem, periculoſiſſimus tamen liber eſt de populis terræ auſtralis incognitæ, quos Seuerambes dicunt, qui primum anglice, poſt gallice, demum Belgice prodiit, inſcriptus: *Hiſtoire des Seuerambes, behelzende een Beſchryving van het vnbekend Zuidland*, vbi nihil aliud agit auctor, quam vt oſtendat, vnam eſſe religionem naturæ rerum conformem, quæ Deum ſupremum, atque eius quaſi vices in orbe hoc inferiori repræſentantem, Solem veneretur. Quare, cum data occaſione aduerſus Trinitatem & Chriſtianiſmum diſputet, inter libros damnatos omni merito refertur a Morhofio polyhiſt. lib. I. cap. VIII. p. m. 75.

§. XX.

Iura Principum circa ſacra alii deduxerunt. Maieſtatis iura circa ſacra ex parte ſupprimit, ſed moderate illud agit NICOLAVS VEDELIVS, *de episcopatu Conſtantini M. Franekeræ 1642. 12.* Huic ſe publico iuſſu in Belgio oppoſuit GVILIELMVS APOLLONIVS in libro, *de iure Maieſtatis circa ſacra, Medioburgi 1643. 8.*

Præ

Præ cæteris hanc materiam pertractauit HVGO GROTIVS *de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra*, cum ſcholiis DAVIDIS BLONDELLI, quibus *de regimine plebis* agit, *Pariſiis 1648. 8.* Nota quoque ſunt ſcripta THOMASIANA, de regimine eccleſiaſtico, quæ poſtea coniunctim in germanicum idioma translata a IOANNE GEORGIO ZEIDLERO prodierunt *Francofurti ad Mœnum 1701. 4.* Titulus libri eſt: *dreyfache Rettung des Rechts Evangeliſcher Fürſten in Kirchenſachen.* Et quidem primo continet Thomaſii diſputationem de hac materia. Deinde *weitere Vnterſuchung der einfältigen Anweiſung, wie die Proteſtirende Kirche zu vereinigen und zu verbeſſern ſey.* Tertio defenſionem Thomaſii contra apologiam regiminis eccleſiæ. Singulis ſcriptis, regimen eccleſiaſticum, quantum in coactiua, quæ dicitur, gubernatione conſiſtit, principibus, excluſo clero, concedit, atque variis argumentis illud firmat. Idem CHRISTIANVS THOMASIVS iura principum Euangelicorum in decidendis controuerſiis Theologicis adſerere nititur in tractatu ſuo, cui titulus: *das Recht Evangeliſcher Fürſten in Theologiſchen Streitigkeiten, Halle 1696. 4.* Prodiit etiam *diſputatio Theologi Lipſienſis*, IO. BENEDICTI CARPZOVII,



Digitized by Google

*de iure decidendi controuerſias Theologicas cum ſcholiis iureconſulti Halenſis*, qui eſt Chriſtianus Thomaſius, *Halæ 1701.* in qua ſententiam ſuam magis adhuc explicauit.

§ XXI.

De ratione Status, multi ſunt, qui egerunt. IOANNES BOTERVS primus fuit, qui rem antea confuſam iuſta methodo diſtinxit. Prodierunt autem eiusdem *della ragion di Stato libri X.* adiuncti eiusdem relationibus vniuerſalibus, *Venetiis 1640. 4.* Ante Boterum illud egit CYRVS SPONTONVS *del governo di Stato, in Venetia 1627. 4.* GABRIEL ZINNANVS *della ragione degli Stati, in Venetia 1626. 4.* LVDOVICVS SEPTALIVS, *Mediolani 1627. 4.* IOANNES ANTONIVS PALAZZVS, *Venetiis 1605. 4.* SCIPIO CLARAMONTIVS, *Florentiæ 1635. 4.* &, qui hosce ſecutus fuit, HIERONYMVS FRACHETTA, *Venetiis 1647. 4.* Optimus verò videtur FRIDERICVS BONAVENTVRA, cuius eſt tractatus *della ragion di Stato, ſ. de ratione Status & prudentia politica, Vrbini 1623. 4.* vbi magno ingenii acumine, quid ſit vera Status ratio, declarat. Licet hodie regulæ iſtæ generales ad definiendam Status rationem parum valeant, ſed hæc potius ſit Status ratio, ex quo emolumenta capiunt Summi Imperantes, ſiue

ex

ex regulis politicis hæc ſint petita, ſiue ex arcano quodam conſilio. *Rationem* tamen *Status Germaniæ* ſingulari ſcripto, *Altdorfi 1667. 4.* edito, expreſſit IO. WOLFGANGVS TEXTOR, atque in eo præferendus longe eſt ARNOLDO MAVRITIO HOLTERMANNO de eadem materia, *Marpurgi 1677. 4.* De Galliæ regno habemus *Traité de la politique de France, par. Mr. P. H. à Cologne 1699. 12. & Le veritable etat du gouvernement de la France, à Paris 1656. 12.* Extat etiam *La Politique de la Maiſon d' Autriche par le Sgr. de* BONAIR, *à Paris 1658. 12.*

§. XXII.

Alii ſunt, qui iura diuerſorum Regum atque rerumpublicarum adſtruere conati fuerunt. THEODORVS GRASWINCKELIVS quidem *libertatem Venetam, ſeu Venetorum, in ſe & ſuos imperantes iura,* contra auctorem Scrutinii libertatis Venetæ defendit, *Lugduni Batauorum 1634. 4.* Cum enim dictus auctor anonymus, de quo in bibliotheca hiſtorica pluribus dicemus, Venetorum libertatem in dubium vocaret, eandem defendere conatur Graswinckelius, licet ob veritatem hiſtoricam quoque notetur a Conringio. *De iuſtis prætenſionibus Galliarum Regis contra Imperium Romano-Germanicum* egit ANTONIVS AVBERY

L 4 gallicæ

gallice, *Pariſiis 1667. 12.* contra quem tamen alius edidit *L'Advocat condamné, ou la France & l'Allemagne defendue par la refutation du traitè d'Aubery 1669. 12.* Alius *Reginæ Chriſtianiſſimæ iura in Ducatum Brabantiæ atque alios principatus Hiſpaniæ* probare adgreſſus fuit; *1667. 12*, & qui ſunt ſimiles.

§. XXIII.

De *Ciue Reipublicæ* habemus ANSALDVM CEBAM, italice, *Geneuæ 1671. 8.* & CHRISTOPHORI BESOLDI dicurſus *de iure ordinibusque Ciuium, Argentorati 1641. 4.* *Ciuem Chriſtianum* deſcripſit IO. VALENTINVS ANDREÆ, ſ. *Peregrini quondam errantis Reſtitutiones, Argentorati 1619. 12.* THOMÆ HOBBESII *elementa de ciue*, quæ *Amſtelodami 1669. 12.* edita, ſatis ſunt nota. Aduerſarium tamen de eo nactus fuit ADRIANVM COCQVIVM, *Vltraiecti 1668. 12.* Elegantiſſimus eſt SAMVELIS PVFFENDORFII *de officio hominis & Ciuis* tractatus, in quo non ſolum officia hominis moralia, ſed etiam in Statu ciuili viuentis deſcribit.

§. XXIV.

Alia ſunt iura & mores aulicorum, conſiliariorum atque legatorum. *Aulicum* deſcribere tentauit CAROLVS SCRIBANIVS in *Politico Chriſtiano, Oſnabrugæ 1625. 8.*

*Au-*

*Aulicus Politicus diverſis regulis inſtructus, Hanouiæ 1569. 12.* & cum inſtitutionibus aulicis Euſebii Meiſneri, *Vratislauiæ 1672. 12. Traité de la Cour, ou inſtruction des Courtiſans, à Paris 1622. 8. quem librum* in germanicum idioma tranſtulit GEORGIVS PHILIPPVS HARSDOERFERVS, ſub titulo: *der kluge Hoffmann, Francofurti 1655. 8.* DVRI de PASCOLO, *aulicus politicus*, auctus per Eberhardum de Weihe, *Francofurti 1615. 4.* & qui ſunt ſcriptores ſimiles, quos ex parte iam ſuperiori capite §. XXV. adduximus; inter quos præcipuus eſt GRATIANI *l' homme de Cour.* Binos tamen hic addimus ſcriptores, præ cæteris æſtimandos. Alter eſt DANIEL EREMITA, Antwerpianus, qui *aulicæ vitæ ac ciuilis libros IV.* ſcripſit, qui cum aliis eiusdem opuſculis & præfatione Ioannis Georgii Græuii extant *Vltraiecti 1701. 8.* Hic enim in Belgio licet natus, in aula tamen Magni Florentiæ Ducis vixit, atque variis interfuit legationibus. Hoc autem tractatu elegantiſſimo docet, qua ratione Principis gratiam demereri, atque officia ſua tum erga Principem, tum erga priuatos exercere deceat; pleraque exemplis illuſtrantur atque iuſta ſermonis venuſtate explicantur. Commendant alii IOANNIS CASIMIRI KOLBII von WARTENBERG *väterliche In-*

*ſtruction an ſeine Kinder*, *Coloniæ ad Spreuum 1696. 4.* quæ multum in ſe habet monitorum neceſſariorum ad filios, ad veram pietatem, humilitatem atque obedientiam Deo & Superioribus præſtandam illos adhortans. Sed monita ſunt generalia, nobili ſeruanda, in omni potius vitæ genere, quam in aula. Conſiliarium Principum alii deſcribunt. Antiquiores qui illud egerunt, ſunt ADAMVS KELLERVS *de officiis iuridico-politicis*, *Conſtantiæ 1597. 4.* HIPPOLYTVS a LAPIDE in *homine Politico*; *ſ. Conſiliario & Officiario aulico hodierno*, *Amſtelodami 1665. 4.* HIPPOLYTVS a COLLIBVS in *Palatino*, *ſ. aulico*, qui cum notis Martini Naurathi prodiit *Francofurti 1670. 8.* vel, qui *Conſiliarium ex Tacito* format, ADAMVS SAMVEL FREYSTEIN, *Francofurti 1653. 12.* Sed parum hi, ob regulas generales & ſtatui noſtro haut accommodatas, proficient. Maiora atque magis vtilia præſtiterunt, qui per certa exempla futurum Conſiliarium inſtruunt. Egit illud GEORGIVS ACACIVS ENENCKEL in *Seiano ſuo*, qui *Argentorati 1602. 12.* prodiit, vbi ſub perſona atque hiſtoria Seiani, præpotentis ſub Tiberio miniſtri, artes politicas & fatum Cardinalis Cleſelli, ſub Matthia & Ferdinando Impp. deſcribit. Simile quid egit PETRVS

MAT-

MATTHÆI in *Miniſtro Status*, quem ex gallico in latinum ſermonem tranſtulit IOACHIMVS PASTRIVS, *Ienæ 1664. 8.* in quo Nicolai Neoulli, magni apud Gallus miniſtri, artes deſcribit. *Miniſterium Cardinalis Mazarini* cum obſeruationibus politicis prodiit *Francofurti 1652. 8.* Sic etiam *Miniſterium Cardinalis Richelii & Mazarini* comparatum extat cum obſeruationibus politicis, *Francofurti 1652. 8.* & *Breuiarium politicum iuxta rubricas Mazarini, Coloniæ 1691. 12.* Haut ita pridem quoque gallice prodiit *Teſtamentum Colberti*, poſtea germanice verſum. Licet in hiſce ſcriptis quoque hiſtoria & Status politicus regni Gallicani fuerint intermixta. *Cardinalis Ximenii præcipui apud Hiſpanos miniſtri hiſtoria* anglice extat *Londini 1669. 8.* Certe, ex hiſce multa haurient, quæ vel proſequantur, vel vitent, qui a miniſterio ſunt Principum, ſi modo ſemper cum iudicio fuerint adplicata. Quæ autem Principes obſeruare debeant in ſeligendis miniſtris, magno acumine docuit in ſymbolis ſuis Didacus Saavedra. Sunt autem inter hosce, qui de Statu & caſu Miniſtrorum in republica eminentium ſingulariter egerunt. Extat quidem WILHELMI SCHROETERI diſſertatio *de Miniſtriſſimo*, ſub Ol[illegible] præſidio, in

hac

hac academia primum habita, poſt vero *Magdeburgi* recuſa *1673. 8.* Gallico idiomate habemus *Hiſtoire des Miniſtres d' etat à Paris 1669. 12. 2. vol.* Cui tamen præferenda adhuc eſt *Hiſtoire des plus illuſtres Favoris, anciens & modernes recueillé par feu Mons P. D. P. à Leyden 1662. 12.* vbi ſingulorum hiſtoria & præcipua fata deſcribuntur. *De caſibus miniſtrorum in Republica eminentium* ſingularis extat diſſertatio ADAMI RECHENBERGII, *Lipſiæ 1678. 4.* Alias habentur *effets pernicieux des mechans Fauoris & grands Miniſtres d' eſtat, à la Haye 1653. 8.* Angliæ vero præcipui Miniſtri eleganter deſcribuntur in libro, cui titulus; *Seiani Angliæ a Reformationis tempore, eorundem prudentia, ſucceſſus, errores, incrementa, lapſus ſub regibus Henrico VIII. Eduardo VI. Regina Maria & Eliſabetha, Rege Iacobo & Carolo I. Angliæ Londini 1670. 8.* Sic etiam prodiit *Fauoriten Spiegel ſ. Ruhm und Fall des Conte Duca d' Oliuaretz Francfurt 1656. 12.* His adnectimus etiam, qui de legatis, atque legationibus egerunt. De *legationibus* habemus libros IV CONRADI BRVNI, *Moguntiæ 1548. f.* FRANCISCVM le VAYER *de legato, ſ. de legatione legatorumque priuilegiis, officio & iuribus, Pariſiis 1580. 4.* & cum aliis *Hanouiæ 1596. 4.* OCTAVIVM MAGIVM *de legationibus*

*bus & legatis, Venetiis* 1567. 8. IOANNEM a CHOCKIER, *Colon.* 1624. 4. HERMANNVM KIRCHNERVM, *Marpurgi* 1613. 4. CAROLVM BASHALEN, *Pariſiis* 1613. 4. Cæteris vero ſunt præferendi ALBERICVS GENTILIS, cuius tractatus *de legationibus Londini* 1585. 4. breuis eſt, ſed elegans. Sic etiam non contemnendus eſt FRIDERICVS de MARSELAER, *de legato, Antwerpiæ* 1624. 4. qui per regulas politicas talem deſcribit. Omnium tamen inſtar eſſe poteſt Dni de WICQVEFORT *L' Ambaſſadeur & de ſes fonctions, à la Haye* 1680. 4. quem poſtea in germanicum idioma tranſtulit IOANNES LEONHARDVS SAVTERVS, *Lipſiæ* 1682. 4. qui officia, iura & ſtatum legati ex iure ciuili, & publico, ſecundum conſuetudines etiam in aulis receptas, egregie deſcribit.

§. XXV.

Ad militarem ſtatum, quantum eſt politicæ conſiderationis, facit BERNARDINI ROCCÆ *diſcorſi de guerra. In Vinetia* 1582. 4. BALTHASAR AYALA *de iure, officiis bellicis ac diſciplina militari, Antwerpiæ* 1597. 8. LATZARI von SCHWENDI *Kriegs-Diſcurs von Beſtellung eines gantzen Kriegs-Weſen, Franckfurt* 1605. 8. &, quod præ-

cipuum GABRIELIS NAVDÆI *ſyntagma de ſtudio militari, Romæ 1649. 4.* in hoc enim pleraque, quæ ad ſtatum rei militaris faciunt, ex antiquioribus æque ac recentioribus congeſſit & multis exemplis illuſtrauit. Ex hoc ſyntagmate *bibliographiam tantum militarem* celeberrimus vir, præceptor olim venerandus, GEORGIVS SCHVBARTVS edi curauit *Ienæ 1683. 12.* ex qua plura hauriri poſſunt, de ſcriptoribus rei militaris. Pertinent huc etiam, qui de ſtratagematibus egerunt, quod ex antiquis egit SEXTVS IVLIVS FRONTINVS, qui Græcorum Romanorumque exempla varia adducit. Prodiit cum notis Roberti Keuchenii, *Amſtelodami 1661. 8.* Sic etiam extant POLYENI *Stratagematum libri VIII.* cum notis & emendationibus Iſaaci Caſauboni, *Lugduni Batauorum 1589. 12.* Eundem imitatus IO BAPTISTA BELLVS *polyenum Gallicum* ſcripſit *Toloſæ 1643. 12.* vbi ſoſum exempla ex hiſtoria Gallica petita recenſentur. De reliquis, quæ concernunt indictionem belli atque ius feciale, infra dicemus inter Scriptores iuris Gentium.

§. XXVI.

Sunt etiam, qui vitia politicorum deſcripſerunt. Prodiit olim Compendium politices nouum, ſub ſchemate *hominis politici*

*litici*, ex principiis Ieſuiticis deductum, quod tamen ſub titulo *Politici Scelerati* impugnauit CHRISTOPHORVS PELLERVS, *Noriberga 1669. 8.* Licet non deeſſent, qui, Pellerum ad ſcripti refutationem non ſatis inſtructum fuiſſe, vellent. CAROLVS de GROBENDONC librum edidit *de ortu & progreſſu Spiritus politici, & quo ille, niſi fortiter ei occurratur, ſit euaſurus, Praga 1616. f.* in hoc autem axiomata politica proponit, quibus fraudes politicæ inſiſtunt. Nec male huc refertur *Monarchia Solipſorum*, quæ ſub nomine LVCII CORNELII EVROPEI, ſeu, qui ſub eodem latere putatur, GABRIELIS BARIACI LERMÆI, prodiit, primum Venetiis, dein in Belgio recuſa, in qua Ieſuitarum artes, mores, ſtudia & ſtatus totius Societatis multa induſtria atque elegantia depingitur. De iisdem extat *La Morale pratique des Ieſuites, à Cologne 1669. 12.* atque THEOPHILI EVLALII *homo politicus & monita priuata S. I. Placentia 16'8. 12.* quæ prauas artes Ieſuitarum viuis coloribus depingunt.

§. XXVII.

Hic non male adnectentur, qui vulgo dici ſolent Monarchomachi, eo, quod Principum ſummorum maieſtatem impugnant. Talis fuit olim GEORGIVS BVCHA-

CHANANVS in libro ſuo *de iure regni apud Scotos*, in quo licet, prout titulus fert, de Scotis ſaltim agere videatur, odium tamen ſuum erga regiam poteſtatem in genere prodidit. Acceſſit eiusdem hiſtoriæ Scoticæ *Edinburgi 1583. f.* atque in Belgicum ſermonem translatus *Amſtelodami 1598. 4.* Reſpondet eidem GVILIELMVS BARCLAIVS, in tribus libris prioribus de regno & regali poteſtate, in reliquis tribus Brutum, Boucherium, aliosque refutat: prodierunt *Pariſiis 1600. 8.* Sanguinarius & crudeliſſimus liber eſt *de iuſta Reipublicæ Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos auctoritate, animaduerſione, iuſtiſſimaque Catholicorum ad Henricum Nauarraeum & quemcunque hæreticum a regno Galliæ repellendum confœderatione, Antwerpiæ 1592. 8.* in quo regem hæreticum non ſolum a regno hæreditario plane repelli poſſe contendit, ſed etiam licitam eſſe contra eum confœderationem. Auctorem libri faciunt GVILIELMVM GIFFORDVM vel GVILIELMVM ROSSÆVM. Henricus Ernſtius vero variarum obſeruationum libro II. c. XXXVI. IOANNI BOVCHERIO tribuit. Hic enim homo nefarius *de iuſta Henrici III. abdicatione e Francorum regno libros IV.* ſcripſit *Lugduni 1591. 8.* licet abdicatus non fuerit Henricus, multas autem

ſub-

Digitized by Google

ſubditorum rebellionis expertus. Cum autem tractatui nomen præmittere non dubitauerit, vix crediderim, ab vno auctore vtrosque tractatus eſſe, de eadem materia agentes. Priori autem libro *de reipublicæ Chriſtianæ* poteſtate diſſertationem oppoſuit IOANNES MEISNERVS *de tyrannicidio, Witteberga 1642. 4.* Eodem cum ſuperioribus fere tempore, prodierunt STEPHANI IVNII BRVTI *vindiciæ contra tyrannos, ſeu de Principis in populum, populique in Principem legitima poteſtate, Edinburgi 1579. 8. Francofurti ad Mænum 1608. 8.* & gallice *1581. 8.* in quibus populi iura nimium extolluntur. THEODORVM BEZAM voluit eſſe auctorem Ioannes Philippi, Anglus, in reſponſione ad apologiam Brammali p. 29. quare etiam editioni *Amſtelodamenſi 1660.* factæ, nomen Bezæ Bruti nomini eſt ſubiectum. Huic tamen abiudicat GISBERTVS VOETIVS in *diſquiſitione de auctore vindiciarum contra tyrannos, quæ ſub nomine Iunii Bruti, Celtæ, aliquoties typis edita ſunt, Amſtelodami 1661. 12.* quæ primum tecto nomine prodiit, poſt parti quartæ diſputationum ſelectarum fuit inſerta. Hic autem HVBERTO LANGVETO attribuit, cuius nomen editioni nouæ, poſt hanc diſquiſitionem editam, fuit præfixum.



Digitized by Google

Quem etiam plerique alias adgnoſcunt, licet vel FRANCISCI HOTTOMANNI vel PHILIPPI MORNÆI eſſe alii velint. Hunc tamen vltimum verum eſſe auctorem, editorem Ludouicum Villerium Loiſelerium, contendit Grotius. Contra hunc prodierunt anonymi *defenſes de la Monarchie Francoiſe contre le livre de Iunius Brutus.* Potiores partes in hac materia faciunt, qui in cauſſa regicidii Anglicani calamum exercuerunt, in qua ab vtraque parte ſcripta varia fuerunt edita. CLAVDIVS SALMASIVS primum tecto nomine ſcripſit *defenſionem regiam pro Carolo I.* quæ *1650. 12.* prodiit, idque ſine dubio, auſpiciis Caroli II. In hac totus in eo eſt, vt Anglos regicidas increpet, & demonſtret, parlamentum Anglicanum eſſe infra Regem. Reſpondet eidem, atque *defenſionem pro populo Anglicano* ſuſcepit IOANNES MILTONVS, in peculiari tractatu *Londini 1652. 12.* edito. Ad quam poſthuma CLAVDII SALMASII prodiit *reſponſio, Londini 1660. 8.* Certe, eruditione ſuperior erat Salmaſius Miltono, non æque iudicio pragmatico. Ad normam reipublicæ Romanæ, atque ex ſcriptoribus antiquis Angliæ ſtatum deducit, quod in ipſo Miltonus atque alii reprehendunt. Commune igitur de vtriusque eſt iudici-

dici-

Digitized by Google

dicium, quod Salmaſius rem optimam peſſime, Miltonus rem peſſimam optime defenderit. Id quod de ratione politica facile concedimus, cum alias magis erudita ſint Salmaſii, Miltoni vero ſpecioſa argumenta. Secundam poſtea *defenſionem pro populo* ſuſcepit Miltonus *contra tractatum anonymi, cuius titulus: regii ſanguinis clamor ad cœlum, aduerſus parricidas Anglicanos, Hagæ Comitum 1654. 12.* In hoc potiſſimum exemplis ex hiſtoria, præſertim Anglica, petitis docet, parlamentum eſſe ſupra Regem & imperii ſummam penes populum. Culpandus tamen potiſſimum eſt, quod Caroli I. Imperium dicat eſſe tyrannicum. Alias Miltono reſpondit in *apologia* ſua *pro rege & populo Anglicano contra Ioannem Miltonum, Antwerpiæ 1652. 12.* Hic autem potius iniurias in Miltonum euomuit, quam vt eius argumenta euertat. IOANNEM BRAMMALVM huius ſcripti auctorem facit, eius vitam deſcribit, eidemque reſpondet IOANNES PHILIPPI, Anglus, in *reſponſione ad apologiam anonymi cuiusdam tenebrionis, Londini 1652. 12.* Sed etiam hæc reſponſio plus iniuriis, quam argumentis atque rationibus, eſt referta. Idem Regicidium defendere conatur WILLIAM ALLEN in libro, quem inſcripſit: *traité politique, que tuer vn tyran, n' eſt pas vn meur-*

*tre, à Lyon 1658. 8.* id quod ex multis ſcriptoribus demonſtrare conatur. Alii tamen contra Miltonum & adſeclas egerunt. Prodiit enim *Carolus* I. *Britanniæ Rex a ſecuri & Miltoni calamo vindicatus, Dublini 1652. 12.* IACOBI SCHALLERI *diſſertatio ad quædam loca Miltoni, Argentorati 1652.* habita, poſt recuſa *Lugduni 1653. 4. Abbregé des derniers mouvemens de Angleterre, auec vn raiſonnement des droits du Roy que du Parlement, à Anuers 1651. 12. Examen Anglicum, exhibens quæſtiones politico-iuridicas maieſtatem non eſſe violandam, Rintelii 1653 4.* IO. CHRISTOPHORI NEANDRI *diſcurſus de Principum Poteſtatis ſummitate contra Regicidium Anglicanum. Francofurti 1661. 12.* GVILIELMI VRSINI de RIVO *vindiciæ pro capite Regis Angliæ contra rebelles parricidas, Hagæ Comitum 1649. 12.* & qui tractatus ſunt ſimiles. Inter hos optimum cenſeri debet CASPARIS ZIEGLERI *regicidium Anglicanum, Amſtelodami 1676. 12.* iura regia defendens. Referuntur etiam ad Monarchomachos BELLARMINVS in libro *de poteſtate eccleſiæ*, IOANNES ALTHVSIVS in *politica ſuccincta*, M. ZVERIVS BOXHORNIVS *in inſtitutionibus politicis*, DAVID PAREVS in *Commentario in epiſtolam ad Romanos*, vbi hanc opinionem defendit, quod magiſtratus inferior ſuperiorem

tem punire & bellis poſſit inuadere, atque ſcripta ſimilia. FRANCISCI HOTTOMANNI *Franco-galliam* huc vulgo referunt, cum tamen Hottomannus non contra Monarchiam ſummorum Imperantium in genere agat, ſed iura tantum Parlamenti in Gallia, quæ ſatis magna olim erant, defendat, quæ tamen legibus fundamentlibus atque obſeruantia erant fundata. Nouiſſimum ſcriptum eſt GERARDI von der MVLEN, *de ſanctitate ſummi Imperii Ciuilis, Traiecti 1689. 8.* quo multis, nec etiam infirmis argumentis probat, licere reſiſtere Monarchis, ſi poteſtate ſua abutantur.

## §. XXVIII.

Certorum ſcriptorum ſaltim politicam alii deſcribere adgreſſi ſunt. Ita CASPARIS FACII habemus *politicam Liuianam*, in qua Statum Reip. liberæ apud Romanos explicat, *Lipſiæ 1615. 4.* IOANNES HENRICVS BOECLERVS *diſſertationes politicas* edidit *ad ſelecta veterum hiſtoricorum loca*, quæ inſtitutionibus politicis eiusdem iunctæ ſunt. Eiusdem ſunt *characteres politici Velleiani, Argentorati 1642. 8.* in quibus potiora politica ex Velleio enodauit atque deduxit. Optandum omnino eſſet, vt ſingulorum Scriptorum tales extarent characte-



Digitized by Google

res. Addimus etiam illos, qui ex Tacito certa deduxerunt axiomata, de quibus iam ſupra fuit dictum.

§. XXIX.

Plures ſunt, qui obſeruationes qoliticas de variis negotiis ediderunt. Extant quidem *Reflections politiques par lesquelles on fait voir, que la perſecution des Reformés eſt contre les veritables interets de la France à Cologno 1686. 12. Reflexions ſur le proies de Paix, deſsé par la France, par l'auteur du ſalut de l'Europè 1698. 4.* atque ſcripta ſimilia, cum vix hodie de negotio alicuius momenii agatur, de quo non certæ edantur reflexiones.

§. XXX.

Generales ſunt *obſeruationes hiſtorico politicæ* MATTCIÆ BERNEGGERI, *Argentorati 1669. 8.* & MICHAELIS PICCARTI *ouſeruationum politicarum decades VI. priores atque poſteriores, Noribergæ 1651. 8.* Vtrique varia ex hiſtoricis, antiquis præſertim, politice conſiderarunt. NICOLAVS CELLERMONVS *diſſertationes politicas* ſcripſit, ſiue *diſcurſus in Q. Curtium &c. Baſileæ 1626. 8.* IOANNES PAVLVS FELWINGERVS *diſſertationes politicas, Norbergæ 1666. 8.* CHRISTCPHORVS HEIDMANNVS *diſſertationes politicas, Helmſtadii 1658. 8.* & ſimiles.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI.

Vltimo tandem loco addimus, qui de arte apodemica ſiue peregrinandi egerunt. Plures ſunt, qui in eadem materia fuerunt occupati. De *arte peregrinandi* libros duos habemus, *Lipſiæ 1691. 12.* & qui poſtea coniunctim editi fuerunt, *auctores varii de arte peregrinandi, Noribergæ 1591. 8. Hermetem politicum*, ſeu libros III. de prudentia peregrinatoria, edidit IVLIVS BELLVS, *Francofurti ad Menum 1608. 12.* olim ſatis æſtumatum, hodie parum vtilem, cum ipſe quidem, olim in aulis Principum verſatus, plane diuerſum ſtatum a noſtro viderit. IOANNIS HENRICI BOECLERI *diſſertatio de peregrinatione Germanici Cæſaris* inter diſſertationes eiusdem academicas extat. Sic etiam HERMANNVS CONRINGIVS *de prudentia peregrinandi* egit, *Francofurti 1672. 4.* IOANNES CONRADVS DIETERICVS *de peregrinatione ſtudioſorum*, *Marpurgi 1640. 4.* THEODORI ZWINGERI *methodus apodemica*, *Baſileæ 1577. 4.* ALBERTI MEYERI *methodus apodemica*, *Roſtochi 1591. 8.* GEORGII LOYSII *peruigilium Mercurii de virtutibus peregrinantium*, *Francofurti 1644. 12.* EDVARDI LEIGH *diſſertationes III. de peregrinatione & peregrinantium manuductione ad exteras gentes: de Moneta: de*

*menſum vnius loci ad alium*, quæ angliceæ fuerunt editæ. IOANNES PITSÆVS *de peregrinatione, Duſſeldorpi 1604. 8.* atque alii. Præferendus tamen ſingulis eſt liber egregius BAVDELOTI de DAIRVAL *de l' vtilité des voyages & de l' auantage que la recherche des antiqués procure aux ſcauans, à Paris 1686. 12.* qui rei litterariæ & antiquitatum quam maxime docet habere rationem. Hic tamen defectus hodie eſt, quod pro ſtatu noſtri temporis nullum adhuc habeamus ſcriptorem, qui rationem peregrinandi politicam vere deſcripſerit. Nec male tamen applicantur hic, qui exempla peregrinationum rite inſtitutarum deſcripſerunt. DANIEL EREMITA eleganti ſſime deſcripſit *Iter Germanicum*, quod ipſe cum Coloreto, Magni Ducis legato, ad Rudolphi II. Imper. aliorumque Germaniæ Principum aulas inſtituit in *epiſtola, ad equitem Camillum Guidum* hac de re ſcripta, licet in eadem acute nimis perſtringat quosdam Germaniæ Principes, aulasque. CONSTANTINI GERMANICI, ſiue, qui ſub hoc nomine latet, PHILIPPI ANDREÆ OLDENBVRGERI *epiſtola ad Iuſtum Sincerum, de peregrinationibus Germanorum recte inſtituendis, Coſmopoli* prodiit *1668. 12.* In hac ſane epiſtola perſtringit auctor omnes

Ger-

Germaniæ aulas, arcana detegit, vitia notat, etiam, quid boni habent, exponit, magna tamen libertate. De hoc itinerario LVDOVICVS VERONENSIS *relationem* ſcripſit *ad Ioannem Henricum Bœclerum*, in qua non ſolum ſingula adprobat, ſed plenius quandoque exponit. Cui tamen EVSEBIVS FüRSTENHOLD *examen* ſuum oppoſuit 1670. 12. STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS *in Hercule ſuo prodicio* Caroli, Cliuiæ Ducis vitam & peregrinationem in varias terras deſcripſit *Argentorati 1609. 8.* Quem poſtea ſecutus fuit IOANNES PAKENIVS, qui in *Hercule Prodicio rediuiuo* Ioannis Wilhelmi, Comitis Palatini Rheni, iter per Belgium, Angliam, Galliam atque Italiam deſcribit, *Colonia Agrippina 1695. 4.* Specialis eſt THOMAS ERPENIVS *de peregrinatione Gallica vtiliter inſtituenda, Lugduni Batauorum 1631. 12. De itinere ſtudioſi Theologiæ per Italiam* peculiari diſſertatione egit IOANNES FABRICIVS, *Altdorfi 1675. 4* Vt taceamus itineraria per diuerſas prouincias, quæ tamen conſiderationis ſunt vel hiſtoricæ, vel geographicæ.



Digitized by Google

# CAPVT OCTAVVM.

## DE SCRIPTORIBVS IVRIS NATVRÆ ET GENTIVM.

§. I. *Scriptores de hiſtoria Iuris Naturæ & Gentium.* §. II. *Editiones Grotianæ.* §. III. *Commentatores in Grotium.* §. IV. *Introductiones in Grotium.* §. V. *Reliqui ſcriptores, qui maiora ſyſtemata iuris naturæ ediderunt.* §. VI. *Scriptores, qui compendia Iuris Naturæ ediderunt.* §. VII. *Hobbeſius de Ciue, eiuſdemque aduerſarii & defenſores.* §. VIII. *Scriptores ſpeciales de iure naturæ.* §. IX. *Scriptores iuris Gentium.* §. X. *Scriptores de dominio maris.* §. XI. *Scriptores de iure belli.* §. XII. *Scriptores de iure legationum.*

§. I.

NAturæ & gentium iura veteres olim ex obſeruantia potius diiudicabant, quam ex ſcriptis. Quare non erit, quod miremur, in philo-

Digitized by Google

philoſophia antiquiori nihil reperiri, quod ad hanc partem ducamus. Ipſi tamen gentium mors placita quædam quaſi communi conſenſu recepta firmarunt. Spectant huc, qui *hiſtoriam iuris Naturæ & Gentium* dederunt. Talem habemus IOANNIS GRöNINGII, quæ præmiſſa eſt Puffendorffii tractauit de officio hominis & Ciuis, *Holmiæ 1701. 12.* nimium tamen breuis eſt, & in multis generalis, cum ad Moralia æque poſſit adplicari. Speciatim ad Jus naturæ facit IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *hiſtoria iuris naturalis* cum Vitriario *Halæ* edita *1701. 8.* ERICVS MAVRITIVS *in ſpecimine diſſertationum de principiis iuris publici*, quod *Tubingæ* prodiit *1665. 4.* variarum gentium & philoſophorum ſententias de iure naturæ explicat. Addimus IOANNIS IOACHIMI ZENTGRAVII *de origine, veritate & immutabilitate Iuris Naturalis* tractatum, *Argentorati 1678. 8.*

§. II.

Pater quaſi Scriptorum iuris Naturæ & gentium habetur HVGO GROTIVS, *qui de Iure Belli & Pacis* libros III. conſcripſit, quorum ob iudicii neruum, ingenii acumen atque exemplorum commode adductorum copiam æſtimatio eſt maxima, licet etiam in iisdem animaduertantur, non-

Digitized by Google

nonnulla, quæ vel non ſatis diſcuſſa, vel non ab omnibus adprobata. Inter editiones commodiores habenda eſt, quæ cum notis ad textum accommodatis Ioannem Friderici Gronouii prodiit *Amſtelodami* 168? in 8. Poſtea IOANNES CHRISTOPHORVS BECHMANNVS aliam procurauit cum propriis atque aliorum notis excerptis, *Francofurti ad Viadrum* 1691. 4. Hic enim in contrahendis excerpendisue aliorum notis haut æquum vbiuis exhibuit iudicium. Prodiit poſtea alia editio, cura GOTHOFREDI SPINÆI, *Lugduni Batauorum* 1696. 4. in qua continentur Ziegleri, Oſiandri atque Gronouii notæ, ſæpe tamen illæ ipſæ, quas excerpſit Becmannus. Hoc vero inſtitutum propter mortem auctoris, tantum vsque ad librum II. cap. IV. fuit perductum. IOANNES GEORGIVS SIMON in hac academia Grotium cum notis edidit, quæ tamen potius ex Scholaſticis & Moraliſtis fuerunt conſarcinatæ. Recentior & longe præſtantior eſt editio IOANNIS TESMARI & VLRICI OBRECHTI, quæ *Francofurti* 1696. *f.* prodiit. Teſtatus in hiſce fuit Teſmarus ingenii acumen, atque ſtyli elegantiam, multa quoque illuſtrauit ex antiquitatibus: Obrechtus vero multa ſolide decidit, licet quando-

que

que a Grotio diſſentiat. Addenda adhuc editio GERHARDI van der MVELEN, *Vltraiecti 1696. f.* in qua propria adnotata adiecit, potiorem tamen partem faciunt notæ Gronouii. In Gallicum ſermonem Grotium tranſtulit ANTONIVS CVRTINVS, *Hagæ Comitum 1688. 12.*

§. III.

Separatim vero alii in Grotium fuerunt commentati. Ex Iureconſultis egit illud CASPAR ZIEGLERVS, in Commentario ſuo, *Witteberge 1666. 8.* Eidem quidem contrarius eſt HENRICVS HENNINGVS in *obſeruationibus politicis & moralibus in Hugonem Grotium, Solisbaci 1673. 8.* ſed Zieglerum non bene intellexit vbique, quare etiam ab ipſo neglectus. In Ictorum numero quidem erat IOANNES a FELDE, licet quoque inter Philoſophos partem capiat. Hic *notata ad Grotium* dedit *Amſtelodami 1653. 12.* recuſa *Ienæ 1663. 12.* contra quem in *ſtricturis* ſuis diſputauit THEODORVS GRASWINCKELIVS, *Lugduni Batauorum 1654. 12.* reſpondit tamen in Ienenſi editione Feldenus. Ex Theologis illud egerunt ADAMVS OSIANDER, *Tubingæ 1679. 8.* & in hac academia VALENTINVS VELTHEMIVS. IOANNES HENRICVS BOECLERVS in integrum librum

brum primum & ſeptem capita libri ſecundi fuit commentatus, cuius æſtimatio apud eruditos eſt dubia, cum theoreticus magis fuerit Bœclerus, quam pragmaticus. Idem appendicis loco adiecit quinque diſſertationes ad illuſtranda quædam loca Grotii, primam *de eo, quod ciuitas egit*, alteram *de menſura pretii*, tertiam *de actione ingrati*, quartam *de milite captiuo*, quintam *de quiete in turbis, ſeu neutralitate*. Huc faciunt etiam VLRICI OBRECHTI *exercitationes de ratione belli, Argentorati 1675. 4.* Eiusdem *Sponſor pacis*. CHRISTIANI THOMASII diſſertationes *de ſponſione Caudina* atque *Numantina* ad illuſtrandum librum II. Grotii cap. XV. §. 16.

§. IV.

Introductiones in Grotium aliqui etiam dederunt. Qui tabulas volunt, habent IOANNIS PHILIPPI MVLLERI tabulas, vbi præmiſſa generalis facta dicitur ab ipſo Grotio, quam Matthias Biorenklovv Mullero vulgandam tradiderit, *Francofurti 1665. f.* Contractiores ſunt Boineburgianæ, quas Bœclerus Commentario ſuo adiecit. Grotium per quæſtiones proponit IANVS KLENCKIVS, qui *Inſtitutiones Iuris Naturæ & Gentium* ſcripſit *Amſtelodami 1665. 12.* Ienæ recuſas. Eiusdem breuitatis

tis eſt IOANNIS HENRICI SVICERI *compendium Grotianum, Tiguri 1682. 8.* IOANNIS GEORGII SIMONIS *Grotius erotematicus* paruæ eſt vtilitatis. Præferri tamen *ſingulis meretur* IOANNIS GEORGII KVLPISII *Collegium Grotianum*, in academia Gieſſenſi XV. exercitationibus inſtitutum, *Francofurti ad Mœnum 1682. 4.* In hoc autem, quæ obſcura videbantur apud Grotium, explicauit vberius, quæ autem prolixius dicta, excerpſit, vt veram inde habeamus introductionem Grotianam.

## §. V.

Grotium partim ſecuti, vel imitati fuerunt alii. IOANNES SELDENVS Grotii æmulatione ſuum conſcripſit *de iure naturæ & gentium* opus, iuxta diſciplinam Ebræorum, *Argentorati 1665. 4.* Hanc quidem, quam ſumſit, partem debite exhauſit, cum tamen non omnia iuris Naturæ placita ex Noachidarum præceptis deducere liceat, in reliquis labor erit ſufficiens, licet etiam aliena quædam, quæ ad ritus Ebræorum faciunt, intermiſcuerit. *Speciem iuris naturalis ſecundum diſciplinam Platonicam* debemus IOANNI IOACHIMO ZENTGRAFIO, *Argentorati 1679. 4.* Præ cæteris vero æſtimandi ſunt SAMVE-

LIS

Digitized by Google

LIS PVFFENDORFII *de Iure Naturæ & Gentium libri VIII.* qui primum *Lundini Scanorum* prodierunt 1672. 4. poſt aliquoties recuſi. In his enim Grotium & explanat & ſupplet, atque vbique egregium ſe præſtat. Aduerſarios quidem nactus fuit IOSVAM SCHWARTZIVM & NICOLAVM BECMANNVM, qui in *indice Nouitatum* Puffendorfium tanquam orthodoxæ fidei contrarium fingunt, quibus tamen in *apologia pro ſe & libro ſuo* reſpondet. Secuti hoſce ſunt Schertzerus, Lyſerus, Velthemius, Geſenius, Warenbergius, Alberti, Strimeſius, Zentgrauius, quibus tamen in *diſſertationibus academicis, ſpecimine Controuerſiarum, & eride Scandica* ſolide reſpondet. Quæ ſcripta polemica vltimæ eiuſdem editioni fuerunt adiecta. Quid Boineburgio Baroni de concionando iurispruden tiæ perpetuæ & Naturalis corpore in votifuerit, & quid iſta in re actum fuerit, exſponit Gröningius in hiſtoria iuris naturæ §. XXIII. p. m. 33. Quantum vero ad intelligendum melius Grotium Puffendorffius, tantum ad hunc melius explicandum CHRISTIANVS THOMASIVS facit. Huius enim *inſtitutiones iurisprudentiæ diuinæ* ex noua eademque auctiori editione prodierunt *Halæ* 1702. 4. Hæc autem editio in mul-

Digitized by Google

multis non ſolum immutata fuit a priori, ſed etiam notis atque adlegatis adaucta. Licet nunc nouam eandemque denuo immutatam editionem meditetur celeberrimus auctor.

§. VI.

Prima iuris naturæ & gentium principia dedit GVILIELMVS GROTIVS in *enchiridio ſuo*, quod cum notis Georgii Götzii editum eſt *Ienæ 1675. 12.* Generalia enim tantum ſunt, quæ tractat, atque imperfecta, cum non niſi de moribus & contractuum iuribus agat. Male igitur epitome dicitur operis fraterni de iure belli & pacis. *Inſtitutiones iuris naturæ* ex doctrina morali dedit IOANNES EISENHARTVS, *Helmſtadii 1644. 4.* RICHARDI ZOVCHÆI *elementa Iurisprudentiæ, Hagæ 1665. 12.* multas quæſtiones iuris naturalis cum iure ciuili miſcent. Addi poteſt VITI LVDOVICI a SECKENDORF *Entwurff von dem allgemeinen natürlichen Recht*, quod ſchediaſma habetur inter Orationes Germanicas num 50. p. 435. Nec male huc refertur VLRICI HVBERI *de iure Ciuitatis* tractatus elegantiſſimus, multa doctrina refertus, quem ex editione auctiori habemus *Franeckeræ 1684. 8.* SAMVELIS PVFENDORFII *elementa iuris-*

 *pruden-*

*riſprudentia Ienæ* prodierunt *1669. 8. in* quibus per demonſtrationes mathematicas progreditur, acceſſit in Ienenſi editione ſphæra moralis, quæ tamen Puffendorffium auctorem non adgnoſcit. Præferendus eiusdem eſt *de Officio Hominis & Ciuis* tractatus, iuxta legem naturalem, ex editione ſeptima atque vltima, *Holmiæ 1701. 12.* in quo principia moralia atque iuris naturæ coniungit & breuiter quidem, ſed neruoſe atque accurate exponit. Non male iunguntur IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *fundamenta iuris naturæ & gentium*, quæ in philoſophia eiusdem practica continentur.

§. VII.

Inter reliquos haut male huc referuntur THOMÆ HOBBESII *elementa de Ciue*. Hic, licet ius Naturæ & Gentium pro vno eodemque habeat, & multa proponat, non ab omnibus adprobata, de ſummo Imperio tamen haut perperam agit. Varios autem Hobbeſii dogmata habuerunt cenſores. GISBERTVS COCQVIVS quidem *vindicias* ſcripſit *pro lege & imperio contra Hobbeſium, Vltraiecti 1661. 12.* IOANNES TEMPLERVS *ideam Theologiæ Leuiathanis Londini 1673. 8.* SETHVS WARDVS *exercitationes epiſtolicas in Hobbii philoſophiam*,

*Oxo-*

*Oxonii 1656. 8.* RICHARDVS CVMBERLAND quoque *de legibus naturæ* eiusdem elementa philoſophiæ cum moralis, tum ciuilis, refutauit, *Londini 1674. 4.* SAMUEL STRIMESIUS, *praxiologiam apodicticam* edidit, *ſeu philoſophiam moralem demonſtratiuam, pythanologiæ Hobbeſianæ oppoſitam, Francofurti ad Viadrum 1677. 4.* Defenſores tamen nactus fuit varios. Inter hos eſt LAMBERTVS VELTHVYSEN, cuius *de principiis iuſti ac decori* liber ab initio ſine nomine prodiit *Amſtelodami 1651. 12.* poſteriores vero editiones nomen aperte præferunt. In hoc autem totus eſt in defendendo Hobbeſii libro de Ciue. Idem quoque ſcripſit tractatum *de iuſtitia diuina & humana. Vltraiecti 1664. 12.* in quo neceſſitatem ſatisfactionis Chriſti & Ius Chriſtianorum belli gerendi adſtruit.

§. VII.

Reſtant adhuc, qui ſpeciales quaſdam materias illuſtrant. HVGO de ROY tres libros ſcripſit *de eo, quod iuſtum eſt*, recuſos *Ienæ 1670. 12.* quibus philoſophiam, Iurisprudentiam atque Theologiam coniungi debere docet. IOANNIS LVDOVICI PRASCHII, viri doctiſſimi, extant tractatus quidam ſpeciales *de lege caritatis*,

*de naturali poteſtate in liberos*, *amplitudine iuris Socialis*, *odio religionis*, *bono Ciue*, quæ eleganter elaboratæ. De *fide hæreticis ſeruanda* optime ſcripſit IACOBVS SCHVLTESIVS.

§. IX.

Non defuere, qui, perpetuo nexu Ius Naturæ & Gentium ita inter ſe copulata eſſe, dicerent, vt haut facile poſſint ſeiungi. Separanda tamen eſſe ea, quæ natura ſunt turpia, à moribus atque inſtitutis gentium, alii iudicarunt. De hoc diſcrimine agit IOACHIMVS ZENTGRAF articulo VIII. *de iure naturali ſecundum diſciplinam Chriſtianorum*, *Argentorati 1678. 4.* Eiusdem eſt *diſquiſitio de origine*, *veritate & obligatione iuris Gentium*, *Argentorati 1684. 4.* ADAMI TRIBECHOVII elegans eſt diſſertatio *de philoſophia Morum inter Barbaros orientales*, *Kiloni 1666. 4.* IOANNIS WOLFGANGI TEXTORIS *ſynopſis Iuris Gentium*, *Baſileæ 1680. 4.* edita, admodum perſpicua eſt. DAVIDIS MEVII quoque extat *prodromus iuris gentium communis*, *Stralſundæ 1680. 8.* qui etiam ſuam laudem habet, licet plenius Opus, quod promiſerat, non fuerit inſecutum.

§. X.

Initio ſuperioris ſeculi notabilis hæc con-

controuerſia fuit de eo, an mare haberi poſſit in dominio. Controuerſia agebatur inter Belgas atque Britannos, ratione maris Britannici, cuius vſum liberum eſſe volebant Belgæ, ſibi vindicantibus Britannis. Ciuium ſuorum cauſſam defendit HVGO GROTIVS *in mari libero, Francofurti 1609. 12.* edito poſt *1669.* recuſo. Infirmiora videbantur, quæ a Grotio dicta, dum iuuenis adhuc eſſet, multum tamen in iisdem refutandis occupatus fuit IOANNES SELDENVS *in mari clauſo, Londini 1636. 4.* Seldeno ſe oppoſuit IOANNES ISAACIVS PONTANVS, *diſcuſſionum hiſtoricarum libris II. Harderuici 1637. 8.* Latius vero ſerpſit hæc controuerſia, atque ad alia quoque materia deducta fuit. SERAPHINVS de FREITAS quidem egit *de iuſto Imperio Luſitanorum Aſiatico aduerſus Grotii mare liberum, Pinciæ 1625. 4.* *De Dominio reipublicæ Genuenſis in mari Liguſtico* egit PETRVS BAPTISTA BVRGVS, *Romæ 1641. 4.* IVLIVS PACIVS, *diſceptationem* edidit *inter Regem Hiſpaniæ ob regnum Neapolitanum de dominio Maris Adriatici & inter Rempublicam Venetam, Lugduni 1614. 8.* Sic etiam Seldeni ſententiam fouet GVILIELMVS WELWOD *de dominio Maris, dominiique iuribus, Hagæ 1653. 4.* Huic tamen. Burgo & Wel-

N 3 wodo

wodo reſpondet THEODORVS GRASWINKELIVS *in vindiciis maris liberi*, *Hagæ 1653. 4.* Venetorum iura in mari Adriatico alias defendit IOANNES BALATIVS *in Leone Maritimo*, *ſeu de dominio Maris*, *Venetiis 1663. 12.* IOACHIMVS HAGEMEIERVS *de Imperio maris* variorum congeſſit diſſertationes: *Francofurti 1663. 12.* Alios de iure maritimo explicauimus in bibliotheca Iuris p. III.

§. XI.

De iuribus belli agit ADAMVS PISETZCRY *in faſciculo diſſertationum de indictione belli per feciales*, *de bello*, *de induciis & armiſtitiis*, *de victoria*, *pace & fœderibus*, *Francofurti 1672. 12.* Accuratior tamen eſt RICHARDI ZOVCHAEI *iuris & iudicii fecialis*, *ſiue iuris inter gentes explicatio*, *Lugduni Batauorum 1651. 12.* in qua præter iura belli generalem quoque iuris gentium rationem exponit. ALBERICVS GENTILIS libris duobus *de armis Romanis*, *Hannouiæ 1612. 8.* eadem ab iniuſtitiæ culpa vindicare conatur.

§. XII.

Vltimo loco dicendum erit de legatis & legationum iuribus, in quantum ſunt conſiderationis iuris Gentium. Faciunt huc *Selecta ex libris Polybii de legationibus*, *cum*

*cum notis Fulvii Vrſini, Antwerpiæ 1582. 4.* Secutus hunc fuit DAVID HOESCHELIVS, qui *eclogas legationum diuerſorum auctorum* congeſſit, *Auguſtæ Vindelicorum 1602. 4.* DEXIPPI atque EVNAPII *excerpta de legationibus* extant græce & latine cum notis Henrici Valeſii, *Pariſiis 1648. 4.* Elegans eſt tractatus ALBERICI GENTILIS *de legationibus, Londini 1585. 4.* & quæ ſcripta ſunt alia, de quibus partim capite ſuperiore inter politicas aliqua diximus. Nec omittendus eſt RICHARDI ZOVCHÆI *de legati delinquentis iudice competente libellus, & quæſtio vetus ac noua: an legatum, aduerſus Principem vel rempublicam, ad quam miſſus eſt, delinquentem ſaluo iure gentium capere liceat, Argentorati ac Pariſiis* initio ſuperioris ſeculi edita & *Coloniæ ad Spreuum 1669. 4.* recuſa. Vt taceam ſcriptores alios, quos ſupra iam dudum inter politicos memorauimus.



Digitized by Google

# CAPVT NONVM ET VLTIMVM.

## DE

## SCRIPTORIBVS OECONOMICIS, LEXICIS PHILOSOPHICIS ATQVE ALIIS MISCELLANEIS.

*§. I. Scriptores œconomici. §. II. Scriptores, qui lexica Philoſophica ediderunt. §. III. Scriptores, qui diſſertationes philoſophicas coniunctim ediderunt. §. IV. Scriptores miſcellanei philoſophici.*

§. I.

PArtem olim philoſophiæ faciebat disciplina oeconomica, idque ideo, quia ARISTOTELES eandem ſimul comprehenderat. Extat quidem eiusdem *œconomica, ſi de rebus domeſticis*, græce *Francofurti* 1587. 4. ex verſione latina & cum adnotationibus Iacobi Ludouici, *Pariſiis* 1644. 4. &

4. & cum notis Leonardi Aretini, *Pariſiis 1529. f.* In eandem quoque commentatus fuit IOACHIMVS CAMERARIVS, *Francofurti 1583. 8.* Ex ejusdem principiis *œconomiam* ſuam inſtruxit GVALTERVS DONALDSONVS & BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS, *Hanovia 1607. 2.* Sed, cum ſaniores bene perſpicerent, œconomiam non tam regulis addiſci, quam praxi, eandem in academiis non amplius tractarunt. Præferenda itaque eſt ANDREÆ GLORETZII *Haus- und Land-Bibliothec, Regenſpurg 1670. f.* Item *1700.* & præcipue WOLF HELMHARDT, Herrn von HOHBVRG, *Georgica curioſa* aucta. *d. i. Bericht und Unterricht von Adelichen Land- und Feld-Leben, auf alle in Teutſchland übliche Land- und Haus- Wirthſchafften gerichtet, Nürnberg 1687. f.* licet eiusdem præſcripta œconomica magis ad terras Auſtriacas adplicari poſſint, quam ad alias. Nuper etiam prodiit *Schleſiſches Wirthſchaffts-Buch, Vratislauiæ 1703. 8.* & quod ad eiusdem imitationem promiſſum eſt, *Sächſiſches Wirthſchaffts-Buch.*

§. II.

Alios habemus, qui lexica Philoſophica compoſuerunt. IOANNES HENRICVS ALSTEDIVS quidem *compendium*

*Lexici*

*Lexici Philoſophici* edidit *Herbornæ 1626. 8.* NICOLAVS BVRCHARDVS ſcripſit *repertorium Philoſophicum, Lipſiæ 1610. 8.* HENRICVS VOLCKMARVS *dictionarium Philoſophicum, Gieſſæ 1676. 8.* PETRVS GODARTIVS *lexicon & ſummam Philoſophiæ, Pariſiis 1666. 8.* Cæteris præferuntur IOANNIS MICRÆLII *lexicon Philoſophicum Stettini 1663. 4.* & RVDOLPHI GOCLENII *lexicon Philoſophicum Pariſiis 1633. 4.* Sed iſti tantum ad barbaros philoſophiæ terminos explicandos faciunt. Maiorem fidem atque eruditionem reperimus in STEPHANI CHAVVINI *Lexico Rationali*, ſeu *Theſauro Philoſophico, ordine alphabetico digeſto*, in quo vocabula omnia Philoſophica, variasque illorum acceptationes cum placitis veterum atque recentiorum exponit, *Roterodami 1692. f.*

§. II.

Diſputationum philoſophicarum ingens eſt numerus. ANDREAS MATTHIAS AQVAVIVIVS libros IV. *diſputationum illuſtrium* congeſſit, *Francofurti 1609. 4.* GVILIELMI VRSINI extant *diſputationum Philoſophicarum partes II. Francofurti 1603. 8.* MICHAELIS WATSONII *diſputationes philoſophicæ, Bremæ 1658. 12.* ADRIANI HEEREBOODI *diſputationes ſelectæ ex philoſophia,*

*Lugdu-*

*Lugduni Batauorum 1650. 12.* & , quæ in hac academia olim habitæ, IOANNIS CHRIST-FRIEDI SAGITTARII *diſputationes academicæ, Altenburgi 1670. 4.* atque PAVLI SLEVOGTI *Ienæ 1675. 4.* vt alias taceam.

## §. IV.

Hæc igitur pro ingenii noſtri modo ex multis delibaſſe ſat erit. Condonabit B. L. ſicubi erratum fuerit: nec enim philoſophum me profiteor. Condonabunt alii, de quorum ſcriptis non ſemper cum laude dictum fuit, atque eandem erga me exerceant cenſuram: neque enim aliud rei litterariæ poſtulat, quam ut libere dicamus, quod ſentimus, ſi modo abſit omnis pruritus vel acrimonia. Condonabunt æque alii, quorum ſcripta omnino ad hanc bibliothecam referri debuiſſent, quæ tamen ſunt omiſſa, cum hominis non ſit, omnes noſſe libros. Nihil nobis tribuimus, niſi errata, reliqua DEO, rerum auctori.

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX AVCTORVM.

A

Abbadie *Jacobus* 100
Acciaiolus *Donatus* 109. 137
Adami *Melchior* 7
Æſchacius *Major* 124
Æſopus 104
Ævolus *Cæſar* 28
Agricola *Georg* 87
de Aguirre *Joſeph Saenz.* 113
Adidius *Andreas* 110
Albertus *Magnus* 16
Albertus *Valent.* 54
Alcinous 11
Aldrovandus *Ulyſſes* 80. 82. 91
Mr. Aleaume 121
Alexander *Ammon.* 13
Alexander *Halenſis* 16
Aletophilus 157
Allatius *Leo* 52. 103
Allen *William* 179
Alſtedius *Joh.Henr.* 21 201
Althuſius *Joh.* 140. 180
Ambœſius *Franciſc.* 15
Ambroſius 43
Amerpoel *Joh.* 28
Ammiratus *Scipio* 140
Ammonius Alexandrinus 13
Andreæ *Jo. Val.* 168
Andreæ *Samuel* 31
Andreæ *Tobias* 56
Antoninus *M.Aur.* 25
Aphrodiſæus *Alexand.* 13
Apollonius *Guilielm.* 164
Apoſtolius *Mich.* 118
Aquavivius *And.Mat.* 202
Aquilanus *Scipio* 40

):( de

de Aquino *Thom.* 17. 67. 108. 137
Arbiter *Petronius* 22
Aredinus *Leonhard* 51. 137
Argyrophilus *Joh.* 107
Ariſtoteles 13. 80. 106. 136. 200.
Arndius *Joh.* 34
Arndius *Joſua* 158
Arniſæus *Henning.* 141
Arnoldus *Chriſtoph.* 23
de Arriaga *Rodericus* 21
Aſpaſius 107
Auberius 108. 121. 167.
Averröes 114
Avicenna 24
d'Avitus *Petrus* 162
Authæus *Phil. Ludov.* 155
Ayala *Balthaſ.* 173
Azorius *Joh.* 110

B

Baccius *Andreas* 87
Bailletus *Adrian* 55
Bandinus 15
Bannes *Dominicus* 20
Barba *Alonſus* 88
Barclaius *Guil.* 176
Barclaius *Joh.* 123. 157.
Barlow *Wilhelm* 88
Barovius *Alphonſius* 67
Bartoli *Dan.* 131
Baſilius Imperator 149
Becmannus *Joh. Chriſtoph* 141. 188
Becmannus *Nicol.* 192
Becherus *Joh. Jac.* 77. 153
Bechmannus *Friedem.* 61
Bekkerus *Balthaſ.* 192
Bellarminus 180
de Bellegarde 127
Bellermonus *Nic.* 128
Bellovacenſis *Vincent* 18
Bellus *Joh. Baptiſt.* 174
Bellus *Julius* 159. 183
Bernardinus *Didac.* 153
Berigardus *Claudius* 53
Berckelius *Abrah.* 24
Bernartius *Joh.* 108
Berneggerus *Matth.* 181
Bernier *Franc.* 72
Bernius *Franc.* 26
Bernoullius *Jacob.* 83
Bertaltus *Philippus* 26
Beſoldus *Chriſtoph.* 141. 144. 168
Baſſarion 12
à Beughem *Cornel.* 134
Beurhuſius *Frid.* 56

Digitized by Google

Beza *Theodorus* 177
Bidermannus *Iacob*. 153
Biörenklow *Matth* 190
Bircherodius *Ianus* 84
Biſſæus *Eduardus* 43
Biſſelius *Iob.* 155.
Blankardus *Steph.* 82
Blondellus *David* 165
Blount *Carolus* 99
Boccalinus *Trajan.* 139
156
Bochardus *Sam.* 81
Bodinus *Henricus* 156
Bœclerus *Iob Heinr.* 128
135. 140. 142. 145.
181. 183. 189.
Boëmus *Iob.* 122
Boethius *Seruerius Anicius Manlius* 108. 67
Boëmius *Iacob.* 34
Bulduanus *Paul.* 2
de Bonair 167
Bonanus *Phil.* 91
Bonavendura *Frid.* 166
Bonauentura *Iob.* 18
Bonetus *Theoph.* 72
Bonfinius *Anton.* 5
Bontekœ *Corn.* 71. 141.
Borellus *Petr.* 55
Bornitius *Iacob.* 155.
Borri *Ioſeph. Franc* 38
Boſius *Iohan Andre.* 134
135. 158
Boterus *Ioh.* 159. 166
Boucherius *Ioh.* 178
Bovillus *Carol* 118
Boulduccius *Iacob* 43
Boxhornius *Marc Zuerius* 142. 180
Boyle *Robertus* 73
Bozius *Thom.* 147. 155
Bradwardinus *Thom* 19
Brammalus *Iob.* 179
Braſſicanus *Io. Alex.* 118
Breerewoodus *Eduart* 110. 163.
Brianus *Hieron.* 15
Bricoth *Thom.* 19
Britanicus *Mercurius* 153
Broſcius *Iob.* 34
Brunus *Conrad* 172
Bruningus *Chriſti* 43
Bruthus *Steph. Iuni.* 177
Bruningus *Chriſt.* 43
Brutus *Steph Iunius* 177
de la Bruyere 121
Bruyn *Iob.* 85
Buchannus *Georg.* 176
Buchnerus *Aug.* 123. 134
Bodœus *Guil.* 58. 153
Buddeus *Iob. Franc.* 19
36.

)( 2

36.38.42.46. 52.
58.66.99.103.115
125.147.187. 194
Burchardus *Nicol.* 202
Burgonouenſis *Ar-changelus* 30
Burgus *Pet.Bapt.* 197
Buridanus *Joh.* 137
Burlæus *Gualt.* 5.110
Burnetus *Thom.* 84
Baſtamantinus *Joh.* 81

C

de Cabalis 92
Cæſalpinus *Andr.* 83
Cæſar *Joh.* 124
Cæſenas *Michael* 19
Cæſius *Bernard.* 87
Cajetanus *Thom.* 17.19
Gaimus *Pompejus* 154
Calcagninus *Cœlius.* 46.137
Callyus *Petr.* 107
Galovius *Abrah.* 65
Camerarius *Joach.* 8. 105.109.138.201
Campanella *Thom.* 66 153
Canterius *Joh.* 26
Cantabrigenſis *Thom.* 137
Capnio 30
Capreolus *Joh.* 20
Caracciolus *Lud.* 144
Cardanus *Hieron.* 129
Carpzovius *Joh. Benedict.* 165
Carleſius *Renatus* 35.71 76.114
Caſalius *Joh. Bapt.* 46
Caſaubonus *Iſaac.* 3. 10.13.27. 108.121
Caſaubonus *Meric.* 25
Caſtilio *Balth.* 128
de Caſtro-Palao *Ferd.* 110
Caurianus *Phil.* 139
Cauſinus *Nic.* 46.165
Ceba *Anſaldus* 168
Cebes *Thebanus* 24
Cellarius *Balth.* 104
Mr.deChambre116 122
Charpenterius *Jacob.* 52. 103
Chaunutus 55
Chauvinus *Petrus* 98
Chauvinus *Steph.* 202
Chelidonius *Bened.* 15
de Cherbury *Ed Herb.*
Chiffletius *Joh.Jac.* 52
à Chockier *Jo.* 143.173
Chytræus *David* 40
Cicero *M. T.* 180.138

Cirellus

Digitized by Google

Cirellus ſ. Crellus *Joh.* 126
à Clair *Robert.* 84
Clapmarus *Arnold.* 156
Claramontius *Scipio* 122. 166
Claſenius *Dan.* 141. 163
Claubergius *Joh.* 35. 61. 68. 97
Clemens *Claudius* 47
Clericus *Joh.* 36. 42. 63. 66. 68. 75. 92. 114
Cluverus *Phil.* 49
Cocquius *Adrian.* 126. 168
Cocquius *Gisbert.* 194
Cognatus *Marſil.* 118
Colberg *Ehregott Dan.* 45. 52
Colerus *Chriſtoph.* 135
à Collibus *Hippol.* 170
Comitolus *Paulus* 130
Confutius 44
Conringius *Herm.* 70. 107. 133. 137. 160. 183
Contzenus *Adam.* 152
Cordemoy 77
Corte *Barthol.* 78
Cottonus *Carol.* 25
Craanen *Theodor.* 79
Cragius *Nicol.* 162
Crellus *Joh.* 126
Creſcentius *Deſid.* 156
Cumberland *Richard.* 57. 195
Curtinus *Anton.* 189
Cypriani *Joh.* 82

D

de Dairval *Baudelotus* 184
van Dale *Anton.* 94
Danæus *Lambertus* 125. 143
Dandinus *Hieron.* 125
Dannhauerus *Joh. Conrad.* 67
Mr. Dedu 82
Demophilus 27
Dexippus 199
Diana *Anton.* 120
Dietericus *Jo. Conr.* 183
Donaldſonus *Gu.* 194. 104. 200
Draudius *Georg* 2
Dreier *Chriſtian* 65
Duncan *Daniel* 78
Durandus *Guil.* 18
Duri de Paſcolo 169
Durrius *Joh. Conr.* 50. 59. 113. 119
M. F. Dyrois 98

E
Ebelius *Caſp.* 65
Egnatius *Io. Bapt.* 120
Eichelius *Ioh.* 127
Eiſenhartus *Io.* 112. 193
Empiricus *Sextus* 23
Enenckel *Georg. Acacius* 170
Ens *Caſpar.* 159
Epheſius *Michael* 14. 107
Epictetus 24
Eraſmus Roterod. 118. 127. 153. 159
Erckerus *Lazarus* 88
Eremita *Dan.* 169. 184
Ereſius *Theophraſt.* 81. 108
Erneſtus *Io. Henr.* 126
Ernſtius *Henr.* 68
Erpenius *Thom.* 185
Etyhæreus *Janus Nicius* 120. 153
d'Eſpagnet *Ioh.* 77
Eudemius *Rhodius* 107
Eulalius *Theoph.* 175
Eunapius 39. 199
Euremont 131
Europæus *Lucius Corn.* 175
Euſebius 95
Euſtratius 107
Exnerus *Balthaſ.* 119
F
Faber *Anton.* 163
Faber *Honoratus* 75
Faber *Iacob.* 112
Faber *Tanaquillus* 21
Fabricius *Ioh.* 185
Fabricius *Ioh. Alb.* 106
Fabricius *Ioh. Lud.* 98
Facius *Caſpar.* 181
Faernus *Gabr.* 105
Faventinus *Valer.* 86
Fauquettus *Nicol.* 104
Faydit *Abbas* 151
à Felden *Ioh.* 136. 189
Felicianus *Ioh. Bernh.* 107
Felwingerus *Ioh. Phil.* 182
Fenelon 150
Ferrarienſis *Franc.* 17
Ficinus *Marſil.* 6. 10. 11
Fillucius *Franc.* 130
Flaminius *Joh. Ant.* 40
Flut *Robert.* 28
Follinus *Herm.* 122
Fonſeca *Petrus* 66
Forſterus *Chriſt.* 140
de la Forge *Ludov.* 35
Foxius *Sep.* 11. 12. 58. 144
Frachetra

Digitized by Google

Frachetta *Hieron.* 166
de Franchenberg. *Fr. Leutholff.* 161
Francius *Wolffg.* 81
Freinshemius *Ioh.* 106. 142
de Freitas *Seraphin* 197
Frey *Ianus Cæcil.* 49
Freyſtein *Adam. Sam.* 170
Fricius *Andr.* 152
Friſius *Ioh. Iac.* 2
Fritſchius *Ahasv.* 163
Fromondus *Liber.* 85
Frontinus *Sextus Iul.* 174
Fulgoſius *Baptiſt.* 119
Funccius *Chriſti.* 160
Fürſtenhold *Euſeb.* 185

G

Gallardus *Iuſtus* 120
Gale *Th.* 10, 27. 46. 50
Galenus 54. 121
Gaſſendus *Pet.* 7. 23. 53. 72
Gatakerus *Thom.* 25
Gaudentius *Paganin.* 28. 40. 140
Gentilis *Albericus* 173. 198. 199
Gentilletus *Innoc.* 146
Gentius *Georg.* 44
Gerhardus *Io. And.* 145
Germanicus *Conſt.* 184
Geſnerus *Conrad.* 25, 80. 82
Geulinx *Arnold.* 71. 114
Gifanius *Obertus.* 109. 136. 138
Giffordus *Guil.* 176
Giſelinus *Victor.* 118
Glanville *Ioſeph.* 24
Gloretzius *Andr.* 201
Goclenius *Rudolph.* 13. 202
Godartius *Petrus* 202
Goezius *Georg.* 193
Goldaſtus *Melch.* 59
Gonſalus *Ioſeph. Ant.* 24
Gothofredus *Ioh. Lud.* 161
Goulartius *Simon.* 102
Græbnerus *David* 79
Grævius *Ioh. Georg.* 108. 169
Grammaticus *Ioh.* 14
Granatenſis *Ludov.* 97
le Grand *Ant.* 35. 61. 71. 72. 81
Graswinckelius *Th.* 163. 189. 1[illegible]



Digitized by Google

Gratianus *Balt.* 129. 169
Gravius *Abrah.* 41
Gregorius *Petrus* 152
Grew *Nehem.* 83. 91
de Grobendonc. *Car.* 175
Groningius *Joh.* 187
Gronovius *Joh. Fridr.* 24
Grosſerus *Sam.* 64
Grotius *Guil.* 931
Grotius *Hugo* 94. 103. 135. 165. 187. 197
Gruterus *Janus* 2
Guarinus *Veronenſis* 6
Guevara *Ant.* 145. 150
Guibelletus *Jord.* 124
Guiletus *Franc.* 106
Guilielmus *Dominicus* 85
Gilinus 119
Gyraldus *Lilius Greg.* 26

H

Hachenbergius *Paul.* 49. 61. 65. 97
Hackſpanus *Theod.* 19
Hagemeier. *Joach.* 198
Halenſis *Alexand.* 16
Hall *Joſeph.* 104
Hambergerus *Georg. Alb.* 85
du Hamel *Jo. Bapt.* 74
de Harlag *Achill.* 139
Harsdorferus *Georg. Phil.* 76. 169
Harthaccius *Dan.* 23
Hartſoecker *Nic.* 75
Harvæus *Guil.* 69
Hauenreuter *Joh. Lud.* 71
Hebenſtreit *Joh. Paul.* 61. 65. 97
Heerebodus *Adrianus* 202
Heerebood *Anton.* 92
Heidmannus *Chriſt.* 182
Heinſius *Daniel.* 51. 107. 108. 118. 136
Helmhard von Hochburg Wolff 201
Helmontius *Franciſc. Merc.* 68
Helmontius *Jo. Bapt.* 34. 77
Henckelius *Jo. Frid.* 123
Henninges *Henr.* 189
Heraldus *Deſiderius* 50
Heresbach. *Conr.* 150
Herfeldus *Henr. Gerh.* 79
Hermæus *Ammon.* 14
Hermes *Hypobolim.* 9
Her.

Herpinus *Renatus* 152
Hervegius *Anton.* 118
Heſychius 40
Heurnius *Otto* 42
Hierocles 26
Hobbeſius *Thom.* 37.168. 194
Hoeſchelius *David*
von Hochburg *VVolff. Helmb.*
ab Hohenburg *Joh. Frid. Herrbb.* 47
Holcoth *Robert.* 19
Holſtenius *Lucas* 11.27,50
Holtermannus *Arnoldus Manr.* 167
Holyday *Balemius* 43
Hondorffius *Andr.* 1 0
Honorius *Phil.* 159
Horatius 5
Hornbeckius *Joh.* 130
Horneius *Conr.* 113
Hornius *Georg.* 40.142.160
Hornius *Joh. Frid.* 141
Hottomannus *Franc.* 146 178.181
de la Houſſaye *Amelot.* 139
Houtyn *Adrian.* 142.163
Huartus *Joh.* 124
Huberus *Vlricus* 112.193
Huetius *Petr. Dan.* 56.67. 96
Humfredus *Laur.* 67

I.

Jacobæus *Oligerus* 91
Jacobus I. Rex Angl. 149
Jamblichus 7.10.27.46.50
Jonſius *Joh.* 6.80
Jonſtonus *Joh.* 80.82
Jovienſis *R. Ziebac.* 31
Iſocrates 117
Judæus *Philo* 11
Jungius *Hadrian.* 4.118
Jungius *Joach.* 61

K

Keckermannus *Barth.* 121 201
Kellerus *Adamus* 170
Keuchenius *Robertus* 174
Kircherus *Athanaſ.* 74.76. 83.85.87.89
Kirchnerus *Hermann.* 173
Klenckius *Janus* 190
Klotzius *Steph.* 97
Knorrius *Chriſtian.* 31.32
Kolbius *Joh. Caſimir.* 169
Kortholt *Chriſt.* 43
Kragius *Andr.* 56
Kulpiſius *Joh. Georg.* 191

L

Labbeus *Philippus* 5
Laertius *Diogenes* 3.39.103
de Laet *Joh.* 162
Lambecius *Petrus* 45
Lambinus *Dionyſ.* 22
Lammius *Petrus* 116
Lamy *Bernh.* 114
Lamus *Guil.* 73.100.114
à Lana *Franc. Tertius* 76
Langenhert *Caſp.* 72
Languetus *Hubertus* 177
à Lapide *Hippolitus* 170
Launoius *Joh.* 18.52
Laymannus *Paulus* 130

Digitized by Google

Leibnutzius *Guil. Gottf.* 59
Leigh. *Eduard.* 183
Lentulus *Cyriac.* 56.148
Leopardus *Paulus* 6
Leoſardus *Vincent.* 88
Lermæus *Gab. Bariacus* 175
Leſſius *Leonh.* 111
Leunclavius *Ioh.* 149
de Linda *Lucas* 159.161
Lipenius *Martin.* 3
Lipſius *Iuſtus* 25.142
Lipſtorpius *Dan.* 54
Livius 5
Loccenius *Ioh.* 48.151
Loehneyſen *Ge. Eng.* 145
Lombardus *Petr.* 15
Longus *Laur.* 144
Lonicerus *Ioan.* 120
Lonckius *Ioh.* 62
Lotichius *Ioh. Petr.* 22
Lottinus 159
Loyſius *Georg.* 183
Lucanus *Ocellus* 27.70
Luchefinius *Ioh. Laur.* 147
Lucretius 22.70
Ludovici *Iacob.* 200
Ludovicus *Ioh. Petr.* 64
de Lugo *Ioh.* 111
Lyſias Tarentinus 26

M

Machiavellus *Nic.* 146
Maderus *Ioach. Ioh.* 45
Magius *Hieron.* 25
Magius *Octavius* 171
Magnenius *Ioh. Chryſ.* 54
Maior *Æſchacius* 124
le Maitre *Rudolphus* ibid.
Maius *Ioh. Henr.* 81
Malchus 7.27.50
Malebranche 61
Malpichius *Marcell.* 83
Malvezzi *Virgil.* 139.148
Manlius *Ioh.* 120
Manutius *Ald.* 105.107
Marcilius *Theod.* 26
Marinus 6
Mariottus 74.83
Marnixius *Phil.* 145
de Marſelaer *Fridr.* 178
Marshanus *Ioh.* 48
Martinus *Iacob.* 34.55
Marulus *Marcus* 120
Maſcardus *Auguſt.* 112
Matthæi *Petrus* 171
Mattheſius *Ioh.* 87
Matthiæ *Chriſtian.* 141
à Mauden *David.* 111
Mauritius *Ericus* 187
Mauſſacus *Phil. Ioh.* 85
Maximus *Valer.* 119
Mayerus *Ioh. Frid.* 122
Mechovius *Guil.* 117
Meibomius *Marcus* 4
Meierus *Gebh. Theod.* 138
Meierus *Georg.* 92
Meiſnerus *Balthaſ.* 112
Meiſnerus *Euſebius* 169
Meiſnerus *Iohann.* 177
Meiſnerus *Phil.* 77.113
Melanchthon *Phil.* 77.113
Mencius 44
Menagius *Ægid.* 4
Menochius *Ioh. Steph.* 143

Mer-

Digitized by Google

Merſennus *Marinus* 76
Mevius *David.* 196
Meurſius *Ioh.* 4. 105
Meyerus *Albert.* 183
Micrælius *Ioh.* 202
Miltonus *Ioh.* 178
Mirandula *Ioh. Frid.* 12. 58
Mirandula *Ioh. Pic.* 11. 29
Molina *Ludov.* 111
Molinæus *Ludov.* 122
Montalbanus *Ovid.* 82
Montanus *Elias* 87
Montecatinus 12
Morelles *Cosmas* 17
Morellus *Frid.* 156
Morellus *Guil.* 40
Morhofius *Dan. G.* 70. 88. 102
Moriſetus *Claud. Barth.* 157
Mornæus *Phil.* 94. 178
Morus *Henr.* 30. 31. 36. 96. 98. 114. 226.
Morus *Thom.* 82
de la Mothe *Ioſſeval d'Pronſel* 153
Mouſettus *Thom.* 82
von der Nuelen *Gerh.* 181. 189
Mullerus *Ioh. Phil.* 190
Munckerus *Thom.* 50
Muretus *Marcus Ant.* 109. 118
Muſæus *Ioh.* 94
Murius *Pius* 140

N

Nardus *Ioh.* 22
Naudæus *Gabr.* 134. 135. 174
Naurathus *Martinus* 170
Neander *Ioh. Chriſt.* 180
Neander *Michael.* 26
Neocorus *Ludolph.* 5
Neveletus *Iſaac.* 105
Neuhuſius *Edo* 123
Nevvtonus *Iſaac.* 76
Nichois *Huil.* 99
Nicolai *Ioh.* 18
Mr. Nicole. 116
Nizolius *Marius.* 59
Nollius *Henr.* 77
Nunneſius *Petr. Ioh.* 59

O

Obrechtus *Vlric.* 188. 190
Occam *Guil.* 19
Oldenburgerus *Phil. Andr.* 160. 184
Oldenburgius *Henr.* 89
Olearius *Adam.* 44. 101
Omeis *Mag. Dan.* 7. 13. 28. 103
Opitius *Martinus* 123
Oporinus *Ioh.* 33
Oſiander *Adam.* 139
Oſorius *Hieron.* 128
ab Oſſa *Melchior* 148
de Oviedo *Franc.* 21

P

Pacius *Iulius* 197
Paduanus *Ieremias* 40
Pakenius *Ioh.* 185
Palæologus *Manuel.* 149
Palatius *Ioh.* 198

Palazzus

Digitized by Google

Palazzus *Joh. Ant.* 166
Pallatius 43
Pamelius *Jacob.* 163
Paracelſus *Phil. Aurel. Theophraſt.* 33. 87. 92
Parcker *Sam.* 97
Paræus *Dan.* 22
Paræus *David.* 180
de Pariſiis *Joh.* 19
Pariſinus *Æmilius* 80
Paſcalis *Carol.* 173
Paſchius *Georg.* 102
de Paſcolo *Duri* 169
Paſtorius *Joach.* 122. 148 171
Pater *Paulus* 26
Patinus *Petrus* 118
Patricius *Franc.* 12. 43
Pearſonius *Ioh.* 26
Pellerus *Chriſtoph.* 175
Penius *Thomas* 82
Pererius *Benedict.* 71
Peregrinus *Lælius* 116
Perottus *Nicol.* 105
Petavius *Dionyſ.* 11
Petitus *Petrus* 85
Petrarcha *Franc.* 129
Petronius Arbiter 22
Pfaffradius *Caſp.* 54
Pfanner *Tobias* 97
Pflugius *Chriſtoph.* 140
Philaretus 114
Philippi *Joh.* 177. 179
Philippus Judæus 11
Philolaus 26
Philoponus 14
Philoſtratus 5. 6. 40. 43
Phoedrus 165
Piccartus *Michael.* 59. 138. 182
Picolominæus *Franc.* 109
Piccolominus 77
Pichonus *Julianus* 139
Pighius *Steph. Vinand.* 185
Pignorius *Laur.* 46
Piſetzky *Adam.* 198
Piſtorius *Caſp.* 145
Piſtorius *Joh.* 30
Pithoeus *Petr.* 105
Pitſæus *Joh.* 184
Placcius *Vinc.* 115. 126
de la Placette *Joh.* 115. 126
Plateanus *Petr.* 125
Plato 9. 51. 135. 151
Plinius 70
Plotinus 10
Plutarchus 39. 85. 129. 136. 148
Poeppingius *Joh. Frid.* 160
Poiretus *Petr.* 97. 114
Polienus *Joh. Iſaac.* 197
Porphyrius 11. 27. 50
Portus *Æmilius* 5. 10
Poſewitzius *Joh. Henr.* 65
Poſſevinus *Anton.* 58. 124
Poſtellus *Guil.* 68. 95
Praſchius *Joh. Lud.* 254 195
Primeroſius *Jac.* 80
Proclus 10
Pſellus 11. 67
Puffendorffius *Eſaias* 49
Puffendorffius *Sam.* 123 163. 168. 192. 193

Py-

Digitized by Google

Pythagoras 26. 27
Pythagoreus Sextus 72

A

Rachelius *Sam.* 107. 108
113
Raderus *Matth.* 148
Rainoldus *Ioh.* 129
Raius *Ioh.* 81. 83
Ramus *Petr.* 34. 54
Raynandus *Theoph.* 96. 110
Recchenbergius *Adam.* 172
Regius *Henr.* 71
Regius *Ioh.* 56
Regius *Ludovicus* 136
Reiffenbergius *Juſtus* 159
Reinhardus *Ioh. Frid.* 143
Reinking *Theod.* 144
Remigius *Nicol.* 108
Reuchlinus *Ioh.* 30
Revius *Iac.* 56
Reyer *Andr.* 44
de Rivo *Guil. Vrſin.* 180
Rochefoucaut 231
de Rhodes *Georg.* 20
Rhodius *Eudemius* 107
Ribadeneira *Petrus* 146
Riccobonus *Ant.* 109
Riccius *Paulus* 30
Ridlevus *Marcus* 89
Rittershuſius *Conrad.* 27.
50. 105. 149
Roccu *Bernard.* 173
Roell *Herm. Alex.* 97
Dn. de Rohan 158
Rohantius *Iacob.* 72
Rondelerius *Guil.* 80
Rosarius *Hieron.* 81
Roſſæus *Guil.* 176
Rosarius *Ioh. Bapt.* 14
Roſcius *Ioh. Vict.* 120. 153
Roderodamus *Eraſmus*
118. 227. 150. 153
de Roy *Hugo* 195
Rudbeckius *Olaus* 48
Rudrauffius *Kilianus* 97
Ruitz *Didacus* 20
Ryckius *Theod.* 139
à Ryſſel *Ioh. Iac.* 41

S

Saavedra *Didacus* 144
Sabellicus *Marc. Ant.* 120
de Sabunde *Raymundus* 96
Sagittarius *Ioh. Chriſt Frid.*
203
à Sala *Antonius* 5
de Salas *Ioh.* 112
Salluſtius 75
Salmaſius *Claud.* 24 161
Sanchetz *Franc.* 28
Sanchetz *Thom.* 13
Sandis *Edoinus* 211
Sanſouinus *Franc.* 59
Sardianus *Eunapius* 174
Sauterus *Ioh. Leonh.* 35
Scaliger *Iul. Caſ.* 80. 83
Schach Sadi 44
Schalbruchius *Ioh. Theod.*
35. 61
Schaller *Iacob.* 180
Scharffius *Ioh.* 65
Schefferus *Ioh.* 28. 106
Schegkius *Iac.* 67
Scheiblerus *Chriſt.* 65. 77
Scher-

Digitized by Google

Scherbius *Phil.* 34.54.56.
138
Scherertzius *Frid.* 59
Scheurlius *Henr. Iul.* 102.
115
Schilterus *Ioh.* 28.127
Schmidtius *Ioh. Andr.* 36.
59. 82. 97
Schoenbornerus *Ge.* 141
Schoockius *Mart.* 54. 78.
154. 156
Schottus *Andr.* 4.7.118
Schottus *Caſp.* 76. 83
Schröterus *VVilh.* 171
Schubartus *Georg.* 102
134.174
Schulteſius *Iacobus* 196
Schurtzfleiſch *Conr. Sam.*
28. 143
Schwartzius *Ioſua* 98
Schwelingius *Io. Eberh.* 93
von Schvvendi *Lazar.* 173
Schvventerus *Dan.* 76
Sciopius *Caſp.* 25.105.147
Scipio *Aquilianus* 40
duns Scotus *Ioh.* 18
Scribanius *Carol.* 168
à Seckendorff *Vitus Lud-
vicus* 144. 145.193
Seldenius *Ioh.* 45.191.197
Senault *Ioh. Franc.* 116
Seneca 24.117.129
Sengvverdius *VVolfer.* 72.
84
Sennertus *Andr.* 163
Septalius *Ludov.* 166
Sepulvedus *Ioh.Geneſ.* 137
Serranus *Ioh.*
Seybothus *Ioh.* 5
Sienicius *Nicol.* 162
Sigonius *Carol.* 161
Simon *Ioh.Georg.* 188.191
Simplicius 14
Slevogtus *Paulus* 203
Smith *Thomas* 49
Soto *Domin.* 20. 110. 111
Spachius *Iſrael.* 2
Sperlette *Ioh.* 71
Speuſippus 11
Spinæus *Gothofred.* 188
Spinoza *Bened.* 37.116
Spizelius *Theoph.* 44
Spontonus *Cyrus* 166
Stahlius *Dan.* 65
de Stair 76
Stanleius *Thom.* 41
Starckius *Seb. Gothofr.* 43
Steebius *Ioh. Chriſt.* 28
Stephanus *Henr.* 4. 10. 13
Sterpinus *Ioh.* 90
Steuchus *Auguſtin.* 95
Stillingfleetus *Ed.* 62. 94
Stobæus *Ioh.* 27. 103
Strimeſius *Sam.* 195
Strozza *Cyriac.* 138
Struvius *Ioh. Iul.* 29
Sturm. *Ioh.Chriſt.* 54. 73
Sturmius *Sam.* 143
Svaretz *Franc.* 20. 66. 112
Suicerus *Ioh.Caſp.* 72
Suicerus *Ioh. Henr.* 191
Suidas 5
Swammerdamus *Ioh.* 81
Sylburgius *Frid.* 13
Syne-

Digitized by Google

Syneſius 11
Syrbius *Ioh. Iac.* 15
P. Syrus 117

T

Tacitus *Publ. Corn.* 138
Tamburinus *Thom.* 111
Templerus *Ioh.* 194
Tenzelius *VVilh.Ernſt.* 123
Tepelius *Ioh.* 54
Teſmarus *Ioh.* 188
Textor *Ioh. VVolffg.* 167. 196
Thales *Mileſius* 70
Themiſtius 13
Theophraſtus 121
Thomas de Aquino 17
Thomaſius *Chriſt.* 41. 52. 68. 75. 104. 115. 122. 165. 170. 192
Thomaſius *Iac.* 16. 25. 40. 53. 65. 112
Thurneyſer *Leonhard.* 68
Thyſius *Antonius* 119
Tidicæus *Franc.* 79
Timplerus *Clemens* 65
Titius *Gottl. Gerb.* 63
Toloſanus *Petr.-Greg.* 152
Treunerus *Ioh. Phil.* 125
Tribbechovius *Adam.* 43. 53. 196
de Tſchirnhauſen *Iohann. Ehrenfr. VValth.* 62
Turnebus *Adrian.* 22. 118
Turturetus *Vinc.* 127
Typotius *Iacob.* 48
Tyrius *Maximus* 11

V

de Vaix 25
du Val *Guil.* 138
Valentinus *Baſilius* 88
Valentinus *Mich. Bernh.* 91
Valerius Maximus 119
Vallemont 89
Vallenſis *Ioh.* 5
du Vallius *Guil.* 13
Vandoperanus *Iac.* 49
le vaxer *Franc.* 24. 172
Vazquez *Gabr.* 20
Vedelius *Nicol.* 164
Velthemius *Val.* 65. 189
Velthyſen *Lambert.* 195
Vergilius *Polydor.* 118. 129
Veronenſis *Ludov.* 185
de Verulamio *Fridr. Bac.* 36. 73. 149. 153
Victorius *Petrus* 109. 137
Vigerius *Frant.* 59
Villars 92
Vincentinus *Bellovacenſ.* 18
Vives *Ioh. Ludov.* 40. 67
Vizzanius *Carol. Eman.* 28
Ulpius *Ioh.* 118
Voetius *Gisbert.* 53. 177
Voglerus *Val. Henr.* 124
Volateranus *Raphael* 6
Volckmarus *Henr.* 202
Voſſius *Gerh. Ioh.* 41. 93. 120
Voſſius *Iſaac.* 85. 86
de Vris *Gerh.* 55. 57. 97
de Vrigny 98
Urſinus de Rivo *Guil.* 180
Vrſinus *Ioh. Henr.* 43

VVa-

## VV

VVadingus *Lucas* 19
VVagenſeil *Ioh. Chriſt.* 29
VVanckelius *Ioh.* 145
von VVartenberg *Io. Caſimir Kolbius* 169
VVardus *Petr.* 157.194
VVatſonius *Michael* 202
VVehnerus *Paul. Matth.* 115
VVeid *Leonhard.* 158
VVeigelius *Valent.* 34
de VVeihe *Eberh.* 169
VVeiſius *Chriſtian.* 63,160
VVeiſius *Ioh.* 65
VVelwod *Guil.* 197
VVerdenhagen *Ioh. Angelus* 152.158
VVhiſtonus *Guil.* 84
de VVicquefort 170
VVilliſius *Thom.* 81
VVillugbeius *Franc.* 81
VVitte *Henningius* 7
VVittichius *Chriſtoph.* 57
VVolphius *Hier.* 40.108
VVormius *Olaus* 91
Vottonus *Eduard.* 82

## X

Xenocrates 11
Xenophon 51.103.147
Xilander *Guil.* 25.148
Ximenes 171

## Z

Zechius *Bernh.* 161
Zeidlerus *Ioh. Gothofred.* 89.165
Zentgrafius *Ioh. Ioach.* 187 191,196
Zieglerus *Caſp.* 180.189
Zinnanus *Gabriel* 166
Zochæus *Richard.* 193.198. 199
Zuchus *Nicol.* 88
Zuingerus *Theod.* 26.120 183


Digitized by Google

# BVRCARDI GOTTHELFFI STRUVII

# BIBLIOTHECA PHILOSOPHICA

IN SVAS CLASSES

DISTRIBVTA.

*EDITIO TERTIA.*

*IENAE*

Apud ERN. CLAVDIVM BAILLIAR

CIↃ IↃ CC XII

Digitized by Google

Digitized by Google

# B. L.

IN publicum nunc prodit, quam promiſi, *Bibliotheca Philoſophica*, nec illa quidem perfecta, in certas tamen claſſes diſtributa. Diutius mecum hæſi, an illam Tuis oculis ſubiicerem, bene conſcius, quam remotus ſim a vero philoſophiæ ſtudio. in cuius contemplatione minimam vitæ partem inſumſi, ita, vt percenſendis ſcriptoribus philoſophis iisdemque diiudicandis me parem non agnoſcerem. Inſtabant tamen Auditores, vrgebat bibliopola, vt, quem cœpi, curſum rei literariæ, continuarem, nec in parte Philoſophica mancum eſſe finerem. Adgreſſus itaque opus, magis,vt ordinem diſponendæ bibliothecæ Philoſophicæ docerem,quam vt plures ſcriptores,prout latus philoſophiæ complexus poſtulare videbatur,recenſerem. Hanc autem Bibliothecam in nouem capita, ſiue ſectiones generales, diſtinxi. Primum quidem caput agit de Scriptoribus, qui Bibliothecam Philoſophicam & vitas Philoſophorum ſcripſerunt. Secundum de Philoſophiæ fontibus, ad quos relati fuerunt omnes, tum ex antiquioribus,tum recentioribus,qui fundamenta philoſophiæ iecerunt. Dictum de Platone, Ariſtotele, Scholaſticis, Epicureæ, Scepticæ, Stoicæ, Pythagoreæ, Ebræorum Kabbaliſticæ, Paracel-

ſicæ

Digitized by Google

ſicæ Philoſophicæ Scriptoribus. Sic etiam de Petro Ramo, Carteſio, eclecticis, ita vt ſingulorum fontes præcipuos indicarem. Tertium caput Scriptores Hiſtoriæ Philoſophicæ ſecundum ſectas ſuas examinat, de iisdemque agit, qui methodum ſtudii Philoſophici, ſyſtemata & controuerſias Philoſophicas concinnarunt. Quartum Caput Inſtrumentalis Philoſophiæ Scriptores, logicos ſcilicet, Metaphyſicos & Hermeneuticos conſiderat. Quintum caput comprehendit Scriptores Philoſophiæ Theoreticæ, Phyſicos, pneumaticos & Theologiæ Naturalis. Progreditur Sextum caput ad Ethicos, Septimum ad Politicos. Octauum ad Scriptores Iuris naturæ & Gentium. Nonum denique Caput concludit, & Lexica Philoſophica, atque miſcellaneos alios ſcriptores exhibet. In ſingulis Scriptores non ſolum ſecundum ſectas ſuas, ſed etiam tractandi methodum fuerunt diſtincti, & non generalium ſolum, ſed etiam potiorum materiarum ſpecialium in quauis claſſe habita fuit ratio. Facile fateor, mihi omnes philoſophiæ partes, maxime, quæ in nudis ſpeculationibus conſiſtunt, non ſemper cordi fuiſſe, vt veniam rogem, ſicubi errauerim. Nec enim ita mihi Suffenus ſum, vt errores a me alienos putem, maxime in re litteraria, quæ perfectos nondum inuenit, ſed lubens eosdem profiteor, & cuiuslibet emendationi ſubiicio. Vale autem B. L. &, ſi noſtra non diſplicent, Bibliothecam Hiſtoricam propediem exſpecta.

Digitized by Google

# CAPUT PRIMUM

## De

## SCRIPTORIBUS, QVI VEL BIBLIOTHECAM, VEL VITAS IURE CONSULTORUM SCRIPSERUNT.

§. I.

*Scriptores qui ad notitiam auctorum Iuris introducunt.*

Nullam ſtudiorum partem in omni re litteraria minus videmus excultam, quam iuris prudentiam: qui fit, vt quam paucos qui vltra communes Doctorum opiniones ſapiunt, reperiamus iuris peritos. Cœperunt tamen iure conſulti ab aliquo tempore vltra Iuſtinianum procedere & quantam humaniorum litterarum cultura Iurisprudentiæ lucem præferat, ore, & ſcriptis fuerunt conteſtati. Fuerunt enim noſtra ætate nonnulli, qui methodum ad notitiam Scriptorum Iuri-

 dico-

Digitized by Google

dicorum perueniendi nobis præmonſtrare conati. A multis retro annis occupatus fuit in eodem argumento CASPAR THURMANNUS, qui vniuerſam *Bibliothecam Iuridicam* moliebatur, eandem ſecundum materias & partes iuris diſtribuendam. Ita, vt præter Generalia, Bibliothecam proceſſualem, criminalem, teſtamentariam, contractuum: quamuis ſingulari volumine adornandam meditaretur. Multa de eadem promittit Morhofius Polyhiſtore libro primo capite primo n. LXXIV. Verum, ex variis ab eodem editis bibliothecis, quas in introductione noſtra ad notitiam rei litterariæ capite primo n. XXII. enumerauimus, facile patebit, illum non niſi farraginem auctorum ſine vllo ſelectu, ſub titulis ordine alphabetico poſitis conſarcinare, vt Bibliothecæ realis inſtar ſint, quæ confuſam, quandam ſcriptorum de ſingulis materiis præbent notitiam. Quare de Bibliotheca ipſius Iuridica, quæ cum morte interiit, aliter non fuiſſet ſperandum. INSTRUCTORIUM forenſe LYNCKERIANUM pro ſelectis primum auditoribus concinnatum, ſuos habet æſtimatores: De eodem auctius edendo ſollicitus fuit perilluſtris auctor, impeditus tamen ſine dubio per negotia grauiora. GEORGII BEYERI *notitia auctorum Iuridicorum*

ſequi-

Digitized by Google

ſequitur, cuius primum ſpecimen *Lipſiæ* *1698. 8.* prodiit. Alterum ſequebatur *1701. 8.* & tertium *1705. 8.* Ephemerides quaſi ſunt librorum ſpecialium, quibus ordo & contenta ſcriptorum iuridicorum & iuris arti inſeruientium continentur. Inſeruntur hinc inde quædam de vita auctorum, atque ſic centuria prima abſoluitur. Diutius iam expectatus integer POLYHISTOR MORHOFIANUS nunc demum cura *Io. Molleri* prodiit *Lubecæ 1708. 4.* Neque tamen nouæ quæ factæ fuerunt acceſſiones omnem eruditorum expectationem adimplerunt. Liber ſextus Tomi tertii Iuridicum continet, eundemque XI. ſectionibus diſtinctum. Verum, nec iſtæ ſufficiunt, nec libri quos in iisdem recenſet, cum integra Bibliotheca Iuris quinque vel ſex plagulis ſaltim comprehendatur. IOANNES GRONINGUS aliquot ante annos *Polyhiſtorem Iuridicum* promiſit, eundemque eadem induſtria pertractandum qua Morhofius Polyhiſtorem litterarium concinnauerat. Verum, ſine dubio inter promiſſa manebit. Edidit quidem *Bibliothecam vniuerſalem, ſeu Codicem operum variorum, Hamburgi 1701. 8.* qua inter alia Bibliothecam Iuris Gentium ſecundum inſtituta Gentium extra Europam habitantium exponit. Hanc inſecuta eſt *Bibliotheca Iuris*

*Gentium Europaa*, *Hamburgi 1703. 8.* Eodem tempore prodiit Eiusdem *apparatus ad hiſtoriam ſcientiarum & artium*, *Hamburgi 1703. 8.* Adiectus eſt eiusdem Opuſculis Hiſtoricis. Relationes ſunt litterariæ, quæ diuerſorum ſcriptorum antiquiorum & recentiorum excerpta continent, vt vere diarii eruditorum inſtar eſſe poſſit. Verum trita plerumque ſunt, quæ proponit, nec tanta, vt eruditorum ſubeant admirationem.

§. II.

*Scriptores, qui libros Iuridicos in certas claſſes diſtribuerunt.*

Inter illos, qui libros iuridicos in certas claſſes, iuſtumque ordinem diſtribuere voluerunt, antiquisſimus eſt IOANNIS WOLFGANGI FREYMONII *elenchus auctorum* a Ioanne Neuizano, Ludouico Gomeſio, Ioanne Fichardo & Ioanne Baptiſta Ziletto cœptus. In titulos quosdam digeſtus eſt, ſed libros habet antiquiſſimos, hodie parum vtiles. GEORGII DRAUDII *bibliotheca claſſica librorum Iuridicorum Francofurti 1625. 4* ex catalogis Francofurtenſibus eſt compilata, ideoque fidem non meretur omnimodam. Ex recentioribus catalogis congeſta eſt SIMONIS PAULI *bibliotheca Iuridica*, *Argentorati 1671. 8.* CORNELIUS a BEUGHEM *bibliothecam Iuridicam & politicam*, *ſeu conſpectum librorum Iuridicorum & politico Legalium*,

qui

*qui ab anno 1651. prodierunt in Europa* edidit *Amſtelodami* 1678. 12. Hanc ordine alphabetico ſecundum auctorum nomina diſponit. Verum, ſolos librorum titulos recenſuiſſe contentus. Continuare opellam promiſit, ita, vt demum bibliothecam vniuerſalem Iuridicam ſcriptorum recentiorum conficeret: aſt nihil amplius prodiit. *Realis* eſt *bibliotheca* MARTINI LIPENII, quæ *Francofurti* 1679. *f.* prodiit, atque ſuam vtilitatem habet, eo quod ſecundum materias libri ſint diſpoſiti: licet non ſine næuis ſit. Cum ſæpius in diſponendis libris non adeo ſit accurata, immo etiam ſi ſelectum quæras, diſputationes ſæpe & librorum quisquilias ſub titulis reperies. Huius potiſſimum continuatio eſt *Introductio in notitiam ſcriptorum Iuris Ciuilis, Saxonici & Cameralis*, quæ iuxta eundem ordinem alphabeticum eſt diſpoſita, *Northuſæ* 1703. 8. Simile inſtitutum eſt AUGUSTINI FONTANÆ, qui *Amphitheatrum legale* edidit *Parmæ* 1688. *f.* Leuiſſimi eſt momenti I. C. B. *Bibliotheca compendioſa & portatilis, ceu copia librorum & auctorum in vſum ſtudioſi iuris adornata*, *Ienæ* 1714. 12. Secundum materias eſt digeſta, ſed imperfectiſſima. Quæ ex *Compendio Lauterbachiano ſelecta eſt bibliotheca*, & *Stutgardiæ* 1698. 8. edita, ex eo, quod



Digitized by Google

quod ad ſeriem librorum & titulorum in Pandectis eſt directa, laudem ſuam merentur: alias claſſes in iure neceſſarias non continet, nec alios ſcriptores quam illos, qui in Compendio Lauterbachiano adlegantur. Simile inſtitutum ſeruauit PETRUS MULLERUS *in additionibus ſuis ad b parentis ſyntagma*, in quibus ſub cuiuslibet tituli initium auctores profert, de iis quoque iudicat, ſæpe non inepte, licet editiones non ſint adnotatæ & hinc inde multi adhuc poſſint inſeri. Huius excerpta exhibet HENRICUS ERNESTUS KESTNERUS *in Memoriali Iuridico Rintel. 1714. 4.* Vbi ex ſingulis Pandectarum titulis breuia axiomata practica deducit, additis locis parallelis ex Mæuii, Carpzovii, Maſcardi &c. ſcriptis, Adiecit ad ſingulos titulos Scriptores potiores. Sola tamen rubricarum recenſione eſt contentus, & plerumque Diſputationes nouiores allegat.

## §. III.

*Vitas ICtorum veterum qui ſcripſerunt.*

Nec tamen libros ſolum noſſe ſufficit, ſed ex patria quoque & ſtatu de auctoribus ſæpe erit iudicandum. *Veterum* quidem *Iure Conſultorum*, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt deſumtæ, vitas deſcriptas debemus BERNARDINO RUTILIO, qui *vitas* ſcripſit *antiquorum ICtorum*, *Baſileæ* primum

Digitized by Google

primum *1537. 8* poſt *Lugduni 1538. 8* editas. Rutilius non illos ſolum, quos Pomponius adducit, ſed alios etiam, qui libera rep. inclaruerunt, recenſet, horumque vitam & inſtituta ex Scriptoribus antiquis illuſtrat. Secutus eundem fuit NICOLAUS HENELIUS, cuius *de veteribus Iureconſultis* Commentarius prodiit *Lipſiæ 1641. 8* & *1654. 8*. Non omnes Iureconſultos, quorum in pandectis fit mentio, commemorat, ſed illos ſaltim, quorum fragmenta in iisdem ſuperſunt. Subiungitur Mantiſſa, quæ comprehendit *Commemorationem metricam* iſtorum *Ictorum*, CASPARIS CONRADI *diſticha* in eosdem & IOANNIS LORICHII *Catalogum Ictorum veterum*, carmine elegiaco expreſſum, cum notis Henelii. Verum, Panegyriſtas potius agunt hi auctores, quam biographos: multa etiam intermiſcentur, iucunda magis, quam vtilia. Eundem ordinem ſecutus eſt VALENTINUS GUILIELMUS FORSTERUS *in libro ſecundo hiſtoriæ iuris ciuilis*, qui tamen caute eſt legendus. In libro tertio vero recentiorum Ictorum memoriam refert. Breuis eſt tractatus FRANCISCI HOTTOMANNI *de Ictorum vitis, qui in Pomponio memorantur*, cum aliis eius operibus, a Franciſco Modio recognitis *Francofurti 1587. f.* Leuioris momenti



Digitized by Google

eſt tractatus CATELLIANI COTTÆ *de Iuris peritis*, qui in tomo primo Tractatus Tractatuum extat. Nec maioris æſtimanda eſt AYMARI RIVALLII *hiſtoria Iuris Ciuilis*, *Moguntiæ 1533. & 1539. 8* edita. Recenſet in eadem libro quinto priſcos Iureconſultos, qui ſub primis Romanorum Imperatoribus vixerunt, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt deſumtæ. Incipit autem a Capitone, deſinit cum Sexto Pedio. Singulare eſt, quod narrat Michael Neander, in elegantiſſima ſua præfatione erotematibus Græcæ linguæ præmiſſa p. 158. vbi ait: *Scripſit autem BALDUS Peruſinus etiam de commemorationibus famoſiſſimorum doctorum in vtroque iure: & THOMAS DIPLOVATARIUS, patricius Conſtantinopolitanus libros XII. de præſtantia doctorum & clariſſimis iureconſultis, in quibus diligentiſſime vir ille (teſte Baptiſta Egnatio) & iuris ciuilis dignitatem explicauit, & auctores eius interpretesque omnes a Phoroneo ducta ſerie, ad noſtra vsque tempora deduxit: ſed vtrumque vtriusque opus aut periit iam olim, aut alicubi ab aliquibus ſupprimitur, ne in manus multorum veniat.* Licet autem non omnes forſan Ictorum vitas a Diplouatario editas habeamus, cum eiusdem tamen commentario de Teſtibus extant *vita Pauli Caſtrenſis, Iaſonis Magni & Bar-*



Digitized by Google

*tholi de Saxoferrato, Coloniæ* 1596. 4. Prioribus præferendus eſt IOANNES BERTRANDUS in libris duobus, quos inſcripſit Βίοι Νομικῶν, *ſ. de iurisperitis antiquis:* prodiere *Toloſæ* 1622. 4 & ex emendatiori editione, cum breuibus Ægidii Menagii aliorumque eruditorum virorum animaduerſionibus, *Lugduni Batauorum* 1675. 8. Huius tamen & priorum errores ſæpius tetigit GUILIELMUS GROTIUS *de vitis ICtorum, quorum in Pandectis extant nomina, Lugduni Bat.* 1690. 4. qui in hac elaboratione accuratiſſimus eſt. Quippe, omnes ab aliis prætermiſſos enumerauit. Rutilii etiam & Bertrandi errores emendauit ÆGIDIUS MENAGIUS quoque promiſit *hiſtoriam veterum Iureconſultorum*, in epiſtola, amœnitatibus Iuris præfixa, quæ tamen edita non eſt. GEORGII CASPARIS KIRCHMAYERI vero *elogia & elegantiæ latinitatis ICtorum veterum ad Digeſta* extant, *Witteberga* 1687. 4 ſed nimis ſunt breuia. Haut ita pridem CAROLUS ANDREAS DUCKERUS edidit *Opuſcula varia de Latinitate Iuriſconſultorum veterum, Lugduni Bat.* 1711. 8. In his varia ſcripta Laurentii Vallæ, Andreæ Alciati, Franciſci Floridi, aliorumque, qui faciunt ad elegantias Iuris videmus congeſta, cum Dukeri animaduerſionibus.

§. IV.

*Qui de ſectis Veterum Ictorum ſcripſerunt.*

Huc etiam ſpectant ſcriptores illi, qui Veterum Ictorum ſectas, eorundemque opiniones examinarunt. Elegantiſſimum eſt opuſculum CHRISTIANI OTTONIS a BOECKLEN *de diuerſis familiis Iureconſultorum.* Diſſertatio erat, quam primum Rebhahnii auſpiciis Argentorati ventilauit anno 1666. poſt, cum aliis opuſculis recudi fecit *Lugduni Batauorum 1678. 12.* Ex Hiſpanis DON PEDRO de VALASCO & MEDIVILLA *Caii & Proculi aliorumque Iuris veteris autorum apertas rixas & implacabiles concertationes* concinnauit atque edidit *Salmanticæ 1625. 4.* Idem animus erat CHRISTOPHORI EHEMII, qui in libro ſuo de principiis iuris librum *de ſectis Ictorum, eorumque opinionibus* promittit. Huc quoque pertinet ANDREÆ OCKELII *Ictus Rationalis ſ. de Rationibus decidendi veterum Ictorum, Halæ 1704. 8.*

§. V.

*Vitas Ictorum recentiorum qui ſcripſerunt.*

Primorum Iureconſultorum, qui poſt reſtauratum ius Iuſtinianeum claruerunt, vitas varii fuerunt adgreſſi. Inter hos BALDUS Vbaldus teſte Guidone Pancirollo de claris Legum interpretibus libro I. capite primo, *de illuſtribus Doctoribus* librum compoſuit, ſed vel ipſo teſte, editus non eſt. Poſt eum IOANNES BAPTISTA a S. BLA-

SIO

Digitized by Google

SIO illorum Catalogum potius quam vitas recenſuit. Hunc ſecutus eſt IOANNES FICHARDUS cuius *vitæ Iureconſultorum Patauii 1565. 4* prodierunt. Acceſſit MARCI MANTUÆ, qui alias Bonauidius, *epitome virorum illuſtrium.* Nimis tamen breuis eſt vterque, cum præter patriam, officium ac ſcripta vix quidpiam habeant. Ab Irnerio faciunt initium & Mantua quidem ad medium ſeculi decimi ſexti vsque progreditur. Fichardus ad Zaſium, Præceptorem olim ſuum. Maximam partem faciunt elogia Iureconſultorum præcipue Italorum. Facit huc etiam DIONYSII SIMONIS *Nouuelle Bibliotheque Hiſtorique & Chronologique des principaux auteurs & interpretes du droit Ciuil, Canonique & particulier de pluſieurs etats & provinces. Paris 1672. 12.* Ordine alphabetico Iureconſultos perſequitur, ita, vt antiquiſſimus quem proponit, ſit Irnerius, atque ad recentiora tempora vsque progreditur. Cum autem plures omiſiſſet, alterum tomum ſubiecit *Pariſiis 1695. 12.* Addi quoque meretur I. VINCENTIUS GRAVINA *de ortu & progreſſu Iuris Ciuilis, Neapoli 1701. & Lipſiæ 1704. 8.* Elegantiſſimus liber eſt, cuius priora originem Iuris Romani tradunt. Ea vero, quæ ad §. CXLIII. ſequuntur, vitam, doctrinam & inſtituta

Iure-

Digitized by Google

Iureconſultorum ab Irnerio vsque ad Gregorium Tholoſanum perſequuntur.

§. VI.

*Vitas Ictorum Germanorum qui ſcripſerunt.*

Alii fuerunt, qui vitas Ictorum certæ tantum nationis deſcriberent. MELCHIOR ADAMI quidem, *vitas Germanorum, Iureconſultorum & Politicorum, qui ſeculo XVI. claruerunt*, deſcripſit *Heidelbergæ* editas *1620. 8.* nunc autem *Francofurti 1705. f.* recuſas. Hic etiam in ipſa vitæ fatorumque deſcriptione laudem meretur, niſi quod nimius quandoque ſit in elogiis, de ſcriptis fere taceat. Hunc quaſi continuauit HENNINGUS WITTE, *in memoria Ictorum noſtri ſeculi, Francofurti 1676. 8.* edita, ſed non niſi congeſta programmata ſunt funebria, quæ parum rem exhauriunt. *Vitas Profeſſorum Iuris academiæ Ienenſis* ſcripſit IO. CASPAR ZEUMER, *Ienæ 1705. 8.*

§. VII.

*Vitas Ictorum Italorum qui ſcripſerunt.*

Circa Ictos Italos recentiores occupatus fuit GVIDO PANCIROLLUS *de claris Legum interpretibus*, quod *Venetiis* prodiit ſcriptum *1655. 4.* & rarum eſt. In quatuor libros opus auctor diſtinxit. Priori quidem agit de veteribus Legum interpretibus, qui ſub Romanis adhuc claruerunt & iura ſcriptis vel ore fuerunt profeſſi. Alter comprehendit recentiores Doctores iu-

ris

ris Cæſarei ab Irnerio vsque ad Dominicum Pinellum, Cardinalem Genuenſem. Liber Tertius illuſtres Iuris Pontificii Interpretes perſequitur a Fulgentio Afro ad Anaſtaſium Germonium vsque. Liber Quartus breuem Europæ Academiarum Catalogum exhibet. Reliquis omnino eſt præferendus, maxime, quod præter ortum & ſtatum Scriptorum, mores etiam atque ingenia explicet. Licet oratoria potius grauitate vtatur, quam vt in omnibus ſatisfaciat. Rariſſimum eſt ſcriptum BERNHARDINI SCARDEONII *de antiquitate vrbis Patauii*, *Baſileæ* 1560. *f.* editum, in cuius libro II. claſſe octaua, de claris Iureconſultis Patauinis agitur. *De Bononienſibus vero Doctoribus* Italice commentatus eſt IOANNES NICOLAUS PASCHALIS ALIDOSIUS, *Bononiæ* 1620. 4.

§. VIII.

*Vitas ſpecialium ICtorum qui ſcripſerunt.*

In ſpecialibus quorundam Iureconſultorum vitis vel colligendis vel deſcribendis alii fuerunt occupati. Huc faciunt MATTHÆI WESENBECII *exempla Iurisprudentiæ*, *Lipſiæ* 1585. 8. In his enim non niſi celeberrimorum Iureconſultorum vitas congeſſit, Papiniani, Simonis Piſtoris, Gabrielis Mudæi, Franciſci Burcardi, Antonii Stralii Conſulis Antvverpienſis, Annæ Bourgii Profeſſoris regii Pariſini, Io. Co-

raſii

raſii Cancellarii Nauarræi. *Vitam Modeſtini Piſtoris & Ioannis Schneidewini* duabus orationibus expoſuit IOACHIMUS a BEUST, *Witteberga 1585. 8.* Præ cæteris vero æſtimanda venit FRIDERICI IACOBI LEICKHERI collectio *vitarum clariſſimorum ICtorum Lipſia 1686. 8.* Continetur in eadem vita Nicolai Boërii per Ioánnem Aleſmium ſcripta; Vita Guilielmi Budæi per Ludouicum Regium; Vita Antonii Auguſtini ex oratione funebri Andreæ Schotti: Vita Antonii Goueani per Andream Schottum; Vita Franciſci Hottomanni per Petrum Neucletum Doſchium; Vita Iacobi Cuiacii per Papyrium Maſſonum. Vita Barnabæ Briſſonii ex Thuano, Scæuola Samarthano & aliis collecta; Vita Iohannis Bertrandi per Franciſcum Bertrandum; Vita Petri Pithœi per Ioſiam Mercerum; Vita Pancirolli per Iacobum Philippum Thomaſinum. Subiunxit Leickherus ſubinde notas non inelegantes & locupletem Scriptorum Catalogum. Opus merito dignum vt continuaretur. Separatim habemus vitam *Io. Harprechti* per THOMAM LANSIUM, *Tubinga 1640. 4.* *Vitam Nicolai Fabri* per FRANCISCUM BALBUM, *Pariſiis 1614. 4.* *Vitam Franciſci Stypmanni* per IOANNEM POMERESCHIUM, *Northuſa 1704. 8.* *Vitam*

beati

Digitized by Google

beati parentis *Georgii Adami Struvii* meis curis concinnatam atque editam *Jenæ 1705. 8.* Vt plures Iureconſultorum vitas taceamus, quæ vel ſeparatim fuerunt editæ, vel operibus illorum præfixæ. Addimus *elogia Iureconſultorum & Politicorum centum illuſtrium, qui Orientales linguas promouerunt*, a THEODORO EBERTO collecta atque edita *Lipſiæ 1628. 8.* quæ tamen vel nihil, vel parum illuſtrant.

## *CAPUT SECUNDUM*

### De
# FONTIBUS IURIS GENTIUM ANTIQVISSIMARUM.

§. I.

PRimum ſemper in re litteraria locum occupant Fontes cuiuslibet diſciplinæ, vt exinde melius cognoſcantur vel riuuli ex iisdem deducti, vel qui in illuſtrandis iisdem deducti, vel qui in illuſtrandis iisdem propagandisque fuerunt occupati. Neque tamen Romani ſolum Iuris fontes veniunt conſiderandi, ſed etiam aliarum gentium antiquiſſimarum, a quibus Romani

*Scriptores, qui faciunt ad Ius Hebræorum.*

mani ſua hauſerunt. Primum ſine dubio eſt *Ius Hebræorum*, quod MOSIS libris continetur. Ex hoc autem plura in leges Romanas fuiſſe translata docet Auctor *Collationis Legum Moſaicarum & Romanarum* quam PETRUS PITHOEUS edidit *Lutetiæ 1573. 4.* & IOSUAS ARNDIUS in *Manuali Legum Moſaicarum*, quod *Guſtrouiæ* prodiit *1666. 8.* qui legum Catalogum ex Iudæorum æque atque Chriſtianorum partitione exhibet, & parallela ex Pentateucho loca adiecit. Sic & GUILIELMUS WELWOD *parallela & ocularem collationem iuris diuini & ciuilis* ſcripſit *Lugduni 1594. 4.* Ita leges etiam veteris Teſtamenti cum lege Chriſti confert CONRADUS HERESBACHIUS, in ſua *Chriſtianæ Iurisprudentiæ epitome*, *Neoſtadii 1586. 4.* Generatim ad diſciplinam Hebraeorum facit MISCHNA, quam noua latinitate donauit & notis illuſtrauit GUILIELMUS SURENHUSIUS, *Amſtelodami 1698. & 1699. f.* Alias ius Hebræorum explicauit IOANNES SELDENUS in libro *de Iure Naturæ & Gentium*, *Argentorati 1665. 4.* Addimus ipſius libros *de Synedriis*, *Londini 1651. 4.* & *Amſtelodami 1679. 4.* Subiungimus IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Ius Hebræorum*, *Tiguri 1655. 4.* Addimus etiam BUXTOR-



Digitized by Google

FII, FRISCHMUTHII, WAGENSEILII, aliorumque, qui in cæremoniis Iudaicis fuerunt occupati, & Rabbinorum ſcripta. Et inprimis huic rei operam dedit IOANNES SPENCERUS, *de Legibus Hebræorum Ritualibus & earum rationibus libri tres*, *Cantabrig. 1685. f.*

§. II.

*Scriptores, qui faciunt ad Iura Ægyptiorum.*

Poſt Hebræos conſiderandi veniunt Ægyptii, qui multa ab iisdem hauſerunt. Licet enim Ioannes Marshamus in Canone Chronico, ab Ægyptiis ad Hebræos multas leges ritusque perueniſſe exiſtimet, contrarium tamen facile patet, niſi dicere velimus, Hebræos abuſus multos ab Ægyptiis didiciſſe. Facit autem ad noſcendas has Ægyptiorum leges DIODORUS SICULUS potiſſimum, qui in *Bibliotheca ſua Hiſtorica* plures exponit. Hinc IOANNES LUDOVICUS PRASCHIUS *leges Ægyptiorum* ex eodem peculiari Diſſertatione expoſuit *Argentorati 1657. 4.* atque in earundem rationes prolixius inquiſiuit. Huc facit etiam ATHANASIUS KIRCHERUS in *Oedipo Ægyptiaco*, *Romæ 1652. f.* aliique rerum Ægyptiacarum Scriptores.

§. III.

*Græcia legiſlatores.*

Nulla vero gens in legibus cultior fuit, ac Græcorum. Horum enim poli-



Digitized by Google

tia non niſi iuſta legum ſerie poterat conſeruari. Qui factum, quod ſingulæ fere vrbes maiores ſpeciales haberent legislatores. Athenienſium Reſpublica commendat ſuum Draconem atque Solonem. Lacedæmonii ſuum laudant Lycurgum, Locrenſium Legislator erat Zaleucus, Thurienſium Charondas. Generatim ad leges Græciæ facit VBBONIS EMMII *Græcia, Lugduni Batauorum 1632. 12.* Et in Bibliotheca Hiſtorica DIODORUS SICULUS. Plura de hiſce Græcorum Legislatoribus tradit IO. ANDR. FABRICIUS *in Bibliotheca ſua Græca lib. II. c. XCV.*

§. IV.

*Scriptores ad Ius Atticum.*

Inter hæc autem, Atticum Ius ſemper reliquis habitum fuit præſtantius. Faciunt ad eiusdem explicationem Scriptores, qui de Republica Athenienſium egerunt, & præter hos nonnulli ſpeciales. Ad hiſtoriam iuris Attici egregie conducit PLUTARCHI *Solon*, & præcipue IOANNIS MEVRSII *Solon, ſeu de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis, Hafniæ 1632. 4.* Ipſum Ius Athenienſium ex legibus ciuilibus & plebiſcitis maximam partem conſtabat, cum Senatusconſulta non niſi a populo adprobata, annua ſaltim eſſent. Ciuiles primum a Regibus latæ, deinde leges a Dracone, & his abolitis, a Solone. Has debe-

Digitized by Google

debemus PANDULPHO PRATEIO, cuius *Iuriſprudentia vetus*, *Lugduni 1559. 8.* Draconis & Solonis leges continet. Reliquas *leges Atticas* SAMUEL PETITUS libris octo ſub certis titulis digeſſit atque eleganti commentario illuſtrauit *Pariſiis 1635. f.* & *1642. 4.* Addi meretur IOANNIS MEURSII *Themis Attica*, ſiue *de Legibus Atticis* libri duo, *Traiecti ad Rhenum 1685. 4.* Breuis quidem eſt Tractatus, ſed ad hiſtoriam æque atque illuſtrationem legum Atticarum optime conducens. Huc facit etiam controuerſia, quæ inter Salmaſium olim & Deſiderium Heraldum interceſſit de diuerſis ad ius Atticum ſpectantibus materiis. Cum enim de modo vſurarum, mutuo, ſcribendis ſignandisque teſtamentis antea inter illos eſſet controuerſia, prodierunt tandem *miſcellæ defenſiones pro Cl. Salmaſio de variis obſeruationibus & emendationibus ad ius Atticum & Romanum pertinentibus*, *Lugduni Batauorum 1645. 8* quibus Heraldo reſpondet. Hic autem oppoſuit *Obſeruationes ad ius Atticum & Romanum*, *Pariſiis 1650. f.* Interim hæc controuerſia multum ad illuſtrationem iuris Attici contulit.

## §. V.

*Scriptores ad Ius La-*

Lacedæmoniorum Legiſlator *Lycurgus* erat, cuius vitam ſcripſit PLUTARCHUS.

*Lacedamoniorum.* CHUS. Ad ipſas vero eorundem leges faciunt NICOLAI CRAGII *de Republica Lacedæmoniorum libri quatuor*, *Lugduni Bat.* 1670. 8. in cuius libro tertio omnem legum Lacedæmoniorum rationem exponit. De iisdem Lacedæmoniorum Legibus quoque egit IO. MEURSIUS in *Miſcellaneis Laconicis lib. II. c. V.*

Th. VI.

*Scriptores ad Iura Romanorum antiqua.* Inter recentiores Tractatus, qui ad ius antiquum Romanorum ſpectant, ſunt melioris notæ CAROLUS SIGONIUS *de antiquo iure Ciuium Romanorum Latii & Prouinciarum Bonon.* 1574. f. Eiusdem *Tractatus de Lege Curiata Magiſtratuum eorumque iure Venet.* 1569. 4. Nec non SIBRANDUS SICAMA *de Iudicio Centumuirali Francof.* 1596. 8. Quæ ſcripta etiam in Theſauro Antiquitatum Græuianarum reperiuntur.

# *CAPUT TERTIUM*

## DE FONTIBUS IURIS CIVILIS.

§. I.

IVs diuiditur in ſacrum vel profanum: hoc in ciuile & publicum, & quæ ad- denda,

denda, feudale atque criminale: in quo potior pars diſpoſitionis litterariæ iuridicæ conſiſtit. In qualibet ſectione primo loco veniunt fontes, qui ſecundum diuerſam iuris rationem variant. Primum quidem conſiderandi veniunt fontes Iuris Ciuilis. Ius noſtrum, quod dicitur Iuſtinianeum, pro fontibus habet *Corpus Iuris Ciuilis.* Conſtat illud potisſimum ex Inſtitutionibus, Pandectis, Codice & Nouellis. Iuſtinianus ſcilicet Imperator, cum immenſam illam Iureconſultorum veterum atque conſtitutionum Imperatoriarum ſyluam videret, ſecundo ſtatim imperii ſui anno, animum primum ad colligendas dirigendasque conſtitutiones Imperatorias, quod partim iam alii egerant, adplicuit. De hiſce libris iuris conferri meretur ERICI MAVRITII *Diſputatio de Libris iuris communis horumque uſu Kilon. 1666. 4.*

*Ratio librorum Corporis Iuris.*

§. II.

*Varii Codices.*

GREGORIVS quidem Ictus primæ epochæ Imperatorum conſtitutiones antea vagas, priuatis curis collegit, initio facto ab Hadriano ad Gallienum vsque, qui exinde dicitur *Codex Gregorianus*: hunc ſecutus HERMOGENIANVS, qui ſucceſſorum, vt Claudii Gothici, aliorumque ad Conſtantinum M. vsque Conſtitutiones digesſit, qui dicitur *Codex Hermogenianus.* Vtrius-

que non niſi pauca fragmenta ex manu Aniani, ſeu Gothorum ſuperſunt, quæ ſub nomine *tituli ex Codice Gregoriano & Hermogeniano congeſſit* PETRVS GREGORIVS, *Lugduni 1566. f.* Alicuius quoque conſtitutionis ex Codice Gregoriano mentionem facit Auguſtinus II. ad Pollentiam, cap. VIII. Aliquæ alias citantur ab auctore collationis Legum Moſaicarum, & Papiniani libro reſponſorum. Eadem fragmenta vtriusque Codicis quantum quidem haberi potuerunt, in editione ſua Codicis Theodoſiani congeſſit IOANNES SICHARDVS, *Baſileæ 1528. f.* Multo plenius autem edidit IACOBUS CUIACIUS, *Aureliæ Allobrogum 1586. 4.*

§. III.

*Codex Theodoſianus.*

Secundam epocham Imperatoriarum Conſtitutionum faciunt Chriſtianorum Principum ad Theodoſium Iuniorem, vsque, qui Principum Chriſtianorum de rebus tum ſecularibus tum eccleſiaſticis conſtitutiones, octouiris ad id delectis, colligendas commiſit. Ex quo otiginem ſuam habet *Codex Theodoſianus*, qui ſedecim continebat libros. Huic magnam olim auctoritatem tribuit Alaricus, rex Gothorum & in Capitularibus ſuis Carolus Magnus. Edidit illum primum IOANNES

Digitized by Google

NES SICHARDUS, *Baſileæ 1528. f.* vna cum Nouellis & fragmentis aliquot Ictorum, Codicis item Gregoriani atque Hermogeniani, ſed manca eſt editio, cum deſit totus liber VIII. & ex reliquis titulis non pauci. Immo etiam manca ſunt fragmenta, quæ addita. Melior omnino eſt editio IACOBI CUIACII, *Aureliæ Allobrogum 1586. f.* In hac enim editione & nouellæ & fragmenta Codicis Gregoriani & Hermogeniani ſunt pleniora. Optima vero Codicis Theodoſiani eſt editio, quæ cum commentariis perpetuis IACOBI GOTHOFREDI prodiit, poſthumo opere, ſtudio Antonii Matuilii, *Lugduni 1665. f. VI. Tomis.* Addidit Gothofredus notas elegantiſſimas. Hoc opus eſt raræ eruditionis, ex omni antiquitate, conciliorum etiam & eccleſiaſtica hiſtoria deſumtum. Non quidem ad praxin fori conducit, ad ſolidam tamen conſtitutionum Imperatoriarum illuſtrationem plurimum facit. Præmittuntur huic editioni Collatio vtriusque Codicis & Chronologia Conſtitutionum Codicis Theodoſiani, atque Prolegomena Hiſtoriam huius Codicis explanantia. Subiiciuntur Notitia Dignitatum, Index perſonarum & locorum, quorum fit mentio, vna cum Gloſſario Nomico & Supplemento.

## §. IV.

*Codex Iuſtinianeus.* Ex his ergo tribus Codicibus, & Imperatorum, qui Iuſtinianum fuere ſecuti, Conſtitutionibus, ſuum primum Codicem concinnari voluit Iuſtinianus. *Pandecta.* Hoc anno 529. edito, Veterum quoque Ictorum libros, quorum numerus ad duo millia adſcendebat, & verſuum ſiue ſententiarum, trecenties decem millia colligi iuſſit. Ex his, vt ſub certis titulis omnem iuris materiem componeret, cura demandabatur Triboniano, præfinito labori decennii tempore. Curam cum aliis adgreſſus Tribonianus, vix quadriennii ſpatium adimpleuit gloriam ex celeritate petens. Ea autem ſaltim congeſſit, quæ proximiora erant ætati moribusque illorum temporum, omiſſis genuinis Iurisprudentiæ fontibus. Exinde compoſitæ Pandectæ, ſiue Digeſta, quia in hoc volumen congeſta ex ſcriptis veterum Ictorum præcipua. Atque hæc anno 533. fuere edita. Eodem anno ad exemplum Caii Icti, prima iuris elementa in libros quatuor Inſtitutionum componi voluit, vt faciliorem faceret viam iuris ſtudioſis. Licet autem hæ ex Pandectis eſſent deſumtæ, vno tamen menſe ante easdem fuerunt publicatæ. Sequenti anno 534 cum Codici aliquid deeſſe videretur, nouum

Digitized by Google

nouum edidit repetitæ prælectionis, illum ſcilicet, quo hodie vtimur.

§. V.

*Nouella & edicta Iuſtiniani.*

Poſt Codicem, Nouellas quasdam conſtitutiones pro negotiorum varietate, quæ ſemper noui quidpiam creat, edidit. Dicuntur iſtæ alias ius Nouum, eo quod in iis emendatum vel additum quid videmus, ad id, quod in Codice conſtitutum. Has autem Imperator ſuo ordine & tempore reliquit paucis exceptis, plerumque Græca lingua conſcriptas, quæ, ab ignoto & priuato homine, ſed non ſemper ordine temporum ſeruato, fuerunt collectæ. Hæ poſtea, vti infra videbimus, latine verſæ, in vſu eſſe cœperunt, atque authenticæ fuerunt dictæ. Vltimo loco veniunt *edicta XIII. Iuſtiniani*, quæ non ad certum aliquem hominem aut populum ſunt ſcripta, ſed in genere promulgata. Atque hæ ſunt partes iuris ciuilis, quod vulgo adpellari ſolet Corpus Iuris.

§. VI.

*Editiones Corporis Iuris.*

Huius editiones habemus tres præcipuas: *Haloandrinam*, *Florentinam* & *vulgarem*. Plures iam additis gloſſis, ſeculo decimo quinto factæ fuerunt, ſed cum illæ plerumque eſſent corruptæ, *Haloandrina* prima cenſeri debet, quæ ſuperioribus eſt

*Haloandrina.*

emendatior. Edidit iſte Pandectas *Noribergæ 1531. 4.* ex collectione Florentinarum, manu Politiani olim facta: licet Politiani notas non vbique fuerit ſecutus, nec textum nec orthographiam vbique ſeruauerit. Hanc decennio poſt ſecuta eſt *Heruagiana*, *Baſileæ 1541. f.* a IOANNE HERVAGIO, Typographo Baſileenſi facta, Alciati, vt ſcribit, aliorumque Doctorum ope adiuto, in qua Græcorum verborum, vbi obueniunt, addidit interpretationem. In Codice Haloandrinam editionem ſecutus, aliquas lectiones variantes adiecit.

§. VII.

*Florentina.* Altera eſt *Florentina.* Nomen iſta habet ab antiquiſſimo Pandectarum codice Florentino, ad quem collata. Hic in Amalphitana vrbe, Lotharii Imp. temporibus reperiebatur, & Piſas, primum, ex quo *Pandectæ Piſanæ*, poſt inter ſpolia bellica Florentiam fuit translatus, ibidemque in Ducali Bibliotheca adhuc adſeruatur, inde *Pandectæ Florentinæ.* Illum ipſum Codicem eſſe, qui a Iuſtiniano fuit promulgatus, adſeruit Guilielmus Budæus & Angelus Politianus. Potius negat Antonius Auguſtinus & Io. Mabillonius, eo quod abbreuiaturas continet, quas ſub Legis Corneliæ pœna prohibuerat Iuſtinianus. Licet de eo

de eo plane non ſit dubitandum, Codicem eſſe antiquiſſimum, paullo poſt Iuſtiniani tempora conſcriptum, quod ſcripturæ antiquitas, vocum litterarumque connexio ſatis indicant. Primus igitur Pandectas ad Codicem Florentinum collatas edidit HUGO a PORTA, *Lugduni 1542. f.* & aliam limatiorem *1552. f.* in qua inſcriptiones legum reſtituit, Græcas ſanctiones inſeruit, cum latina Franciſci Hottomanni interpretatione. Nouam procurauit FRANCISCUS TAURELLUS, *Florentiæ 1553. f. 3. vol.* nitido caractere exſcriptam, quæ editio optima eſt atque rariſſima. Ad easdem Florentinas accommodata quoque eſt editio LVDOVICI RVSSARDI, quæ primum *Lugduni* prodiit *1561. fol.* dein *Antwerpiæ* apud Plantinum recuſa *1567. 8.* additis notis clariſſimorum Ictorum & ſummariis Duareni. Codex quoque ad XV. exemplaria fuit collatus. Alia eſt ANTONII CONTII, quæ *Lugduni* apud Guilielmum Rouilium prodiit *1571. 8.* in qua duæ lacunæ, ſub titulo *de bonis damnatorum & de interdictis & relegatis* ope Baſilicorum repletæ, Conſtitutiones quam plurimæ Græcæ, earumque epitomæ plus quam 150. ex theſauris Cuiacii, atque Antonio Auguſtino fuerunt additæ: Græcorum quoque interpretationes adiectæ, & ſum-

ſummaria ex Bartolo. Tandem quoque LVDOVICI CHARONDÆ editio prodiit *Antwerpiæ* apud Plantinum *1575. f.* Hæ vero & ſimiles editiones in foro quidem non receptæ, adſeruantur tamen in bibliothecis, ad notandas lectiones variantes atque explicandas leges corruptas. Neque tamen miremur, qui factum, quod, licet omnes ad Florentinum Codicem ſuam direxerint editionem, inter ſe tamen nihilominus diſcrepent. Litteræ enim antiquiſſimæ Codicis inuicem connexæ, ſine vlla vocum diſtinctione, quaſi vnica vox totius eſſet Codicis; difficilem ſæpe reddiderunt lectionem librariis, qui in eodem vel deſcribendo vel cum aliis conferendo adlaborarunt. Ex quo voces nonnunquam corruptæ irrepſerunt. Animaduertit illud LAURENTIUS THEODORUS GRONOVIUS, qui quasdam *emendationes Pandectarum*, iuxta Florentinum exemplar, quod ipſi inſpicere datum eſt, edidit *Lugduni Batauorum 1688. 8.* nec tamen vltra Iuſtiniani tres præfationes & Ictorum veterum indicem progreſſus eſt, in ipſos Pandectarum editores cenſor alias iniquus. *De propriis nominibus τοῦ πανδέκτου Florentini* egit, notasque adiecit ANTONIUS AUGUSTINUS, *Tarracone 1579. f.*

§.VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

*Vulgaris editio*, quæ in tribunalia & fora, communi quaſi conſenſu recepta, DIONYSII eſt GOTHOFREDI, cuius optima editio, *cura* SIMONIS van LEEUWEN prodiit *Amſtelodami 1663. f.* cui proxima eſt iſta, quæ *Lugduni* facta *1660. f.* & *Francofurti 1663 quarto maiori*; hæc enim eſt emendatiſſima. Nouam haut ita pridem editionem pararunt Lipſienſes, eamque ſatis etiam emendatam. *Vulgaris.*

§. IX.

Pandectarum editionibus ſupra memoratis additus quoque eſt Codex. Nouellæ autem variæ ſunt, vel Imperatorum tertiæ epochæ, a Theodoſio II. ad Iuſtinianum, ideo ſic dictæ, quod nouiſſime poſt Codicem Theodoſianum editæ, vt Valentiniani, Leonis Maioriani, Zenonis, aliorumque: vel *Iuſtiniani*, *Martiani*, *Maioriani & Seueri Nouellas* ex *Aniani* breuiario IO. SICHARDUS edidit, *Pariſiis 1571. 4. Geneuæ 1593. 4. Maioriani Nouellas* Cuiacianæ editioni ANTONIUS OISELIUS addidit *Pariſiis 1606. fol. Nouellas Theodoſii, Valentiniani &c. XLII.* PETRUS PITHOEUS edidit *Pariſiis 1571. & 1609. 4.* *Codex & Nouellæ.*

§. X.

Nouellas Iuſtinianus primum græce publi- *Nouellar. translat.*

Digitized by Google

publicauit, deindè ipſius iuſſu κατὰ πόδα in latinum ſermonem fuerunt translatæ, in publicum euulgatæ imperante Iuſtino ſecundo. Auctorem eius quidam BULGARUM faciunt, vel eius coæuum, BERGVNTIONEM Piſanum. Cuiacius tamen VIII. obſ. XL. hominem Græcum fuiſſe dicit, ætate Iuſtiniani non longe inferiorem, qui non multo poſt editionem Nouellarum, Occidenti latinam dederit interpretationem. Patet illud ex Gregorii M. qui haut longe a Iuſtiniani temporibus abfuit, epiſtolis, quæ integra ſæpe huius translationis verba adducunt. Adparet hæc verſio in corpore Iuris, ſub nomine Authenticæ, eo quod plerumque κατὰ πόδα atque ad verbum ſit facta. Hæc translatio barbara licet ſit, ab auctore Græco, latini ſermonis non adeo gnaro profecta, recepta tamen eſt in ſcholas atque iudicia. Et licet quidam velint, ab hac Nouellarum verſione in dubio ad fontes Græcos eſſe recurrendum, verior tamen eorum eſt ſententia, qui negant, tum quod adhuc de genuina textus Græci ratione dubitatur, tum quod vſus hanc verſionem fecerit authenticam. Hæc autem verſio diutius in tenebris iacuit, vsque tum Irnerius Lotharii tempore, lacunas iſtius infeliciter ſatis ſupplere conaretur. Berguntio vero,

vel

Digitized by Google

vel quiſquis interpres alius, neglecto prorſus veteri Nouellarum numero nouam pertexeret ſeriem in nouem collationes diſtributam. Dictæ autem ſunt collationes, quaſi collatæ ad alias, atque propoſitæ ad declarandas vel abrogandas leges Codicis.

§. XI.

Inter verſiones Nouellarum latinas poſt authenticam illam prima eſt IVLIANI, anteceſſoris Conſtantinopolitani, cuius *liber Nouellarum* circa annum 570. confectus. Hic autem Nouellas non quidem vertit integras, aut ad verbum, ſed in epitomen contraxit, reſecatis prologis & epilogis. Hæc Nouellarum epitome, quam in duos libros diſtinxit, quorum prior peruenit vſque ad Nouellam LXIII. ſub Nouellarum adpellatione olim venit per Irnerium, Bulgarum, Ioannem, Azonem, Accurſium. Primus eam edidit NICOLAVS BOERIVS, cum legibus Longobardorum & ſcholiis, *Venetiis 1537. 8.* Poſtea LVDOVICVS MIRÆVS eandem epitomen edidit *Lugduni 1560. 8.* Idem etiam editionem Goltzii *Brugis 1565. 4* procurauit. Hunc ſecutus ANTONIVS AVGVSTINVS, cuius *collectio Nouellarum Iuliani* cum paratitlis, & Conſtitutionibus Græcis, quæ deſunt in Codice Iuſtinianeo, prodiit *Ilerdæ 1567. 8.* & reliquis limatior eſt atque

*Nouella Iuliani.*

Digitized by Google

que emendatior. Tandem FRANCISCVS PITHOEVS, ex fratris Petri bibliotheca aliam edidit, quæ cum paratitlis, ſcholiis Auguſtini & variis lectionibus *Baſileæ* prodiit 1567. *f.* Additæ nonnullæ Iuſtiniani & Iuſtini Conſtitutiones, gloſſarium quoque atque explicatio vocum obſcuriorum.

§. XII.

*Nouellæ Haloandrina.*

Tertiam latinam verſionem procurauit GREGORIVS HALOANDER. Hic enim cum videret translationem, qua hodie vtimur, textui Græco non reſpondere nouam dedit *Noribergæ* 1530. *f.* Hunc ſecutus eſt HERVAGIVS, qui Alciati, vt ſcribit, aliorumque Doctorum ope adiutus, *Nouellas* auctiores edidit *Baſileæ* 1541. *f.* Notas etiam marginales Aemarii Ranconeti, Petri Fabri & Iacobi Cuiacii adiecit. Haloandri translationem LVDOVICVS RVSSARDVS ex Duareni emendatione recognitam edidit 1567. *f.* Omnium abſolutiſſima eſt editio HENRICI AGYLÆI, qui conſtitutiones Nouellas Iuſtiniani ab Haloandro verſas caſtigauit, lectionum varietatem adnotauit, & ipſe quoque easdem tranſtulit, *Pariſiis* 1560. 4. Idem quoque dedit *Nouellarum Iuſtiniani Conſtitutionum ſupplementum*, cum Haloandri ac Scrimgeri editionum collatione, *Baſileæ* per Ioannem Heruagium 1561. 4. *&*

*Colo-*

Digitized by Google

*Coloniae 1552. 8.* Veterem tamen interpretationem retinuerunt plerique. CONTIVS quoque aliquas Nouellas adiecit, atque decimam collationem eſſe voluit, quas & olim ſub titulo Extrauagantium addiderat Iacobus de Bellouiſo, ſed receptæ non ſunt.

§. XIII.

*Reliquæ Nouellæ.* Poſt Iuſtiniani Nouellas extant etiam aliæ, vtpote Iuſtini, Tiberii, Leonis *ἐπανορθωτικαὶ καθάρσεις*, quibus Leo aliqua Iuris Iuſtinianei corrigere conſtituerat, quæ licet receptæ non ſint, ad calcem tamen corporis Iuris, editionis Gothofredianæ, fuerunt additæ. Reliquorum vero Imperatorum Græcorum, Conſtantini V, Baſilii Macedonis, aliorumque Nouellas varie habemus editas, vtpote ab ENIMVNDO BONEFIDIO, *apud Henricum Stephani 1573. 8.* a IOANNE LEVNCLAVIO, *in fine ſynopſeos* Βασιλικῶν, *Baſileæ 1575. fol.* & in libro, cuius titulus *Ius Græco Romanum* a Frehero edito *1596. f.* CAROLVS LABBÆVS decem Nouellas auctiores & emendatiores edidit *Pariſiis 1609. 8.* Quædam autem recuſæ *Lugduni Batauorum 1671.* cum notis, inter reliqua opera Conſtantini Porphyrogeneti, vti auctor eſt Iacobus Gothofredus *in Manuali Iuris cap. V.*

C §. XIV.

Digitized by Google

## §. XIV.

*Corpus Iuris gloſſatum.*

Aliud eſt *Corpus Iuris*, quod *gloſſatum* dicitur a gloſſis, iuris textui in margine additis. Conſcripſere tales in ſpeciales quasdam iuris partes, Pepo, & qui ex ſchola Irnerii prodierunt, Placentinus Bononienſis, Ioannes Boſſianus, Martinus Coſſias, ambo Cremonenſes, Bulgarus Piſanus, Azo, Accurſii præceptor, Aldericus, Barnerius, Kilianus, Columbus, Faſolus, Hugolinus, Roffredus, quorum gloſſas interlineares in particulares tantum Corporis Iuris partes in ſuas transfudit, atque primus totum ius illuſtrauit FRANCISCVS ACCVRSIVS. Nec vllus poſt eum gloſſas commentus fuit, cum Commentatorum poſtea oriretur ſeculum. Inter diuerſas autem editiones optimam habemus PETRI BAVDOZIANI, caractere minori exſcriptam atque editam *Lugduni 1593. & Geneuæ 1614. 4. Tomis 4.* Quæ non ſolum accurata, ſed ad vſum quotidianum maxime commoda. Ea, quæ ſub ſigno Salamandræ prodiit *Lugduni 1554. f. 5. Tomis*, atque rubricis eſt diſtincta. Ea quæ ſub ſigno Leonis prodiit Lugduni Ius Canonicum quidem *1572.* Ius Ciuile *1580.* Quam inſecuta ea, quæ cum gloſſis, ſcholiis Contii, paratitlis Cuiacii & notis Dionyſii Gothofredi prodiit *Lugduni 1589. f.*

*6. Tomis,*

Digitized by Google

*6. Tomis*, ſub ſigno Leonis, quam omnibus aliis præfero. Tantam autem auctoritatem habent gloſſæ, vt de iis vulgatum ſit prouerbium; *gloſſæ auctoritatem omnes excellere, & illi tanquam Carotio veritatis perpetuo adhærendum eſſe.* Maxime vero dum Aduocatis adminicularentur, idolum aduocatorum fuerunt adpellatæ. Quare etiam ex eius ſententia cauſſam iudicandam eſſe putat Arthurus Duck, de auctoritate iuris Ciuilis lib. I. cap. VIII. quoties inſignis aliquis interpres ei adhæſerit. Ad hocce vero gloſſatum Corpus binos habemus indices: alterum collectore PETRO BROSSEO, *Lugduni 1589. f.* qui tamen breuior eſt, alias ob additas remiſſiones commendandus: STEPHANI vero DAOYS, Nauarri *index ad Corpus Iuris Ciuilis, auctus per Thomam de Inges & Venetiis 1610.* ac *Geneua 1635. f.* editus, optimus eſt, & non ad textum iuris ſolum, ſed etiam ad gloſſam directus, immo etiam rarus.

## §. XV.

*Fragmenta veterum Legum.*

Ad fontes hosce etiam referenda ſunt fragmenta veteris iuris Romani & Iure conſultorum. Illud enim a Iure Iuſtinianeo probe eſt diſtinguendum, cum hoc ſaltim ex ſcriptis Iureconſultorum concinnatum, reiectis nonniſi inſigni cum detrimento, fontibus genuinis. Primum Iurisprudentiæ

Romanæ fundamentum ſunt LEGES REGIÆ, a Sexto Papirio tempore Tarquinii Superbi, in vnum corpus collectæ, quod exinde dictum fuit IVS PAPIRIANVM, in quod commentatus eſt GRANIVS FLACCVS, cuius *de iure Papiriano* librum adlegat Paulus l. 145. *π*. de V.S. Id quod etiam Macrobius III. Saturn. XI. adlegauit. Harum tamen legum non niſi pauca ſuperſunt fragmenta, quæ ANTONIVS AVGVSTINVS in ſuo *de Legibus & SCtis Romanis* tractatu *Pariſiis 1585. f.* exhibuit, & qui in eundem commentatus FVLVIVS VRSINVS, *Romæ 1583. 4.* Vtrique continentur in Theſauri tomo ſecundo Antiquitatum Romanarum Græuiano. *Leges Romuli* edidit FRANCISCVS BALDVINVS, *Geneuæ 1683. f.* qui adſerere auſus, ſe octodecim Romuli leges habere, ex columna quadam aurea, Romæ in Capitolio erecta. Omnes vero *leges Regias & Decemvirales* congesſit IVSTVS LIPSIVS, quæ inter opera eius extant, ex quo Fridericus Sylburgius ſuas hauſit, quas cum breuibus notis Dionyſio Halicarnaſſenſi adnexit, atque Wæchelianæ, etiam Lipſienſi atque Oxonienſi editioni fuerunt adiectæ. LEGES regias ſecutæ fuere XII. TABVLARVM. Ad has ex antiquis fuere commentati Sextus Aelius, L. Acilius, Lælius Valerius Meſſala, Q. Antiſtius

Labeo,

Digitized by Google

Labeo, & demum Caius. Ex iis, qui fragmenta XII. Tabb. collegerunt, ſingulos hic adducere ſuperfluum erit. Præcipui ſunt FRANCISCVS BALDVINVS in *Commentariis de LL. XII. Tabb. Baſileæ 1557. 8. Argentorati 1616. 4.* quibus præter Origines & hiſtoriam Regum XII. tabb. reliquias collegit easdemque in certa diſtribuit capita. Dein DIONYSIVS GOTHOFREDVS, qui *epitomen fragmentorum* dedit *ex LL. XII. Tabb. Geneuæ 1586. 8uo.* THEODORVS MARCILIVS eadem *fragmenta* collegit, in eademque fuit commentatus *Pariſiis 1600. 8. & 1603. 12.* Inter omnes optima eſt editio, quam fecit IACOBVS GOTHOFREDVS, qui *fragmenta LL. XII. Tabb. legis Iuliæ & Papiæ, edicti perpetui vt & Sabinianorum librorum* ſeparatim olim *Heidelbergæ 1617. 4.* edita: congeſſit in *fontibus quatuor Iuris Ciuilis, Geneuæ* editis *1663. 4.* in quibus non ſolum aliorum errores correxit, quæ omiſſa ſuppleuit, reliqua additis obſeruationibus eruditis, atque gloſſario iuſte fuit interpretatus. Addi poteſt ANTONII CLARI SYLVII liber ſingularis *ad leges Regias & duodecim Tabularum, Pariſiis 1603. 8.* Vt taceam alias *leges Romanorum*, de quarum origine & hiſtoria ſingularibus tractatibus egerat ANTONIVS AVGVSTINVS atque FVLVIVS VRSINVS, *Romæ 1583. 4. Pariſiis 1563. f.* & *Lugduni 1592. 4.* LVDO-



Digitized by Google

VICVS CHARONDAS, *Pariſiis* 1555. 12. & VLRICVS ZASIVS in Tomo I. Tractatus Tractatuum. Ad ſingulares vero aliquas Romanorum leges commentati fuerunt alii. Ad *Leges, Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Papiam Poppaeam, Rhodiam, Aquiliam* commentatus fuit FRANCISCVS BALDVINVS, *Baſileae* 1559. 8. IACOBVS RÆVARDVS *ad Legem Scriboniam de Vſucapionibus, Ienae* 1586. 8. Ad *legem Iuliam de adulteriis* BARNABAS BRISSONIVS, *Heidelbergae* 1664. 8. Ad *legem Iuliam Maieſtatis* ANTONIVS CONTIVS, *Spirae* 1594. 8. & ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiae* 1607. 8. Ad *L. Cinciam de ſalariis, honoribus & officiis cauſſarum patroni*, FRIDERICVS BRVMMERVS, *Pariſiis* 1668. 4. qui nouiſſime prodiit ex recenſiore GEORGII BEYERI addita præfatione de *Iurisprud. rituali formularia & ſymbolica Lipſ.* 1712. 8. De *Lege Clodia de vi* SCIPIO GENTILIS. Extat in eiusdem iure publico Populi Romani *Altorf.* 1662. 4. EDICTVM PERPETVVM Hadriani Imp. auctoritate a Saluio Iuliano, ICto, ex Prætorum edictis annuis olim; in certos titulos fuit digeſtum, quod cum variis lectionibus GVILIELMI RANCHINI prodiit *Pariſiis* 1579. 8. Ranchinus tamen non verum illum & genuinum ordinem ſeruauit, ſed ſecundum Iuſtiniani Inſtitutiones, edictum digeſſit. Cum vero in

Digitized by Google

in hac editione multa adhuc deeſſe videret Ranchinus, manum operi admouit IACOBVS GOTHOFREDVS, dum ſcilicet ordinem edicti e veterum ICtorum, Iuliani, Vlpiani, Pauli, Caii, Calliſtrati, Pomponii & cæterorum ICtorum, e quorum ſcriptis Pandectæ fuerunt congeſtæ, commentariis eruit atque inter Fontes Iuris Ciuilis edidit *Geneuæ 1653. 4.*

## §. XVI.

*Fragmenta veterum ICtorum.*

CAII *inſtitutionum fragmenta*, quæ hodie ſuperſunt, ſed iuſſu Alarici Gothorum regis, Aniani manu deformata, edidit IOANNES SICHARDVS & ALMARICVS BOVCHARDVS, *Louanii 1573. 12.* poſt, cum HIERONYMI ALEANDRI iunioris eruditis commentariis extant *Venetiis 1600. 4.* & cum notis IACOBI OISELII, *Lugduni Bat. 1658. 8.* licet Oiſelius Aleandro pleraque ſurripuerit. IVLII PAVLI *receptarum ſententiarum libros* interpretatus eſt IACOBVS CVIACIVS. Eiusdem *Pauli fragmentum ex libro II. Inſtitutionum* editum *Baſilea 1528. fol.* Idem Cuiacius *Africanum* quoque & *Papinianum* integrum edidit, *Pauli ad edictum libros*, *quaeſtiones*, *reſponſa*, *Iuliani Digeſta & libros ex Minicio Natali.* Sic etiam *ad Vrſeii Ferocis* librum *de ambiguitatibus, ad reſponſa Scauolæ, Vlpiani, Marcelli, Neratii, Modeſtini reſponſa*

*& libros differentiarum* fuit commentatus, quæ inter eius opera extant. Demum CONRADVS RITTERSHVSIVS omnes *ſententias Pauli*, ex Aniani excerptis, fragmentis per Pandectas ſparſis, Codice Veſuntino, & Petri Pithœi collatione congeſſit atque edidit *Noribergæ 1594. 8.* Cui ſimilis editio prodiit *Aureliæ 1599. 12. Iurisprudentiam Mutianam* edidit FRANCISCVS BALDVINVS, *Baſileæ 1558. 4. Papinianeam*, ANTONIVS FABER, *Geneuæ 1593.* & *Pariſiis 1573. 4.* Eundem *Papinianum ſiue recitationes in omnes Leges* Papiniani edidit IACOBVS CVIACIVS, *Francofurti 1595. 4.* & cum aliis miſcellaneis MATTHÆVS WESENBECIVS, *Wittenbergæ 1570. 8. Vlpiani fragmenta, ſeu tituli XXIX. ex corpore Vlpiani* ab eadem Aniani manu ſuperſunt, quæ IOANNES SICHARDVS, poſt, EMARVS RANCONNETVS & IOAN. TILIVS *Lutetiæ 1549. 4.* ediderunt, ad quæ poſtmodum notas & argumenta dedit IOANNES CRISPINVS, *Lugduni 1589. 8.* & IACOBVS CVIACIVS, *Pariſiis 1553. 8.* & inter eius Opera Ad Herennium Modeſtinum ſcripta & ſententias explicandas facit IO. SCHILTERI *Herennius Modeſtinus, ſiue fragmenta libri περὶ εὑρηματικῶν Commentario illuſtrata Argentorati 1687. 4.* Ad

eundem

eundem ſunt HENRICI BRENCKMANNI *Diatriba, Lugduni Bat. 1706. 8.* Nec ita pridem prodiit NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *ſchediaſma Critico-Iuridicum, quo C. Trebatius Teſta ab iniuriis tam veterum quam recentiorum auctorum liberatur, Halæ 1710. 4. Collationem legum Moſaicarum & Romanarum* ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Caii, Modeſtini, aliorumque veterum Iuris auctorum libris, ex Codice etiam Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano deſumtam atque in XVI. titulos diſtributam PETRVS PITHOEVS, ex Mandubiorum bibliotheca edidit & luculentis notis illuſtrauit *Lutetiæ 1573. 4to.* Huius collationis auctorem Io. Tilius & Iacobus Cuiacius perperam faciunt LICINIVM, qui Alexandri Seueri temporibus vixit, cum certum ſit, hanc collationem poſt Codicem Theodoſianum fuiſſe editam, ex quo ſæpe allegantur conſtitutiones. Marquardus Freherus lib. I. παρέργων Iuris cap. IX. ſuſpicatur, auctorem fuiſſe Iudæum, qui ad auertendam gentis inuidiam hanc exhibuerit collationem. Vt ideo de auctore ſatis adhuc planum non ſit. Vtilitatem huius libri triplicem facit Gothofredus: primum quod perſpicue repræſentet, quid Tribonianus, & Collegæ in excerpendis veterum ICtorum ſcriptis ſibi indulſerint.

Dein, quod quampluríma Iuris fragmenta ex veteribus ICtis contineat, quæ alibi non occurrunt. Tandem oſtendit, quomodo in titulos veterum ICtorum libri fuerint diuiſi. Facit autem ad hæc fragmenta, prout in Pandectis continentur. IACOBI LABITTI *index legum, quæ in Pandectis, Pariſiis 1557. 4. Lipſiæ 1616. 8. & Lugduni Batauorum 1674. 8.* His tamen multo locupletior eſt editio, quæ prodiit ſub titulo: *indices iuris varii, Iacobi Labitti, Antonii Auguſtini & Wolfgangi Freymonii ad Pandectarum & Codicis leges, Geneuæ 1585. 8.* quo ICti ſuo ordine referuntur, & quæ ex ſingulis eorum ſcriptis deſumtæ leges, ſub iis traduntur. Eiusdem inſtituti ſunt, HENRICI BRENCKMANN *Pandectæ Iuris Ciuilis auctoribus ſuis & libris reſtituti Amſtelodam. 1709. 8.* Quod alias quoque egit, non tamen eadem cura, GEORGIVS EBERLINVS, in ſuo *de origine iuris* tractatu, *Witteberga 1674. 4.*

# CAPUT QVARTUM
## De
## IVRE GRÆCO, POST TEMPORA IUSTINIANI.

### §. I.

*Ius Græcum.*

A Iure Romano pergimus ad Ius Græcum.

eum. Poſt mortem Iuſtiniani ius Iuſtinianeum in fora quidem atque gymnaſia fuit receptum. Sed ſeculo ſeptimo ſub Phoca diminui cœpit eius auctoritas. Cum enim Conſtantinopoli ſaltem & in vrbe Beryto Ius Iuſtinianeum doceretur, atque latinæ linguæ vſus paullatim recederet, Pandectas in Græcam linguam transtulit THALELÆVS, & paulo poſt Codicem. Secutus fuit THEOPHILVS, qui *Inſtitutiones* in Græcum Sermonem transtulit. Pandectarum translationem ſuperſtitem amplius non habemus; ſed inſtitutionum græcam paraphraſin, quam ex Beſſarionis MSto Bibliothecæ Venetæ primum eruit VIGLIVS ZWICHEMVS, *Baſileæ 1574. Louanii 1536.* 4. & græco-latine apud Commelinos *1620.* 4. Poſt accuratius recuſam & latine verſam a IACOBO CVRTIO edidit LVDOVICVS MIRÆVS, *Lugduni 1581.* 4. Tandem ex tribus Codicibus Bibliothecæ Pariſienſis regiæ textum emendauit, latinam Curtii verſionem, ſcholia Græca atque notas addidit CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS, *Pariſiis 1638.* & *1657.* 4. & qui easdem cum nouis notis atque animaduerſionibus eruditis edidit IOANNES DOVIATIVS, *Pariſiis 1681.* 12.

§. II.

Præcipuum tamen Iuris Græci funda- *Libri Baſilicorum.*

men-

mentum conſiſtit in libris BASILICORVM. Hoc opus primum Baſilius Macedo anno 867. iuſſit componere, ita, vt quadraginta libris comprehenderet Iurisprudentiam Iuſtinianeam cum ſequentibus Impp. conſtitutionibus, nouo tamen ordine adornatam, idque opera Sabbathii, protoſpatharii. Opus a patre cœptum perfecit filius eius, Leo, atque LX libros vsque perduxit. Huius denique filius Conſtantinus Porphyrogenitus poſt annos 20, repetita prælectione Opus purgauit atque emendauit, quare communiter auctor habetur Baſilicorum. Horum ſex libros latine primus edidit GENTIANVS HERVETVS, librum 28, 29, 45, 46, 47, 48. *Lutetiæ 1557. f.* & quidem quatuor vltimos integros, priores mutilos. Plurium librorum editionem mors prohibuit. Sed, cum Iuris expers fuerit Heruetus, verſio minime eſt elimata. Ex eiusdem tamen Cuiacii interpretatione a CAROLO LABBEO editi ſunt *lib. XXXIIX. & XXXIX Pariſiis 1609. f.* cum indice titulorum libri XL. XLI. XLII. Tandem vero ex bibliotheca regia, auſpiciis Franciæ Cancellarii, PETRI SEGVIERII *Baſilica Græca* cum interpretatione edidit CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS, ſed XIX libris mutila, ita vt XLIII tantum libri extarent, *Pariſiis 1647. f. VII. voluminibus.* Perierunt autem

libri

Digitized by Google

libri XIX. XXXI. ad XXXVIII. XLIII. XLIV. XLIX. vsque ad LX. Licet hunc defectum ex ſynopſi & gloſſis ſupplere conatus fuerit Fabrottus. Huic vltimæ editioni addita quoque eſt IOSEPHI MARIÆ SVARESII *notitia Baſilicorum*, quæ ad hiſtoriam Baſilicorum facit, in eademque latere multas adhuc in Baſilicorum libris Gloſſas, in variis Bibliothecis, Vaticana inprimis atque Pariſienſi auctor eſt. Hæc editio eſt ſumtuoſa quidem, accuratiſſima tamen.

§. III.

*Ecloga Baſilicorum.*

Interea, dum Baſilicorum apud Græcos vigeret auctoritas, Iureconſulti veteres, Balſamo, Stephanus, Nicæus, Thalelæus, Euſtachiusque occupati erant vel in conficiendis paratitlis, vel colligendis titulorum argumentis, concinnanda epitome vel breui componenda interpretatione. Dein Imperatores, Inſtitutionum inſtar, concinnari fecerunt πρόχειρον μικρὸν ſiue *Promtuarium paruum* ex magno contractum, quod etiam ecloga & ſynopſis, ſiue ſelectio compendiaria dicitur. Inde prodiit ſynopſis, ſiue *ecloga horum Baſilicorum*, cuius libri auctorem eſſe volunt ROMANVM IVNIOREM LACAPENVM. Ea κατὰ ςοιχεῖον, id eſt, ſecundum ordinem litterarum & elementorum confecta fuerat.

Leges

Leges enim Baſilicorum & titulos ad litterarum ordinem refert, atque in Prochirum maius & minus diſtinguitur. Vtrumque Tarenti apud Calabros a Sambuco repertum edidit, atque in latinum ſermonem, additis adnotationibus tranſtulit IOANNES LEUNCLAVIUS, *Baſil.* 1575. *f.* non tamen iuxta ordinem, quo compoſita fuerant, ſed iuxta ordinem Baſilicorum. *In hanc ſynopſin obſeruationes atque emendationes* edidit CAROLVS LABBÆVS, *Pariſiis* 1606. 8. easdemque eruditas. Alia *ſynopſis Baſilicorum* extat ATTALIATAE MICHAELIS, cui titulus: *ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικὸν*, quæ iuſſu Michaelis Ducæ anno 1070. conſcripta, & in Tomo ſecundo Iuris Græco Romani continetur. Sic etiam MICHAELIS PSELLI extat *ſynopſis legum* ad Michaelem Ducam, circa annum 1061. ex iuſſu patris ipſius & Imperatoris, verſibus iambicis edita, *cum verſione & notis Franciſci Bosqueti*, *Pariſiis* 1632. 8. EUSTACHIUS anteceſſor librum edidit *περὶ χρονικῶν διαστημάτων*, *de interuallis temporum*, ſiue, de diuerſis temporalibus præſcriptionibus a momento vsque ad centum annos, quam partim ad Baſilicorum libros accommodauit. Hic primum editus a SIMONE SCHARDIO, *Baſileæ* 1561. 8. mox plenius a Cuiacio, demum in Tomo II.

Leun-

Leunclauii. Continentur hæc atque ſimilia in opere, quod inſcribitur *Ius Græco-Romanum tam Canonicum quam Ciuile*, cum latina verſione, notatis & præfatione IOANNIS LEUNCLAVII, *Francofurti* 1593. 8. & cum auctario MARQVARDI FREHERI, duobus tomis, *Francofurti* 1596. *f.* quæ tamen collectio perquam eſt rara. Sic etiam EMVNDVS BONEFIDIVS *libros III.* edidit *Iuris Orientalis græci & latini cum notis*, *Baſileæ* 1573. 8. quibus varias Imperatorum Byzantinorum conſtitutiones congeſſit. CONSTANTINVS HARMENOPVLVS, Iudex Theſſalonicenſis, poſt promulgationem Baſilicorum *promtuarium iuris* edidit *cum verſione Ioannis Merceri*, & *paratitlis Dionyſii Gothofredi*, in quo Nouellæ Imperatoriæ adlegantur vſque ad Manuelem Comnenum. Plures eiusmodi libri adſeruantur MSti in Bibliotheca Vindobonenſi, quos in Tomo ſexto recenſet Lambecius. Extant etiam *gloſſæ veteres* græcæ, quibus ordine alphabetico verborum & vocum rariorum iuris Romani, quæ in Iuſtinianæis libris & Baſilicis occurrunt, interpretatio continetur. Inſeruerant illas quidem ſcriptis ſuis Alciatus, Cuiacius, Briſſonius, Pithœus, Fornerius. Sed coniunctim eas ex regia bibliotheca edidit atque notis illuſtrauit CAROLVS LABBEVS, *Pariſiis* 1606. 8.

*CAPVT*

Digitized by Google

# CAPUT QVINTUM

## De IVRE FRANCICO, GERMANICO ET GENTIUM ALIARUM.

### §. I.

*Ius Francicum.*

POſt Ius Græcum ſequitur Ius Francicum atque Germanicum. *Capitularia Regum Francornm*, Caroli M. & Ludouici Pii anno 827. primus congeſſit ANSEGISUS, eademque libris IV. In horum primum congeſſit capitula Caroli M. ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in alterum capitula eccleſiaſtica Ludouici Pii, in tertium capitula Caroli ad mundanam pertinentia legem, in quartum denique ea, quæ Ludouicus Pius fecit ad augmentum mundanæ legis, vti tradit Sigebertus Gemblacenſis ad ann. 927. Atque hæc congeſtio ſtatim Ludouici Pii & Caroli Calui auctoritate fuit adprobata. Prodiit autem *Pariſiis 1550.* & *Baſileæ 1557. 8.* & *cum additionibus atque gloſſario* PETRI PITHOEI, *Pariſiis 1588. Moguntiæ 1502. 8.* & cura IACOBI SIRMONDI, *Pariſiis 1640. 8.* quam inde Codici ſuo legum antiquarum inſeruit

Digitized by Google

inſeruit Lindenbrogius. Cum vero Anſegiſus plurima Caroli M. ac Ludouici Pii capitula prætermiſiſſet, atque Pipini & Carolomanni conſtitutiones plane omiſiſſet, Benedictus Leuita Moguntinenſis anno 845. capitularia in vnum collegit & in tres libros diſtribuit. Exiſtimant quidem Baronius atque alii, hanc collectionem, iuſſu concilii Meldenſis fuiſſe factam, quod tamen falſum eſſe probat Conringius de Orig. Iuris Germanici cap. XV. Iuſſu autem Otgarii, archiepiſcopi Moguntini hanc collectionem factam, ſequentes ipſius Benedicti verſus comprobant.

*Autcario demum quem nunc Moguntia ſummum*
*pontificem tenuit, præcipiente pio,*
*poſt Benedictus ego, ternos leuita libellos*
*adnexi, legis quis recitatur opus.*

Confuſam tamen hanc Benedicti collectionem atque e variis centonibus conſarcinatam dudum docti adgnouerunt. Quippe, non ſolum alia quædam præter Capitularia continet, vt Zachariæ Papæ epiſtolam, excerpta ex canonibus conciliorum, conſtitutionibus ſynodalibus epiſcoporum, Codice Theodoſiano, legibus antiquorum & ſimilis generis, ſed etiam omnia Ludouici Pii capitularia non comprehendit, quæ poſtea ſub titulo additionum prodierunt. Re-

D cepta

cepta nihilominus vſu publico hæc collectio non ſolum in regnis Germaniæ, ſed etiam in Francia ante annum 858. Variant tamen ac in ordine Capitularium ſæpe discrepant Anſegiſi atque Benedicti collectio, quod Balutzius probat præf. ad Capitularia §. XLVII. Septem autem libros Capitularium confecerat Benedictus, quos ſequuntur additionum libri quatuor, in quibus multa reperiuntur, quæ neque apud Anſegiſum nec Benedictum extant: quas licet Sirmondus, notis ad Capitularia pag. 752. ipſius Benedicti eſſe velit, contradicit tamen Balutzius §. XLVIII. Hanc Anſegiſi & Benedicti collectionem Capitularium IOANNES TILIVS de nouo edere cogitauit, eam etiam prælo commiſit *Pariſiis 1548. 8.* ſed in capite CCLXXXIX. perſtitit. Poſt hanc BASILIVS IOANNES HEROLDVS inter leges antiquas etiam hanc edidit *Baſileæ 1557. f.* ex libris antiquis deſumtam. Nouam, eandemque ampliorem Capitularium editionem procurauit PETRUS PITHOEUS, qui Tilianam imitatus, & plura Capitula addidit. Vtrique vero vel Anſegiſi collectionem interpolarunt, vel Benedicti Capitula omiſerunt, quæ videbantur eſſe ſuperflua; & docet Balutzius §. LIII. & ſeqq. quid vbique fuerit emendatum. Poſt has ſucceſſit alia FRANCISCI PITHOEI,

THOEI, *Pariſiis 1603. 8.* ex duabus illis quidem deſcripta, ſed per ſpeciem emendationum interpolata. *Caroli M.* vero *Conſtitutiones* ſeparatim prodierunt cura VITI AMERBACHII, *Ingolſtadii 1545. 8.* Nouam deinde editionem adgreſſus eſt STEPHANUS BALUTZIUS, qui *Capitularia Regum Francorum* ex Anſegiſi atque Benedicti collectione edidit *Pariſiis 1677. f.* Has autem collectiones cum quatuor additionibus tales repræſentauit, quales ab auctoribus earum compoſitæ & ſecundum numeros ab antiquis adlegatos Multis adiutus fuit Codicibus MStis, præcipue vero codicibus Bibliothecæ Regiæ, Vaticanæ, eccleſiæ Bellouacenſis, Diuionenſi, Tiliano, S. Vincentii Metenſis, Bigotiano, Pithœano, & Riuipullenſi. Nec tamen ſolum capitula Caroli M. & Ludouici Pii edidit, ſed etiam Caroli Calui, Ludouici Balbi, Carolomanni, Odonis, Caroli III, Ludouici II. Capitula addidit. Adiecit Marculphi formulas antiquas, cum appendice, aliasque formulas veteres ſecundum legem Romanam, quas Sirmondicas adpellat, quia primum ex Sirmondi ſchedis fuerunt editæ. Sequuntur Bignonianæ, quas Hieronymus Bignonius ex codice antiquo primum edidit: aliæ Marculphi, quas Fridericus Lindenbrogius in publicum emiſit; & quas

alias formulas antiquas promotionum epiſcopalium, exorciſmorum & excommunicationum ex codicibus antiquis addidit. Sequitur FRANCISCI PITHOEI *Gloſſarium*, ſiue interpretatio obſcuriorum verborum, quæ in lege Salica habentur, atq; ad easdem, vti & Marculphi formulas notæ Hieronymi Bignonii. Ad ipſa vero Capitula Iacobi Sirmondi, atque eruditiſſimæ ipſius Balutzii notæ fuerunt additæ.

§. II.

*Ius Germanicum.*

A iure Francico progredimur ad Ius Germanicum. Primus, qui Opus Legum antiquarum Germaniæ congeſſit eſt BASILIUS JOANNES HEROLDUS. Ita enim ex Codice Bibliothecæ Fuldenſis Leges Salicas nactus, alias inueſtigauit, Allemannorum ſcilicet, Saxonum, Angliorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuarias, Boioariorum, Weſtphalorum, Werinorum, Friſiorum, Langobardorum, Theutonum easdemq; ſub titulo: *Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri Baſileæ 1557. f.* edidit. Cum vero multæ adhuc veterum Gemanorum ſuppereſſent leges, ab Heroldo non editæ, alium *Codicem legum antiquarum* edidit FRIDERICVS LINDENBROGIVS, *Francofurti 1613. f.* prioribus multo locupletiorem. Continetur eodem Codex Legum Wiſigothorum, Edictum Theodorici Regis, Lex

Bur-

Digitized by Google

Burguudionum, Codex Legis Salicæ, Lex Alemannorum, Lex Baioariorum, Decretum Taſſilonis Ducis Baioariorum, Additamenta a Carolo ad leges Baiuariorum addi iuſſa, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Lex Anglorum & Werinorum, Lex Friſionum, Leges Longobardorum, Conſtitutiones Siculæ ſiue Neapolitanæ, Capitula Caroli M. & Hludouici Impp. collecta ab Anſegiſo & Benedicto Leuita, adiectis aliis eorundem Regum & Caroli Calui Capitulis, Marculfi formulæ ſolennes. Adiectæ Lindenbrogii caſtigationes, variæ lectiones, & Gloſſarium. Separatas deinde leges diuerſarum gentium ediderunt alii. Genuinum iuris Teutonici fundamentum eſt *Lex Salica.* Hanc Francis Orientalibus, Germaniæ populis fuiſſe latam ex ipſo Legis prologo, Sigeberto Gemblacenſi, Ottone Friſingenſi aliisque demonſtrauit Conringius de Origine Iuris Germanici capite VII. Duas autem Legis Salicæ eſſe editiones ſatis in notis ſuis ad Capitularia declarauit Stephanus Balutzius p. 281. Primam, eandemque antiquiſſimam ſeculo quinto a quatuor Francorum proceribus Vſogaſto, Boſogaſto, Salagaſto, Widigaſto promulgatam publicauit primum cum aliis BASILIVS IOANNES HEROLDVS & poſt illum notisque illuſtratam ſeparatim edidit GODOFREDVS

WENDELINVS, *Antwerpiæ 1649. fol.* qui etiam Gloſſarium Salicum vocum Adnaticarum adiecit; atque Natale Solum Legis Salicæ ſatis demonſtrauit. Altera recentior eſt a Carolo M. anno DCCXCVIII. emendata atque promulgata. Hanc Tilius primum edidit, dein Pithœus, Lindenbrogius, Bignonius. Demum Balutzius ex vndecim Codicibus antiquiſſimis emendatam tomo primo Capitularium, ſub titulo in Codicibus reperto: *Pactus Legis Salicæ* inſeruit. Hæ autem binæ editiones non in titulis ſaltim, ſed etiam in verbis ipſis inter ſe discrepant. Idem Balutzius Capitularibus ſuis quoque inſeruit *Legem Ripuariorum, Alemannorum, Baioariorum. Leges Alemannicas* cum ſuis rerum Alemannicarum ſcriptoribus edidit MELCHIOR GOLDASTVS, qui & *Leges Longobardorum* Collectioni Conſuetudinum & Legum Imperii inſeruit. Has etiam ſeparatim edidit ANDREAS de BARVTO, *Venetiis 1537. 8.* Separatim quoque & quidem prima vice excuſæ *Leges Ripuariorum, Baioariorum & Alemannorum, Baſileæ 1530. 8.* MELCHIOR GOLDASTVS edidit *collectionem conſuetudinum & legum Imperialium, Francofurti 1613. f.* recuſam 1674. *f.* In ea reperimus Conſuetudines veterum Gallorum, Germanorumque in moribus & inſtitutis generalibus, Leges Lon-

Digitized by Google

Longobardorum regias & Imperatorias, Lotharii Imp. Capitularia in imperio promulgata, Speculum Saxonicum, Ius Weichbildicum Magdeburgenſe, Ius Feudale Saxonicum, Ius Camerale. Inter hæc ius *WEICHBILDICVM Magdeburgenſe*, præcipuum, cuius originem ad tempora Ottonum equidem non eſſe referendam, probat Conringius de origine Iuris Germanici cap. XIIX. ſub initium tamen ſeculi XIII. compoſitum, licet iam ante ſeculum XIII Ius quoddam Magdeburgicum fuerit, quod in Polonia receptum. Præcipuum ſemper fuit inter ſtatuta & conſuetudines. Edidit illud quoque germanice CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, *Lipſiæ 1599. f.*

§. III.

Poſt hoc innotuit *Ius Saxonicum*, cuius *Speculum* ad ſeculum decimum tertium referunt. Auctor eiusdem perperam venditatur Carolus M, verius eſt EPKO de REPKO, qui inſtinctu Hoieri Comitis de Falckenſtein ex moribus apud Saxones receptis, primum latine illud compoſuit, poſt germanice vertit, atque ſucceſſu temporis vſu, & conſuetudine fuit introductum. Plenius de eodem egit P. Heigius Quæſt. Iuris P. I. qu. VIII. num. 61. 62. & Becmann Hiſtoria Anhaltina P. VII. c. III. p. 356. Cum autem illud præcipuus ſemper fons habitus *Ius Saxonicum.*

 fuerit

fuerit Iuris Saxonici, eiusdem interpretationem adgreſſi fuere viri eruditi, vt ex Gloſſa iuris Saxonici patet ad lib. III. art. LXV. in qua: *ſuper intellectu articuli praeſentis nonnullae fuerunt opiniones & controuerſiae. Quidam enim, vt Burchardus epiſcopus Magdeburgenſis, & Comes Otto de Falckenſtein intelligere voluerunt articulum. Alii vero, vt Volradus de Dreyenleben & Conradus de Roslau intelligere textum voluerunt. Alii vero vt Henricus de Bentensleben & Thidericus de Lemwenden textum intelligere voluerunt.* Iunior hiſce eſt auctor Gloſſae, quem duplicem facit Goldaſtus. Antiquae gloſſae auctorem dicit BVRCHARDVM a MANGELFELD, aut THEODORICVM a BOCKSDORF; Poſterioris ſcabinum Polonum, quibus deinde alii acceſſerint. De quo plenius egit Placcius theatro anonymorum cap. III. § 235. Hi autem hiſtoriae licet omnis imperitiſſimi, ad Saxonici tamen iuris cognitionem Romani quoque & pontificii mediocrem peritiam attulerunt. Edidit illud CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, ſub titulo *Sachſenſpiegel, Lipſiae 1595. & 1614. f.* cum variis additionibus & reſponſis Scabinorum Magdeburgenſium. Eiusdem Manuſcriptum egregium, codice membranaceo, poſſidet Bibliotheca noſtra Salana. Plures reperiuntur Codices chartaceae



Digitized by Google

taceæ, qualem etiam mea ſeruat Bibliotheca. Ex hoc autem orta ſunt Iuris Saxonici Communis fundamenta, prout hodienum adhuc obtinet. Cum autem in dicto Speculo materiæ iniuſto ordine eſſent diſpoſitæ, omne hoc ius Saxonicum nouo ordine diſponere conatus fuit MELCHIOR KLING, ſub tit: *das ganze Sachſiſche Land-Recht mit Text und Gloß in eine richtige Ordnung gebracht, Lipſiæ 1572. f.* in quorum primo libro Ius perſonarum, altero proceſſum, tertio ius rerum, & quarto criminale tractat. Quod licet ordinatius, nunquam tamen fuit receptum. Aliud eſt *Ius Saxonicum Municipale*, *das Sachſiſche Weichbild*, quod vna cum iure feudali Saxonico, adiectis ſummariis & additionibus edidit CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, *Lipſiæ 1589. f.* Collector illius eſt BVRCARDVS a MANGELFELD, Gloſſator Speculi Saxonici.

§. IV.

Alterum eſt *Speculum Iuris Prouincialis & Feudalis Sueuicum*, vulgo dictum *den Schwabenſpiegel*, quod Goldaſtus Tomo I. *Reichs-Satzungen* inſeruit. Narrat etiam in præfatione eiusdem tomi, ſibi acceptum, BARTHOLDO, Barone de GRIMENSTAYN auctore, Speculum aliquod Sueuicum fuiſſe conſcriptum, non tamen audet vulgati iſtius Speculi Sueuici parentem eum *Speculum Sueuicum.*

 nomi-

Digitized by Google

nominare, quod & in editis & manuſcriptis codicibus nullum plane nomen fuerit præſcriptum. Seculo autem decimo quarto librum hunc elaboratum autumat Conringius cap. XXX. Profitetur auctor, quod opus hoc ex iure ſcripto & conſuetudinario ſit concinnatum, quare etiam ex Speculo Iuris Saxonici integra ſæpe capita ad verbum fuere deſcripta.

§. V.

*Ius Electorale Saxonicum.*

Aliud a Saxonico communi iure eſt *ius Electorale Saxonicum*, quod originem ſuam debet Auguſto Electori, qui ICtis in academia Wittenbergenſi atque Lipſienſi præcipuis, Io. Schneidewino inprimis, Matthæo Weſenbecio & Iacobo Thomingio mandauit, vt præcipuas iuris Saxonici quæſtiones examinarent. Exinde ortæ *Conſultationes Conſtitutionum Saxonicarum*, quarum Tomi II. priores Moguntiæ prodierunt *1600. f.* tertius *Francofurti 1608. f.* Inſecutæ fuerunt Conſtitutiones Auguſti Electorales, quæ potiſſimum huic iuri fundamentum præbent. His dein variæ ſucceſſorum Conſtitutiones, Deciſiones, Ordinationes acceſſere, quæ coniunctim editæ ſub titulo *Corporis Iuris Saxonici, Dresdæ 1673. f.* quod tamen per deciſiones nouiſſimas, quibus caſus antea dubii deciduntur, adaugetur quotidie.

§. VI.

## §. VI.

In terris Principum Saxoniæ aliæ obtinent Conſtitutiones, quæ ſecundum Principum territoria variant. In noſtris oris lineæ Vinarienſis, obtinet *Policey - vnd Landes-Ordnung Herzog Fridrich Wilhelms vnd Herzog Iohanſen, Iena 1589. 4.* quæ adhuc ſeruatur, licet aliqua ex hisce per conſtitutiones poſteriores fuerint immutata. Immo, in ſingulis fere territoriis nouam ordinationem Proceſſus habemus. In terris lineæ Gothanæ valent *Herzog Ernſt zu Sachſen Land - vnd Gerichts-Ordnung, Gotha 1653. & 1667. 4.*

*Conſtitutiones Prouinciales in terris Saxonicis Ducalibus.*

## §. VII.

Inter antiquiora Germaniæ Iura referendum quoque eſt Ius Lubecenſe. De cuius tamen Origine variæ inter Doctores ſunt controuerſiæ. Hoc certum, quod iam ante tempora Friderici Barbaroſſæ vſitatum, ab eodem autem poſtquam cIↃ C LXXIII. vrbem occupaſſet & in Ciuitatum Imperialium ordinem euexiſſet, diplomate peculiari bulla aurea communito anno cIↃ C LXXXVIII. fuit corroboratum, poſt a Friderico II. Imp. anno cIↃ CC XXVI. denuo confirmatum. In huius enim Priuilegio apud Lunigium p. ſpec. Contin. IV. p. 1333. hæc reperiuntur: *de habundantiori quoque gratia concedimus & confirmamus eis*

*Ius Lubecenſe.*



Digitized by Google

*in perpetuum eorum iura & omnes bonos vſus & bonas conſuetudines, quibus tempore Imperatoris Fredrici, qui noſtri felicis memorie vsque nunc vſi fuiſſe noſcuntur.* Hoc igitur tantæ auctoritatis fuit factum, vt non ſolum pleræque Holſatiæ vrbes, ſed etiam Hanſeaticæ eodem vterentur. Cum autem ſucceſſu temporis Lubecenſes multa huic iuri demerent vel adiicerent, tanta exinde MStorum orta fuit varietas, vt quænam leges ſpuriæ ſint vel genuinæ dubitaretur. Hoc motus Senatus Lubecenſis, accedentibus etiam poſtulatis Ciuitatum, Stralſundenſis inprimis, Roſtochienſis atque Wismarienſis, ipſum hoc ius per aliquot Senatores iuſſit repurgari, & remotis inutilibus, in congruum Ordinem redigi. In nouam hanc faciem transformatum latino pariter atque Germanico ſermone prodiit *Lubecæ 1586. Stettini 1586. & 1595.* & nouiſſime *1680. 4.* & cum commentariis Dauidis Meuii, de quibus infra, vbi de Commentatoribus ſermo erit.

§. VIII.

*Ius Hamburgenſium, Holſaticum & Dithmarſicum.*

Primis ſeculis Hamburgenſium vrbem Saxoniæ Transalbianæ iura fuiſſe ſecutam, certum. Poſtea ſeculo XII. exeunte, poteſtatem iure Lubecenſi fruendi ab Adolpho III. Schauenburgico Comite impetrarunt. Poſtmodum an: cIↄ CC LVIII. ius

Weich-

Weichbildicum ſeu Municipale a Iohanne & Gerhardo, Holſatiæ Comitibus obtinuerunt. Anno cIɔ CC XCII. poteſtas nouas leges condendi, eadem mutandi atque abrogandi Magiſtratui ab Adolphis duobus, Gerhardo, Iohanne & Henrico, Comitibus Holſatis Schauenburgicis eſt conceſſa. Hinc Senatus ius municipale ex Ciuili & Saxonico iure congeri iuſſit atque promulgari. Prodiit ſub titulo: *Hamburger Statuten vnd Stadt-Recht, Hamburgi 1603, 1605, 1681. 4.* Separatim quoque prodierunt diuerſæ Hamburgenſium conſtitutiones. *Ius Prouinciale Dithmarſicum* nouiſſimum auſpiciis Friderici II, Regis Daniæ & patruorum eius, Iohannis atque Adolphi anno cIɔ Iɔ LXVII. promulgatum integro poſt ſeculo Glückſtadti vna cum Indice & conſtitutionibus quibusdam in lucem prodiit, recuſum *Glückſtadti 1711. 4.* Proponit hoc ius HENRICVS GISEBERTVS in *periculo ſtatutorum Harmonicæ practicæ, Hamburgi 1652. 4.* De diuerſis vero apud Holſatos vſitatis iuribus, pluribus egit Io. Mollerus parte tertia Iſagoges in hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ.

§. IX.

*Aliarum Prouinciarum Germaniæ conſtitutiones.*

In aliis terris alias habemus conſtitutiones. *Codex* quidem *Auſtriacus*, *qui Viennæ 1704. f.* prodiit, ordine Alphabetico quic-

Digitized by Google

quicquid diuerſis Archiducum Auſtriæ Conſtitutionibus definitum fuit, Locorum Communium inſtar, comprehendit. Siquidem *Churfürſtlich Pfalziſche Landes-Ordnung* prodiit *Heidelbergæ 1582. f. Lands-Freyheit des Fürſtenthums Neuburg, wie ſolche deſſelben Standen anno 1554. gegeben, und hernach anno 1562. und 1607. erlautert, erklart, vermehrt und verbeſſert worden, 1609. f. Churfürſtlicher Pfalz Fürſtenthums in Ober-Beyern Landes-Ordnung, Amberg 1599. fol.* Aliud obtinet in Bauaria, cuius compendium ſcripſit SEBASTIANVS KHRAYSERVS, *Ingolſtadti 1650. 8.* & *Auguſtæ Vindelicorum 1670. 8.* in quo ipſum Ius Bauaricum epitomauit. Idem antea ediderat *Inſtitutiones Iuris Romano-Bauarici Electoralis, Auguſtæ Vindelicorum 1644. 8.* in quibus potiſſimum concordantias & differentias Iuris Bauarici & Ciuilis monſtrat. Eiusdem *Proceſſus ſummarius Romano-Bauaricus, Auguſtæ Vindelicorum 1646. 8.* & *Proceſſus Edictalis Romano-Bauaricus, Auguſtæ 1646. 8. Churfürſtliche Brandenburgiſche Kirchen-Policey- und Proceſs-Ordnung im Herzogthum Magdeburg, Halæ 1685. 4.* fuit publicata. Immo, huc faciunt Conſtitutiones variæ prouinciales, edicta, reſcripta, mandata & ſimilia, quæ ſingula hic adducere nimis longum foret. Ad hæc cogno-

Digitized by Google

cognoſcenda inuicemque conferenda facit HENRICI GISEBERTI *Iuſtinianus Harmonicus, Lubecæ 1652. 4.* qui ſtatuta prouinciarum Germaniæ & regnorum vicinorum confert & ſingulis paragraphis Inſtitutionum iungit. *Sunt tamen*, vt Molleri verbis vtar in Iſagoge ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ pag. 637. *qui iudicium in vaſtis iſtis operibus paulo exquiſitius, ac maiorem in ſtatutorum ſingulorum rationibus atque momentis expendendis, & cauſis diſcrepantiæ curioſius perueſtigandis ſollicitudinem & accurationem non immerito deſiderant.*

## §. X.

Præter Germanos, habent etiam exteri ſuos fontes iuris. Galli habent *Codicem Henrici IV. 1603. f.* Hodie apud eosdem obtinet *Codex Ludouicianus*, qui anno cIↃ IↃc LXVII. publice in iudicia fuit introductus. Ad eiusdem conſtitutiones omnia decreta ordinantur, atque vbi hæc deficiant, recurritur ad ius ciuile. Præterea extat IO. PAPONII *corpus Iuris Francici*, ſiue abſolutiſſima collectio arreſtorum, *Geneuæ 1624. f.* & ad eum REINHARDI BACHOVII *obſeruationes Francof. 1628. Statuta regni Galliæ, Francofurti 1611. f. Conſuetudines ciuitatum & prouinciarum Galliæ variorum auctorum* habemus

*Fontes Iuris exterorum.*

*Scriptores Iuris Gallici.*

Digitized by Google

mus *cum notis Dionyſii Gothofredi*, *Francofurti* 1597. *f. Geneuæ* 1623. *f.* Extat etiam LAVRENTII BOECHELII *bibliotheca vel theſaurus iuris Gallici a* IOANNE BESCHEFERO *auctus*, *Pariſiis* 1667. *f. 3. vol.* Præterea RENATI CHOPPINI *conſuetudines Galliæ*, *Pariſiis* 1595. *fol.* & CAROLI MOLINÆI, *Francofurti* 1597. *f.* NICOLAI BOERII, PYRRHI ANGLEBERMEI, IOANNIS SAINSONII *Conſuetudines Bituricenſis*, *Aurelianenſis & Turonenſis Ciuitatum* ex recenſione DION. GOTHOFREDI *Francof.* 1598. *f.* PETRI HEVINI *decreta parlamenti Britannici*, *de Bretaigne*, *Rhedonibus*, 1684. 4. De *legibus Andium Municipalibus libros III.* edidit RENATVS CHOPPINVS, *Pariſiis* 1620. *f.* Iura *Pictauienſia* plenius exhibent IOANNIS LELETI *Obſeruations ſur la Couſtume de Poitou*, *anciens reſſorts & enclaves d' iceluy Pictau.* 1683. 4.

§. XI.

*Leges Hiſpanorum antiquiores.*

Apud Hiſpanos antiquiſſima Legum collectio eſt illa, quæ *Fuero Iuzgo* ſiue Liber Iudicum adpellatur. Conſtat autem edictis regum Gothorum, decretis conciliorum Toletanorum & legibus antiquis. Quem auctorem habeat, incertum, cum modo Siſenando, modo Cindaſuindo Regi tri-

gi tribuatur. Hoc certum, quod Gothorum tempore collectio facta. Latine illam primus edidit PETRVS PITHOEVS, ſub titulo: *Codicis Legum WiſiGothorum libri XII, cum* Iſidori Chronico, *Pariſiis 1579. f.* Secutus eundem ALPHONSVS de VILLADIEGO, qui Forum hoc Iudicum latine, adiecta gloſſa Hiſpanica edidit *Madriti 1600. f.* Poſtea FRIDERICVS LINDENBROGIVS *Codici Legum antiquarum* inſeruit. Manſit huic iudicum libro ſua auctoritas vsque ad tempora Alphonſi X. Hic enim Legum omnium a Caſtellæ regibus latarum congeriem a patre ſuo Ferdinando III. iam cœptam anno 1260. perfici curauit, atque ſeptem partibus diſtingui fecit, vnde adpellationem accepit *de las Siette Partidas.* Prodiit cum ſcholiis ALPHONSI DIAZII de MONTALVO, & poſt, cum ſcholiis GREGORII LOPEZII, *Salmanticæ 1576. 4.* Demum hoc titulo: *Las ſiette partidas del Sabio Rey Don Alonſo el nono nuevamente gloſſadas por el Licentiado* GREGORIO LOPEZ, *Madrid 1611. f.* Licet *Moguntiæ* potius 1610. impreſſa eſſe dicatur. Hoc autem adpellatur *Ius Alfonſinum.*

## §. XII.

*Leges Hiſpanorum recent.*

Manſit huius auctoritas vsque ad tem-

tempora Ferdinandi Catholici, cuius iuſſu Ordinationes, ſiue Leges Hiſpanorum poſt Alfonſinum Ius fuerunt promulgatæ. Compilauit illas ALPHONSVS DIAZ de MONTALVO & in octo libros digeſſit, titulum autem libro præfixit *El Ordenamiento Real*, Gloſſas etiam adiecit & Commentaria. Prima editio facta *Hiſpali* 1496. *folio*, dein *Salmantica* recuſum eſt Opus 1549. & *Compluti* 1565. & 1567. *f.* Secutæ fuerunt *Leges Tauri.* Poſtquam enim Ferdinandus Catholicus comitia regni Generalia in oppido Tauri conuocaſſet, librum qui *Quaterno* Hiſpanis audit, confici iuſſit & promulgari atque legum inſtar obſeruari, quæ poſtea a loco, Leges Tauri fuerunt denominatæ. Editæ ſunt cum variis Commentariis, inter quos præcipuus eſt ANTONII GOMETZII, *Francofurti* 1591. *f.* Ferdinandus quoque & Iſabella Capita quædam Hiſpali publicari curarunt circa Prætorum ac Iudicum per Hiſpaniam officium. Philippus II. vero nouum Hiſpaniæ Legum ſyſtema per celebratos quosdam Iureconſultos concinnari fecit, idemque CIↃ IↃ LXVII. Madriti publicauit, abrogatis ſimul reliquis legibus, relicta ſaltim auctoritate Partitis, Foro Iudicum, Taurinisque legibus atque Statutis. Prima vice hoc Legum Syſtema lucem adſpexit

*Ma-*

Digitized by Google

*Madriti 1566. f.* rurſus *1598. f.* iterum *Madriti 1610. f.* & demum hoc titulo : *nueva recopilacion de las Leyes de eſtos Reynos, hecha por mandado de la Megeſtad Catolica, del Rey Don Phelippe II nueſtro Senor, que ſe ha mandado inprimir, con las Leyes, que deſpues de la vltima impreſſion ſe han publicado por la Mageſtad Catolica del Rey don Phelippe IV, Madrid 1640. fol. 3. vol.* Vt taceamus leges Prouinciales Hiſpanorum, quæ ſingula congeſſit GERARDVS ERNESTVS de FRANKENAV in *Themidis Hiſpanæ arcanis, Hannoueræ 1703. 4.* In hoc enim libro plenam iuris Hiſpanici hiſtoriam exhibet, ſingularium legum occaſionem, originem, editiones, commentatores ſatis prolixe nobis tradit, quem etiam hac in parte fuimus ſecuti.

## §. XIII.

**Leges Luſitanorum.**

Apud Luſitanos prima fit mentio *Fori Guimaraenſis*, licet incertum ſit, quo rege auctore promulgatum. Inde leges diuerſis Luſitanorum vrbibus conceſſæ, vsque dum Alphonſus II ex particularibus vrbium foris generale legum corpus atque ſyſtema conflari faceret, quod tamen adhuc in MSto ſeruatur. Poſt hunc Dionyſius, Luſitanorum Rex circa annum cIɔ CCC XXXIV. Portugalliæ leges ordinauit.

Dein Iohannes II Conſtitutiones edidit quadraginta duas, quibus antiquas tum Alphonſi II tum Dionyſii aliasque partim emendauit atque Oliſſiponæ a. cIↄ CCCC XIX, promulgari fecit. Emanuel poſtmodum, feliciſſimus Luſitaniæ Rex Conſtitutiones Portugalliæ a Prædeceſſoribus ſparſim latas in iuſtum ſyſtema redigi & ſub titulo: *Ordenanzas de Portugal* publicari juſſit. Poſt easdem prodierunt *Extrauagantes Regni*, ſed incertum; quo compilatore. Hæc autem ſingula adhuc in MStis latent. Extant etiam *Ordinationes Portugalliæ* libris V diſtinctæ, *Vlyſſiponæ 1602. f.* Huc in ſpecie facit PAVLI BERTI LVCENSIS *Praxis Criminalis Regularium ſecularimque abſoluta. Antwerp. 1616. f.*

## §. XIV.

*Leges Anglorum.*

Anglorum leges antiquæ triplices fuerunt. *Lex occiduorum Saxonum, Lex Merciorum & Lex Danorum.* Inter has Leges etiam reperiuntur Molmutii, Ethelberti, Leges Offæ, Leges Aluredi, qui ex antiquioribus in ſuas potiora transſcripſit. Ex iſtis tribus legibus Sanctus Eduardus III. *Communem* edidit, quæ *Leges Eduardi* ad hodiernum vsque diem vocantur. Docet illud Caſtrienſis Monachus lib. I. c. L. dum ait: *has duas leges* [Molmutiam & Merciam]

ciam] *Gildas hiſtoricus transtulit de Britannico in latinum: & rex Aluredus poſtmodum de latino in Saxonicum quæ Marchenelaga dicebatur. Ipſe quoque Aluredus legem Anglice conſcriptam ſuperadiecit, quæ Weſtſexenelaga vocabatur. Tandem Danis in hac terra dominantibus tertia lex emanauit, quæ Danelaga dicebatur. Ex his tribus legibus Sanctus Eduardus tertius Communem edidit: quæ leges Eduardi vsque hodie vocantur.* Ad illas antiquas leges extant GVILIELMI LAMBERTI *Notæ ad antiquas Leges Anglorum & Saxonum, Londin. 1568. 4to. & Cantabrig. 1644. Magna charta & præcipua Statuta antiqua & recentia Londin. 1602. 8.* cum notis IACOBI HOWEL *Oxon. 1660. 8.* Plura de Anglorum legibus habet Spelmannus Gloſſario, voce Lex. FLETA, ſeu *Commentarius Iuris Anglicani, ſic nuncupatus, ſub Eduardo Rege Primo, ſeu circa Annos abhinc CCXL. ab Anonymo ſcripto, atque e Codice veteri, autore ipſo aliquantulum recentiori curante,* IOHANNE SELDENO, *primum Typis editus, Londini 1647. 4.* & ex iterata ac meliori editione ibid. *1685. 4.* Acceſſit eiusdem *Diſſertatio hiſtorica ad Fletam*, in qua eandem iuris Anglicani antiqui exhibet rationem. Hodierno tempore prima, quæ apud illos Lex obtinet, dicitur *the Commun Law*,

 ſiue

Digitized by Google

ſiue conſuetudines Galliæ ex legibus Saxonum, Danorum & Normannorum depromtæ. Ad nouiora Augliæ iura cognoſcenda conducunt FERDINANDI PLUTON *Statutes of England Lond. 1618. 1632. f.* GVILIELMVS LYNDWOND *Prouinciale ſiue Conſtitutiones Angliæ Oxon. 1669. fol.* Sequuntur *leges Parlamentariæ*, ſiue Decreta Parlamenti in cauſſis ciuilibus, quæ dicto iuri conſuetudinario quaſi præbent ſupplementum. Extant præterea *Leges Militares, Foreſtales, maritimæ*, de quibus egit Guido Mieg de ſtatu magnæ Britanniæ parte tertia, capite primo. De *laudibus Legum Angliæ* ſcripſit IOANNES FORSTESQVE, qui liber cum notis Io. Seldeni prodiit *Londini 1663. 8.* Quæ Iuris Ciuilis apud Anglos ſit auctoritas demonſtrauit Arthurus Duck, in eleganti tractatu, de vſu & auctoritate Iuris Ciuilis, *Londini 1653. 8.* *Scotiæ* veteres Leges & couſuetudines exhibet IOHANN. SKENÆVS *Edenb. 1609. fol.* Exponit hic liber antiquiſſimas Scotici Regni Conſtitutiones & conſuetudines inprimis *Leges Malcolmi ſecundi*, *Leges Baronum*, *burgorum*, *Statuta Gilda &c.* Annotationes additæ ſunt pauciſſimæ, index tamen additus locupletior inſtar explicationis eſſe poteſt.

§. XV.

Digitized by Google

## §. XV.

Antiquiſſimus Suecorum legislator dicitur Samolxes, cuius hiſtoriam ſcripſit CAROLVS LVNDIVS hoc titulo: *Zamolxes, primus Getarum legislator, academica diſſertatione luci publica reſtitutus, Vpſaliæ 1687. 4.* In hoc tractatu elegantisſimo omnis iuris Suecani hiſtoria egregie proponitur. Leges autem Suecorum vel ſunt abrogatæ, vel hodie adhuc vſitatæ. Inter illas, Iuris Suecorum prouincialis originem ad annum Iↄ CCC XXXII referunt, dum Bero, primus Chriſtianus Rex Suecorum *leges* prouinciales cœperit publicare, quas *Bircenſes, Biorkoa-Lagen* ab vrbe Birca, regia tunc ſede nuncupabant. Licet non deſint antiquiores ex gentilismo. Præter has, ſingulis prouinciis leges erant propriæ. Has Birgerus Iarl a. cIↄ CC LIV. emendauit, atque Holmienſi vrbi dedit. Exinde leges hodiernæ Ciuitatum Suecicarum ſuam trahunt originem. Inter Leges Prouinciarum eſt *Lex Vpplandica, Vpplandslagen aut Vigers Flockum*, quod idem eſt ac collectiones Vigeri, ab auctore Viger Spa, qui ethnicus adhuc, iuſſu Ingieldi Regis has leges compoſuit, quas Birgerus Magni anno cIↄ CC XCV fecit emendari. *Leges Weſtrogothicas antiquiſſimas, Weſtgiötha Lagen*

*Leges Suecorum veteres.*

collegit Lumberus *Leges Oſtro-Gothicas*, *Oſtgiötha Lagen* Rex Canutus & Birgerus Iarl anno cIↄ C LXVIII & cIↄ CC LX emendarunt. *Leges Sudermannorum, Weſtmannorum & Helſingiæ* Magnus Smek reſtaurauit. *Lex Dalekarliæ* a Birgero Rege fuit emendata. *Lex Scaniæ* eſt antiquisſima. *Leges Gothlandicæ Wisbienſes* etiam dicuntur a metropoli Gothlandiæ inſulæ, Wisby. Omnes iſtæ leges vno volumine coniunctim editæ prodierunt, & licet hodie ſint antiquæ, non minimam tamen partem ad iuris etiam hodierni, quod exinde depromtum, rationem faciunt. Ex particularibus illis atque prouincialibus legibus Vpplandicis potisſimum & Oſtrogothicis Magnus Smek an. cIↄ CCC XLVII vnum Corpus iuris patrii fecit concinnari, quod *Madellagna* adpellatur. Huc faciunt REGVALDI INGEMVNDI *Leges. Gothorum Suecorumque Stockholmiæ 1614. 4.* & IO. MESSENII *Leges Suecorum Gothorumque, Roſtochii 1614. 4.* Potisſimum vero IOAN. OLAI STIERMHöCK tractatus *de Iure Suecorum & Gothorum vetuſto, Holmiæ 1672. 4to.*

## §. XVI.

*Leges Suecorum hodiernæ.*

Leges hodierno tempore vſu receptæ vel communes ſunt, vel Conſtitutiones

regiæ

Digitized by Google

regiæ atque Receſſus Comitiales. *Leges Communes* ſeculo XV Chriſtophorus Bauarus, abrogatis prouinciarum legibus antiquis, in concinnum ordinem fecit redigi atque publicari, vſus potiſſimum Magni Smek collectione. Hæc Lex Chriſtophori, ſiue *Ius Chriſtophorianum* dicitur. Leges communes in duas partes ſunt diuiſæ, Leges Prouinciales *Landslagen* & Leges Ciuiles *Salzlagen*. Vtræque in titulos, quos Balcker vocant, capita & paragraphos fuerunt diuiſæ, atque a variis regibus confirmatæ. Leges autem Prouinciales Ioannes Loccenius ex Suecico latine vertit atque edidit hoc titulo: *Sueciæ regni Leges prouinciales prout quondam a Carolo IX. & Vrbana, vti a GVSTAVO ADOLPHO publicatæ ſunt, in latinam linguam traductæ & breuibus notis illuſtratæ, Holmiæ 1672. f. & Londini Scanorum 1676. 8.* Optima vero eſt editio PETRI ABRAHAMSON, quæ 1704. prodiit. In huius enim margine conſtitutiones atque ordinationes regiæ, quæ ad diuerſarum legum explicationem faciunt, proponuntur, & multi caſus ſpeciales deciduntur. Has autem varii Reges denuo fecerunt examinari. Carolus IX potiſſimum binis vicibus, cuius acta in archiuo Holmienſi reperiuntur. Idem egit Chriſtina Regina, peculiari conſtituto Collegio



Digitized by Google

Aſſeſſorum. Idem, hoc præſente Rege Carolo XII continuatur, atque ſingulæ leges probe iamdum fuerunt examinatæ atque reuiſæ, nec dum tamen a Rege adprobatæ. Alteram partem iuris hodierni faciunt Conſtitutiones atque Receſſus Comitiorum, quæ leges communes vel ſupplent, vel emendant, vel etiam interpretantur. Plures iſtarum ab antiquo tempore reperiuntur, ſed cum iſtæ per conſtitutiones contrarias fuerint abrogatæ, Prima quæ adhuc obſeruatur, eſt *Norkiöpings Receſs* de anno 1604. quam inſequuntur plures aliæ. Has SNIDEMANNVS *in Corpore Iuſtitiæ, Holmiæ 1706. 4.* congeſſit, cuius nouam eandemque locupletiorem editionem propediem expectamus. Huc facit alias ISAACVS HEDRÆVS *de Iure Regio Succorum, Ienæ 1669. 4.* IOANNIS LOCCENII *Lexicon Iuris Sueo-Gothici, Holmiæ 1674. 8.* Eiusdem *Synopſis iuris priuati ad leges Suecanas accommodata, Gothoburgi 1673. 8* optimum eſt iuris Suecici compendium. Addi meretur CLAVDIVS ROLAMB in *obſeruationibus iuris practicis, Holmiæ 1674 5.* & CLAVDII KLOOT, *Speculum Iurisprudentiæ Suecicæ* in quatuor libros diſtinctum, *Gotheburgi 1676. 8.* Breuem etiam de Sueciæ legibus notitiam præbet Loccenius in antiquitatibus Sueo-Gothicis capite ſecundo.

§. XVII.

Digitized by Google

## §. XVII.

*Leges Danorum.*

Antiquiſſimæ *Leges Danorum* erant *Waldemari I* leges *Scaniæ* atque *Selandicæ*. Poſtquam autem multi ex Danis diutius apud exteros verſati, ſecundum leges Iuſtinianeas ſibi ius dici vellent, iuſſu Waldemari II conſcriptus eſt NOMOCANON IVTICVS, *dat Iutiſche Lovvboog*, atque ex iure diuino, Cæſareo, pontificio & patrio, auitis etiam conſuetudinibus Danico idiomate fuit concinnatus, & in tres libros diſtinctus, poſtmodum anno CIƆ CCXL in Comitiis Wordingburgenſibus adprobatus. Ex iſto tempore nouis ſubinde conſtitutionibus regiis adauctus, in prouinciis regni Danici, præter Scaniam & Selandiam, Ducatu etiam Sleſuicenſi iuris prouincialis auctoritatem ad noſtra vsque tempora obtinuit, & a ſingulis regibus, poſt inaugurationem iuramento fuit confirmatus. Diuerſis vicibus eſt editus *Ripis* Cimbrorum *1504*. poſt, vna cum Canuti, epiſcopi Viburgenſis verſione & expoſitione latina, *Hafniæ 1508*. *4*. & cum correctionibus Thurdonis Legiferi, *Hafniæ 1580*. *4*. Noua demum iuſſu Chriſtiani IV regis prodiit editio, cuius curam ſuſcepit NICOLAVS KAASIVS, Cancellarius regius, *Hafniæ 1590, 1600, 1642*. *4*. Emendatiores

hæ

hæ ſunt reliquis atque locupletiores, dum loco verborum obſcuriorum vſitatiora fuerint adhibita, eademque quandoque vberius explanata. In linguam Saxonicam fuit translatus per BLASIVM ECKENBERGERVM, *Sleſvigæ 1593. 4. & 1603.* Germanicam verſionem fecit ERICVS KRABBIVS, cuius editionem procurauit PETRVS RESENIVS, *Hafniæ 1684. 4.* Præmittuntur eidem prolegomena editoris Danica prolixa de Nomocanonis huius hiſtoria, Waldemari II & Krabbii Interpretis vita. Idem ille Krabbius adlaborabat etiam in edendo Corpore Iuris Danici vniuerſali, quod ex Legibus Seelandicis, Scanicis, Iuticis, aliisque conſtitutionibus regiis fuit coagmentatum: ſed labori pene maturo anno CIƆ IƆ CLXIV. fuit immortuus. Poſtea auſpiciis Chriſtiani V prodiit *Codex Chriſtianeus* ex omnibus patriæ Legibus antiquis, regiisque edictis collectus atque ad modernam imperii hæreditarii faciem accommodatus. Danico idiomate prodiit *Hafniæ 1683. 4.* & in omnes regni prouincias fuit introductus. Præcipuam in conſcribendo hoc Codice curam habuit ERASMVS VINDINGIVS. Pleniorem de Nomocanone Iutico & iure Danico notitiam nobis præbet Môllerus, in iſagoge ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ

bricæ, parte prima cap. XV. Extat præterea *Ius Danicum atque Norwegicum* a IANO DALNERO in latinam linguam translatum atque notis PETRI IOANNIS RESENII illuſtratum, *Hafniæ 1673. 4.* Porro *Ius Islandicum, Hafniæ 1578. 8. Regis Chriſtiani Quinti Leges Danicas* ex Regia conceſſione e Danico in Latinum conuertit PETRVS A. HOYELSINVS, *Hafniæ 1710. 4.*

§. XVIII.

*Scriptores juris Polonici & Lituanici.*

Præter Germanos habent etiam Exteri ſuos fontes iuris. Extat ad Iura *Poloniæ* declaranda *Poloniæ Regni Statuta Cracou. 1600. f.* NICOLAI ZALAZOWSKI *Ius Regni Poloniæ ex Statutis & Conſuetudinibus eiusdem Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ collectum & Additionibus ex Iure Ciuili Romano, Canonico & Saxonico, nec non Conſtitutionibus Prouincialibus Gneſnenſibus auctum Poſnan. 1701. f.* qui tamen ad Ius Publicum potius facit: *Statuta Regni Poloniæ in ordinem Alphabethi digeſta* fuerunt per IO. HERBARTVM de FVLSTIN, *Dantiſci 1693. f.* Loci Communes ſunt Legales quibus auctor ſub certis titulis congeſſit, quod in Legibus Polonicis diuerſis de rebus iſtis fuerit decretum. Maiori adparatu illud præſtitit AVGVSTINVS KOLVDIKI in *promptuario Legum & Con-*

*& Conſtitutionum Regni Poloniæ at Lituaniæ, Poſnaniæ 1697. f.* Ad Iura *Lituanica* in ſpecie facit PETRVS ROYSIVS *Maureus de rebus in Lituanico Auditorio ex appellatione iudicatis. Cracou. 1570. f.* Ad Ius *Hungaricum* extat STEPHANI VERBEVZI *Opus Tripartitum Conſuetudinarii iuris Regni Hungariæ, cum additamentis* IOANNIS SAMBVCI, *Vienn. 1581. f. & 1628. f.* atque haut ita pridem ex iterata eademque auctiori editione Tyrnauiæ, quo præter Leges Regni etiam Conſtitutiones Regiæ & Decreta Comitialia videmus collecta.

***Scriptores Iuris Hungarici.***

§. XIX.

***Ius Belgii Hiſpanici.***

Nulla gens maiorem Iuri ciuili auctoritatem conciliauit, quam Belgæ. Habet tamen quæuis prouincia ſuas adhuc leges & ſtatuta peculiaria. Inter praecipuos, qui ad ius Belgii Hiſpanici faciunt, numerandus eſt ANTONIVS ANSHELMVS. Hic enim edidit *Codicem Belgicum, ſeu Ius eccleſiaſticum, ciuile, feudale & edictale a Principibus Belgarum ſancitum, Antwerpiæ 1649. & 1693. f.* Ad hæc commentatus eſt in *Triboniano Belgico, Bruxellis 1663. f.* Aliæ ſunt ſanctiones pragmaticæ, quae ad Ius Publicum faciunt, quas Belgice edidit hoc titulo: *Placcaeten, Ordon-*

Digitized by Google

*donnantien, Land Chartres, Blyde Incomſten, Privilegien ende Inſtruction, by de Princen van de Nederlanden, aen de Inghe-ſetenen van Brabandt, Vlaenderen ende andere Provinzien t' ſedert t' Jaer 1222. vtghegeven; gheaccordeert, ende verleen, van de Welcke inde voorgaende twee Placcaet Boecken gheen mentie ghemaekten wordt. Item Interpretatien, Declaratien, ende verclaringhe, ghevolcht op eenighe van deſelve Paccaeten, Midtsgaders diverſche Tractaten, Confœderatien, Verbinteniſſen, alliantien, accorden, pacificatien, ende concordaten tuſſchen deſelve Princen ende deſe Landen &c. Antverpi. f.* Ad Brabantiæ Iura facit etiam IOANNES DECKHERVS, cuius *diſſertationes & deciſiones Belgicæ prodierunt, Antwerpiæ 1631. f.* HENRICI KINSCHOTI *reſponſa Iuris* & PAVLI CHRISTINÆI *quæſtiones & deciſiones in Curiis Belgarum, Antwerpiæ 1662. & 1671. f.* Præcipue æſtimanda PETRI STOCKMANNI *Opera*, antea ſeparatim, poſt *Bruxellis* coniunctim edita, *1686. 4.* Horum prior pars Deciſiones Brabantinas continet, quæ receptas per omnem Brabantiam conſtitutiones in ſe comprehendunt: immo diuerſa Antvverpienſis, aliarumque vrbium ſtatuta. Alteram partem abſoluit eiusdem tractatus

de

de iure deuolutionis. *Leges Municipales Methlinienſium* e Flandricis latine interpretatus eſt atque edidit PETRVS NANNIVS, *Louanii 1552. 4.* & poſt eum PAVLVS CHRISTINÆVS cum commentario, *Antwerpiæ 1640. f. Ius Ciuile Gandenſium* obſeruationibus ſuis illuſtrauit IOANNES ANTONIVS KNOBBAERT, *Bruxellis 1700. f.* In hoc textum Conſuetudinis Gandauenſis primum in lingua vernacula per partes retulit, eundemque latinitate donauit. Huic ſubiecit ſingula in quibus Ius Gandauenſium ab aliis Flandriæ Conſuetudinibus diſcrepet. Subiunxit denique obſeruationes ſuas, in quibus omnia notauit, quæ collationem iuris Ciuilis cum Gandauenſi docent. Iurisdictionalia Belgii demonſtrat ANTONII MATTHÆI *Tractatus de iure gladii & de Toparchis qui exercent id in Diœceſi Vltraiectina, Lugd. Bat. 1689. 4.* Addimus FRANCISCI ZYPÆI *notitiam Iuris Belgici, Antwerpiæ 1635. 4. 1640. & 1665. 8.* in qua in notitiam iuris Belgici Hiſpanici introducit.

## §. XX.

Ad Iura prouinciarum Fœderati Belgii introducit Belgico ſermone HVGO GROTIVS, hoc titulo: *Inleyding in die Hollantſche Rechts-Gelartheit, Dordrecht 1644.*

Digitized by Google

*1644. 4.* PAVLVS MERVLA edidit *Synopſin praxeos Ciuilis in Hollandia, Zelandia & Weſtfriſia, Belgice, Grafenhagæ 1619. 4.* Sic etiam GVILIELMVS GROTIVS *iſagogen dedit ad praxin Fori Batauici, Amſtelodami 1655. 4* quæ maxime æſtimatur. Huc etiam facit SIMON GROENEWEGEN *de Legibus abrogatis & inuſitatis in Hollandia, Nouiomagi 1677. 4.* qui multum conducit ad forenſes Belgii leges, vt infra pluribus dicetur. Separatim huc facit LAMBERTVS GORIS *ad Conſuetudines Velauiæ, Nouiomagi 1645. 4. Arnhemi 1664. 4. Statuta diœceſeos Vianenſis & Ameydenſis* cum commentario edidit IOANNES VAN MVELEN, *Traiecti 1684. 4. Compendium iurisprudentiæ Friſicæ & vindicias iuris Amelandici* debemus VLRICO HVBERO. Antiquas *Friſiorum Leges* notis illuſtrauit SIBRANDVS SICCAMMA, *Franekeræ 1617. 4.* Huc porro referri merentur NICOLAI DVYSENTDAELERS *Obſeruationes ad Leges, Statuta & Conſuetudines Amſtelodamenſium. Amſtel. 1662. 4.* Vſum Iuris Canonici in Belgio demonſtrat NVMÆ SEDVLII *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem, Amſtel. 1653. 4.*



Digitized by Google

§. XXI.

*Scriptores Iurium in Rebusp. Italiæ viſitatorum.*

Ad iura Italiæ illuſtranda pertinent HIERONYMI a LAVRENTIIS *Deciſiones Rotæ Auenionis. Geneu.* 1589. 4. *Francof.* 1600. 8. nec non *Statuta Vrbis Romæ. Romæ* 1580. *f. Statuta Bononienſia* illuſtrarunt SCIPIO GABEONIS de GOZADINIS *in Statuta Bononienſia, Bonon.* 1561. 1566. *f.* porro Deciſiones Rotæ Bononienſis extant CÆSARIS BARZII *Venet.* 1563 & 1610. PETRI de BENINTENDIS *Francof.* 1573. *f.*

*Ad iura Sabaudica Regni Siciliæ.*

*Sabaudiæ* Statuta noua & vetera extant *Geneu.* 1518. *f.* De *Siciliæ* Regno habetur *Siciliæ Regni Pragmatica* cum gloſſis ANDREÆ de ISERNIA & BARTHOLOMÆI CAPVANI per GABRIELEM SARAYNAM *Lugd.* 1568. *f.*

*Reip. Venet.*

*Venetorum* Statuta publicata extant a IACOBO NOVELLO *Venet.* 1564. 4. Vſum vero iuris Romani in terris Venetiæ demonſtrat GVERINVS PISO *de Romanorum & Venetorum inter ſe comparatione ad l. 1. ff. de Offic. Ei. cui mand. iurisd. Lipſ.* 1614. 8.

*Ius Heluetium.*

Ad ius Heluetiorum pertinent ABRAHAMI de la FANE *Statuta & Leges Reip. Bernenſis, Bernæ* 1618. *f.*

CA-

Digitized by Google

# CAPUT SEXTUM

## De

# COMMENTARIIS AD DIVERSOS FONTES IVRIS.

### §. I.

POſt fontes ſtatim veniunt ſcriptores illi, qui ad horum intellectum atque meliorem explicationem faciunt, vbi primum habemus tales, qui per remiſſiones iuris ciuilis interpretes indicant. Adgreſſus primum opus hoc eſt M. ANTONIVS DELRIO in *miſcellaneis* ſuis, quorum editio accuratiſſima eſt, quæ cura PETRI BROSSEI prodiit *Lugduni 1590. 4.* atque inſerta etiam eſt huius indici, ſiue ſexto volumini corporis gloſſati, in quibus interpretes iuris ad ſingulas leges titulosque recenſentur. Non minimæ vtilitatis eſt opus, ſi modo per recentiorum ICtorum additionem eſſet continuatum. Hunc ſecutus eſt SEBASTIANVS NÆVIVS, in *ſyſtemate iuris Iuſtinianei & feudalis*, quod *Francofurti ad Mœnum 1608.* editum, qui præter Delrionis & Broſſæi labores aliorum quoque remiſſionibus, quas addidit, vſus,

*Remiſſiones interpretum iuris.*

non contemnendo labore. Quippe ſua congeſſit ex Raphaelis Seileri remiſſionibus, Bernardini Alphani reportatis, Io. Hannequini, Franciſci Modii & Streitmanni notis, Petri Coſtalii aduerſariis, Catelliani Cottæ memorabilibus, Bertachini, Nicolai de Milis, Dobercini & Marci Mantuæ repertorio, Brunonis a Sole locis communibus, cum additionibus Iacobi Sculteti aliisque inſuper Doctorum repetitionibus.

§. II.

*Scriptores, qui methodum & ordinem librorum iuris exponunt.*

Si quis vero rationem & ordinem librorum, qui Corpus Iuris conſtituunt, habere voluerit, breuiter illam, aſt accurate docet IACOBVS GOTHOFREDI in *Manuali Iuris, Geneuæ 1672. 12.* edito, qui libellus, ob vtilitatem quam præſtat, omnibus eſt commendandus. Ordinem vero & ſeriem titulorum iuris explicauit GEORGIVS BRVCKSüLBERVS *in Memoriali Iuridico, Francofurti 1652. 24. Rubricarum terminos* alias belle expoſuit ARNOLDVS CORVINVS, *in Poſthumo Paciano* ad Pandectas, Codicem & Decretales diſpoſito. Methodum quandam & Synopſin iuris conſtituendi exhibet HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS, *in Diſcurſu Præliminari de Principiis Iurisprudentiæ modernæ in paucula capita redigendi, Rintel. 1710. 4.*

§. III.

§. III.

Inſtitutiones vel ſeparatim editas nouimus, vel cum notis, vel in eas Commentarios. Superiori tempore in vſu maxime erant Inſtitutiones gloſſatæ, quæ diuerſis vicibus editæ nunc parum commodi habent. Præter has Pandectis præmittuntur cum Dionyſii Gothofredi atque aliorum notis. In communi vſu eſſe ſolent editiones, quæ cum notis ARNOLDI VINNII & practicis additamentis IO. ERNESTI NORICI prodierunt *Lipſiæ 1683. 12.* Aliam cum adnotationibus theoretico-practicis edidit LVDOVICVS GVNTHERVS MARTINI, *Dresdæ 1686. 12.* Accuratior vero atque ad praxin hodiernam magis accommodata eſt editio IOANNIS SAMVELIS STRYKII, quæ *Halæ* prodiit *1698. 8.* VINCENTIVS PLACCIVS Iuſtiniani edidit *Inſtitutiones reconcinnatas*, *Francofurti 1682. 8.* dum nouo ordine illas diſponit, in easdemque commentatur, ſed maiori auſu quam vſu. *Inſtitutiones cum notis.*

§. IV.

Inter commentatores antiquos habemus IOANNEM FABRVM, EGVINARIVM BARONEM, NICOLAVM BELLONVM, PETRVM HEIGIVM, CHRISTOPHORVM PORTIVM, IOANNEM *Commentatores ad Inſtituta.*



Digitized by Google

NEM BORCHOLTEN, ÆGIDIVM HORTENSIVM, MATTHIAM WESENBECIVM, FRANCISCVM HOTTOMANNVM, FRANCISCVM BALDVINVM & quam plures alios, qui ſeſe inuicem exſcribunt, quos adducere nimis longum foret. IOANNIS SCHNEIDEWINI commentarius olim erat præcipuus, ideoque ſæpius recuſus. Æſtimationem aliquam habet CASPARIS MANTZII commentarius, editus *Norib.* 1669. *f.* IOACHIMI MYNSINGERI, *Witteberga* 1618. *f.* HERMANNI VULTEII, *Marpurgi* 1613. 4. ANTONII PICHARDI, *Lugduni* 1657. *f.* HENRICI IACOBI ZOëSII, *Coloniæ* 1671. 4. CONRADI RITTERSHVSII, *Argentorati* 1658. 4. & IOANNIS HARPRECHTI, *Tubingæ* 1657. 4. Ad cauſarum genera ſuum commentarium theoretico-practicum compoſuit ERNESTVS THEOPHILVS MAIERVS, *Tubingæ* 1686. 4. nec tamen adeo proficuum. IOANNIS FRIDERICI RHETII *meditationes academicæ ad Inſtitutiones iuris* proſtant *Francofurti ad Viadrum* 1688. 4. Communes gloſſarum errores notauit PETRVS LIGNEVS in *adnotationibus ad Inſtitutiones Iuris Ciuilis, Antwerpiæ* 1558. 8. editis, quæ tamen hodie parum vtiles. IOANNES CHRISTOPHORVS SCHAMBOGEN

GEN in *prælectionibus publicis ad inſtituta, Neo-Pragæ 1678. 4.* editis, ad ius Bohemicum potiſſimum reſpexit. Optimus inter Commentatores eſt habendus IOACHIMVS HOPPIVS, cuius *Commentarius ad Inſtituta, ex iterata editione Francofurti ad Viadrum* prodiit *1708.* & denuo *1712. 4.* ad vſum enim eorum, qui iuris initia faciunt, maxime accommodatus, & facillima modo eſt conſcriptus. Nouiter prodierunt IO. LVDOV. BECKII *animaduerſiones ad Hoppium, Noribergæ 1708. 8.* quæ mihi tamen videntur ſuperuacaneæ. Non enim opus erit tot Commentarios coacervare ad prima hæc iuris elementa, quod confuſum magis reddit tyronem: ſufficit vnico contentum eſſe, qui iuſta methodo vtatur. Immo ſatis erit, Inſtitutiones prima vice lectione ſaltim priuata percurrere, ſine additis Commentariis, vt exinde certam ſaltim connexionis rationem & materiarum ſeriem perdiſcamus, quod faciliorem præbebit intellectum. Poſt Hoppium, ANDREAS HOMBERGIVS edidit *Prælectiones Academicas ad Inſtitutiones Iuſtinianeas, Helmſtadii 1703. 4.* quæ etiam inter meliores reputandæ. Omiſit quidem titulum inſtitutionum de actionibus, quem vero in ſpeciali tractatu, ſub titulo: *Spicilegium actionum forenſium ad titulum Inſti-*



Digitized by Google

*ſtitutionum de actionibus*, expoſuit. ARNOLDI VINNII commentarius, in quo Bachouium potiſſimum ſequitur, maxime eruditus eſt, ſed lectorem requirit magis paratum. Primum prodiit *Amſtelodami* 1642 4. altera vice, *Amſtelodami* 1655. atque iteratis vicibus, demum 1699. 4. Laudem autem ſuam in eo potiſſimum habet, quod inſtituta cum Pandectis erudite confert, ex iſtis belle explicat, & quæſtiones in foro ciuili vſitatas proponit. Idem inſtitutum ſeruauit etiam ANTONIVS ALTESERRA *in breui & enucleata expoſitione in inſtitutiones*, *Toloſæ* 1665. 4. & VLRICVS HVBERVS, in *prælectionum iuris ciuilis parte priori*, quæ eſt ſecundum Inſtitutiones, *Franeckeræ* 1687. 4. & nuper cum aliis ipſius, cura *Luderi Menckenii*. *Lipſiæ*. 1707. 4. Idem tamen Huberus in *digreſſionibus Iuſtinianeis*, ad humaniora tantum facit: prodiere *Leouardiæ* 1677 8. Quod ſibi etiam propoſuerunt OBERTVS GIPHANIVS, atque IACOBVS CVIACIVS. Iſtius commentarius prodiit *Argentorati* 1612. 4. huius *Geneuæ* 1610. 4. Noua ratione in Inſtitutiones fuit commentatus EGVINARIVS BARO, *Pariſiis* 1562. *f.* cum in eodem jus Romanum conferat cum Gallicano. Ad praxin & vſum fori facit IOANNIS PHILIPPI *vſus practicus*

*Inſti-*

*Inſtitutionum, Lipſiæ 1677. 4.* editus, in quo ad ſingulos paragraphos Inſtitutionum formulas actionum atque alia, quæ ad praxin faciunt, adducit. Quibus tabulæ adrident, vti poterint PAVLI FVCHSII *tabellis Iuridicis, Ienæ 1665. f.* editis. IOANNIS BVNONIS *imagines* alias & tabulæ Mmemonicæ in Inſtituta, nimium ſunt abſurdæ.

## §. V.

*Compendia & Paraphraſes ad Inſtituta.*

Inter Compendia in Inſtitutiones amant alii IOANNIS POMERESCHII *adnotationes, Ienæ 1671. 8.* vel PAVLI FVCHSII *paraphraſin ad Inſtitutiones, Duisburgi 1671. 4.* GEORGII SCHVLTZII *ſynopſin, Lipſiæ 1655. 8.* atque GEORGII DAVIDIS LOCAMERI *quæſtiones, Argentorati 1656. 8.* Sed potius eſt IOACHIMI HOPPII *examen Inſtitutionum Imperialium,* quod *Francofurti* recuſum *1696. 12.* in quo præcipuas ex Inſtitutionibus quæſtiones ſcitu neceſſarias deducit.

## §. VI.

*Controuerſiae ex Inſtitutis.*

Controuerſias vero ad Inſtitutionum ſeriem tractauit REINERUS BACHOVIUS, *Commentario theoretico & practico ad Inſtitutiones,* qui cum notis Hunnii, *Francofurti 1665. 4.* prodiit, & præter controuer-

ſias, ad fori quoque vſum ducit. Easdem controuerſias habent IO. IACOBUS WISSENBACH, in *diſputationibus ad Inſtituta, Franeckeræ 1666. 4.* & præ cæteris IOANNES STRAUCHIUS in *diſſertationibus Iuſtinianeis*, quibus adnotationes theoretico-practicas addidit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Francofurti 1683. 4.* in iisque vſum fori Saxonici docuit.

§. VII.

*Commentarii ad Pandectas*

Commentatores in Pandectas habemus quam plures. Ex antiquioribus videmus variorum ICtorum veterum Commentarios in Digeſta, collectos in *Variarum Repetitionum, ſeu Commentariorum Iuris Ciuilis voluminibus VIII, Lugduni 1553. fol.* His plures ducentis Scriptores, qui ad certas leges Pandectarum fuerunt commentati, videmus collectos. Licet non vbique neceſſarius ſelectus fuerit ſeruatus. Separatim extant BARTOLI, BALDI, IASONIS, FRANCISCI ARETINI de ACCOLTIS, GOFFREDI SALINGIACI, ANDREÆ ALCIATI, RAPHAELIS CVMANI, VDALRICI ZASII, IACOBI BVTRIGARII, atque aliorum Commentarii, qui pro genio ſui temporis egerunt, quod valuerunt: hodienum vero paruam habent vtilitatem, excepto commentario Bartoli, qui, cum

cum ſubtilius textus examinet, occaſionem dedit multis, eiusdem labore vtendi, ex eodemque varia deſcribendi. Prolixe ſatis leges præcipuas explicant, nullo alias ſeruato ordine. Interim multa comprehendunt, quæ & nunquam recepta, vel hodie antiquata atque obſoleta. Ex antiquioribus tamen aliquam laudem adhuc merentur HVGONIS DONELLI *Commentariorum Iuris Ciuilis libri XVIII. Francofurti 1596. f.* editi IV. Tomis, quibus multæ legum diffi-cultates enodantur. IOANNIS BOLOGNETI *Commentarius ad π. & Codicem Venetiis 1573. f.* editus V. Tomis, ſubtilis eſt atque accuratus. Ex recentioribus eminet HENRICI ZOESII *Commentarius ad Pandectas, Louanii 1675. & Coloniæ 1689 4.* qui pleraſque iuris quæſtiones ex legibus ſolide decidit. Cui iungendus GEORGII FRANTZKII *Commentarius ad priores XXI libros, Argentorati 1644. 4.* ſi modo ad poſteriores etiam continuatus eſſet. IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, licet non omnem rem exhauriat, ex eo tamen, quod ad ſingulas leges eſt directus, (quod ante eum nemo præſtitit) & quæſtiones ex iisdem præcipuas format, atque ad ſcriptores alios remittit, eſt commendandus. IOANNIS OTTONIS TABORIS *perpetuos Commentarios in leges ſingulas* inter

ter hæredum manus adhuc latere teſtatur Morhofius Polyhiſtoris tomo tertio lib. IV. ſect. VII. §. 3.

§. VIII.

*Commentatores recentiores, qui noua methodo vtuntur.*

Ad pleniorem ex iure Romano textus illuſtrationem, eiusdemque cum iuribus mediæ ætatis collationem facit IOANNIS SCHILTERI Commentarius, ſiue *Praxis Iuris Romani in foro Germanico, iuxta Ordinem Edicti Perpetui & Pandectarum Iuſtiniani.* Hoc opus primum per quinquaginta Exercitationes in Ienenſi academia publice ventilatas fuit publicatum. Poſt, diſſertationes iſtæ in diuerſas claſſes diuiſæ coniunctim edi cœperunt. Priores tredecim *Exercitationes ad primam Pandectarum partem* prodierunt, *Ienæ 1675. 4.* Sequuntur *Exercitationes octo ad ſecundam Pandectarum partem, Ienæ 1678. 4.* Aliæ *exercitationes octo ad tertiam partem Pandectarum* prodierunt *Ienæ 1680. 4.* Succedunt *ſex Exercitationes de rebus Creditis* ad Pandectarum libros XVIII ad XXII, *Ienæ 1680. 4.* Hinc vnica Exercitatio, continens *Praxin Iuris Romani circa connubia in foro Germanico, ad librum XXIII, XXIV, XXV Pandectarum, Ienæ 1680. 4.* Exercitatio XXXVII comprehendit P*raxin circa tutelas & curas* ad libr. XXVI & XXVII Pandectarum,

*Ienae*

Digitized by Google

*Ienæ 1681. 4.* Exercitatio XXXVIII comprehendit *Praxin circa ſucceſſiones in foro Germanico. Ienæ 1681. 4.* Huius pars poſterior *de legatis, fideicommiſſis, bonorum poſſeſſione & ſucceſſione ab inteſtato* prodiit *Ienæ 1682. 4.* tribus exercitationibus. *Prima pars ad Digeſtum Nouum*, continens Pandectarum librum XXXIX, XL, XLI, XLII, *Ienæ 1685.* prodiit, *altera* continens reliquos libros, *Ienæ 1684. 4.* Magno apud Germanos non ſolum, ſed etiam exteros potisſimum adplauſu hoc opus recipiebatur, eo, quod non ex Commentatorum ſaltim farragine concinnatum, prout ſolet, ſed ex ipſis, iisdemque genuinis fontibus erutum. Quippe, non ex iure antiquo Romano ſolum Ius Iuſtinianeum illuſtrat, verum etiam ex iuris Naturæ & Gentium ciuilisque prudentiæ regulis, & quod potiſſimum eſt, ius Romanum cum iure Germanico antiquo & hodierno confert, leges inſigniores illuſtrat, & ſingula monitis atque obſeruationibus practicis declarat. Cum vero eximiæ raritatis fieret Opus, noua editio, curante Georgio Schubarto facta *Ienæ 1698. fol.* Huic, præter ſupplementa ad primam editionem acceſſerunt variæ obſeruationes. Subnectuntur Tomo primo Auctoris tractationes *de foro priuilegiato, de iure reconueniendi priuilegiatum & illuſtrem,*

*luſtrem; de iure Landſaſſiorum, Amtſaſſiorum & Schriftſaſſiorum.* Alias inſeruntur locis conuenientibus tractationes *de iure formulario Romanorum & Francorum, de iure Obſidum, de iure peregrinorum, de Secretariis.* Accesſit etiam nouæ editioni Index quadripartitus quorum primus eſt rerum & verborum, alter diſſenſus Iureconſultorum, in quo CXI obſeruationes reperiuntur, in quibus Iureconſulti inter ſe, præſertim vero Electorales a Ducalibus disſentiunt. Tertius eſt monitorum practicorum: quartus auctorum & legum explicatarum. Ex quibus ſatis patet, quam ſolidus, quamque eruditus ad vſum iuris Romani æque atque Germanici æſtimandus ſit hic commentarius. Noua editio prodiit *Francofurti & Lipſiæ 1713.* cum præfatione Chriſtiani Thomaſiii & locupletiori indice. ANTONII MORNACII *obſeruationes ad XXIV libros Pandectarum, Pariſiis 1651. fol.* editæ, ex gentium antiquitatibus leges explicant egregie. Quod olim quoque egerat in *adnotationibus* ſuis GVILIELMVS BVDÆVS, *Lugduni 1563. 8.* ANTONIVS FABER *Rationalia* ſcripſit, quorum Tomus primus *Geruaſii 1604. f.* ſecundus *Geneuæ 1619.* tertius *Coloniæ 1624.* Acceſſerunt poſtmodum fragmenta quædam in nonnullos titulos quartæ & quintæ partis Rationalium,

nalium, quæ etiam iteratæ editioni *Lugduni 1663. fol.* fuerunt adiecta. His autem, priores Pandectarum partes ſubtili ratione examinat, atque rationes iuris vel dubitandi vel decidendi ad ſingulas leges erudite docet. Licet & ſingulares, quas fouet opiniones, ad theoriam potius faciant quam ad praxin. Inter recentiores commendari meretur IO. VOETII *Commentarius ad Pandectas.* In hoc noua primum methodo incedere conſtituerat auctor, verum mutata poſtmodum ſententia vulgatam Pandectarum ſeriem fuit ſecutus. In hoc tamen præcipue æſtimandus eſt, quod antiqui iuris Romani habeat rationem, idemque cum hodierni iuris tractatione iungat. Prior pars duos & viginti libros priores continens, prodiit *Lugduni Batauorum 1698. f.* altera continens libros poſteriores, *Hagæ Comitum 1704. f. Commentarii LYNCKERIANI* nondum integri prodierunt, ſed tantum in lib. I. & lib. III. tit. I. lib. V. & VI. lib. XII. tit. I. II. & III. quibus, vti titulus præfert, neceſſarii quam maxime, & doctrinis forenſibus refertisſimi articuli ſolide ac fructuoſe pertractantur. Prodierunt *Ienæ 1698. 4.* Aliquos tantum *titulos Pandectarum & Codicis rationibus ſuis quotidianis* illuſtrauit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, *Toloſæ 1684. 4.* idque admodum

modum erudite. FRANCISCI MODII *Notæ perpetuæ in Pandectas & Codicem* prodierunt *Francofurti 1587. f.* quæ auctuarii loco ſunt, ad Gothofredi editionem Corporis Iuris ideoque recentioribus editionibus Corporis Iuris adiectæ. Acceſſerunt varia, quæ ad ſeriem atque ſynopſin vniuerſi Iuris atque antinomias faciunt.

§. IX.

*Scriptores ad titulum primum Pandectarum de Iuſtitia & iure.*

Sed ad certos Pandectarum titulos, legesue commentati fuere alii, quos ſingulos hic adducere nimis longum foret, potiores indicaſſe ſufficiet. Ad titulum primum de iuſtitia & iure commentati fuerunt varii. Speciatim hunc titulum illuſtrarunt. IOANNES CORASIVS, *Lugduni 1588. fol.* IACOBVS CVIACIVS, *Spiræ 1596. 4to.* HARDEVICVS DASSELIVS, *Hamburgi 1592. 4.* & ſimiles.

§. X.

*Scriptores morales de Iuſtitia & Iure.*

Alii vero integra volumina de iuſtitia & iure ediderunt. ALBERTVS BOLOGNETVS *de æquitate, iure & legibus diſputationes* ſcripſit; *Romæ 1571. f. Wittebergæ 1594. 8.* Additur MARQVARDI FREHERI *Sulpitius ſiue de Æquitate Commentarius, Francof. 1608. 4.* Decem libros de Iuſtitia & Iure ſcripſit DOMINICVS SOTO,

TO, *Antwerpiæ 1567. f.* IOANNES de DI-CASTILLO libros duos *de Iuſtitia & Iure*, *Antwerpiæ 1641. f.* & IOANNES de LV-GO tomos II. *Lugduni 1652. f.* Potius tamen ſcholaſticos fuit ſecutus quam iurisprudentiæ fontes, niſi quod ad Conciliorum Canones & capitula Iuris Canonici ſæpius prouocet. Præcipui tamen ſunt LUDOVICUS MOLINA, qui de Iuſtitia & Iure Tomos VI ſcripſit *Coloniae 1614. fol. & Moguntiae 1659. fol.* qui ex Scholaſticis omnia compilauit, quæ huc faciunt, ita tamen, vt Iurisprudentiæ potiſſimum habeat rationem, etiam de Maioratibus multa habet ſingularia. Optimus vero videtur LEONARDVS LESSIVS, qui *de iuſtitia & iure* libros IV ſcripſit *Antwerpiae 1609. f.* atque ex editione vltima, *Lugduni 1653. f.* maiore enim reliquis vtitur iudicio. De his ita iudicat Grotius prolegomenis §. LII. *Scholaſtici quantum ingenio valeant ſæpe oſtendunt: ſed in infelicia & artium bonarum ignara ſecula inciderunt: quo minus mirum, ſi inter multa laudanda, aliqua & condonanda ſunt. Tamen vbi in re morum conſentiunt, vix eſt, vt errent: quippe perſpicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi poſſunt: in quo ipſo tamen diuerſa tuendi ſtudio laudabile præbent modeſtiæ exemplum, rationibus inter ſe certantes, non,*



Digitized by Google

*qui mos nuper adeo litteras inquinare cœpit, conuitiis, turpi fætu impotentis animi.* Scilicet, in illa ſecula inciderunt, quibus omnis eruditio in Quæſtionum moralium farragine collocabatur. Hanc autem vt oſtentarent, omne ingenium ad easdem adplicarunt, inde prioribus Scholaſticorum tomis excuſſis, in ſuos retulerunt, quidquid ad genium ſeculi ſpectare videbatur. Hinc factum, vt argutæ ſæpe, ſubtiliſſimæ & parum vtiles quæſtiones intermiſcerentur, & plus argumentorum numero quam eorundem grauitate occuparentur. Non diffitemur quidem, multa intermixta eſſe bona, multa argumentorum pondera, verum hæc ita comparata, vt nonnunquam plures excutiendæ eſſent paginæ, antequam ad neruum perueniatur. Inter nouiores ſcriptores huc pertinet FLORENTIVS de COCO de *iure, iuſtitia & annexis Tractatus quatuor Theologo-Canonice expoſiti Bruxell. 1687. 4.* vbi principia theologiae iurisprudentiæ tam canonicae quam ciuilis autoritate vbiuis confirmat.

## §. XI.

*Scriptores, qui iurisprudentiam*

Alia ratione vtuntur, qui iurisprudentiam cum lege vel Moſaica vel Chriſtianorum conferunt. Huc facit FRANCISCVS RAGVELLVS, qui *leges Politicas ex Veteri*

*Veteri & Nouo Teſtamento* digesſit *Francofurti 1577. 8.* Huic LAURENTIUS BOCHELLUS adiecit interpretamenta, *Pariſiis 1665. 4.* NICOLAUS MONGEORGIUS *Codicem* edidit *de Moſaico & Veteri iure enucleando, Bononiæ 1573. f.* CONRADUS HERESBACHIUS in *Iurisprudentiæ Chriſtianæ epitome Neoſtadtii 1586. 8.* edita, leges Decalogi cum legibus N. Teſtamenti & ciuilibus confert. *Collationem Legum Moſaicarum, Forenſium & Romanarum, Canonici & Saxonici Iuris* dedit OTTO PHILIPPUS ZEPPERUS, *Halæ 1632. 8.* Commendanda etiam *collatio legum Moſaicarum & Romanarum* PETRI PITHOEI, *Pariſiis 1573. 4to.* & *Heidelbergæ 1656.* Addimus HENRICI GISBERTI *Deuteronomium Harmonicum, Lubecæ 1670. 4.* quo etiam Iuſtiniani iura cum Moſis legibus confert, verum, prout ipſius reliqua, opere tumultuario.

*cum lege Moſaica vel Chriſtianorum conferunt.*

## §. XII.

Huc potisſimum faciunt Scriptores Iurisprudentiæ vniuerſalis, qui talem vel meditati fuerunt vel adgresſi, de quibus eleganter Morhoſius Polyhiſtoris libro VI ſect. I §. 2. quem ſequimur. FRANCISCUS BACO de VERULAMIO in ſuo de augmentis ſcientiarum opere, inter deſiderata pone-

*Scriptores Iurisprudentiæ vniuerſalis.*

ponebat *iuſtitiæ vniuerſalis* doctrinam, quam libro VIII eiusdem Operis quibusdam aphorismis proponit. Sed in iis nihil inuenimus, quam cogitata quædam de Legibus ad certas Reipublicæ formas attemperandis, non quidem illa contemnenda, ſed quæ tam vaſtum obiectum non exhauriunt. Pertinent illa tantum ad prudentiam nomotheticam, quæ particula tantum Iurisprudentiæ vniuerſalis dici poteſt ac debet; Iurisprudentia autem Vniuerſalis ea eſt, quæ æquitatem Statui ciuili iungit, ita; vt eadem principia ad ſpecialia obiecta, quæ in Republica occurrunt, accommodentur. Tale forſan in animo habuit ADOARDUS GUALANDUS, Piſanus Epiſcopus Cæſenas, qui librum ſcripſit, cui titulus: *Moralis Philoſophia, ac totius facultatis ciuilis vera & abſoluta methodus, Romæ 1604. f.* Latius autem, Morhofio iudice, ſua extendit obiecta, quam fit vulgo ab iis, qui diſciplinas has ſeorſim tractant. Diffuſus eſt in illis, quæ ad iuſtitiam pertinent, & ſe in quæſtiones ac theſes demittit iurisprudentiæ, quæ practicæ diſciplinæ ſunt propiores. Libri eius octauus & nonus de Iuſtitia, iure & legibus agunt, in quibus confuſiora paululum videntur eſſe nonnulla & μικρόλογα. VINCENTIUS TURTURETUS in *collationibus doctrinæ moralis cum decretis ICtorum, Pariſiis*

*riſiis 1634. 4.* inter Locorum Communium Scriptores potius eſt referendus, quam vt iuſta vtatur methodo. Cum igitur nec Grotius nec alii Opus hoc abſoluiſſent, illuſtri Baroni Boineburgio in votis erat, vt *vniuerſale totius Iurisprudentiæ perpetuæ & naturalis Corpus* conficeretur, idque ſecundum diſciplinam Chriſtianorum. Boineburgius permultis etiam auctor erat ſuaſorque, vt tantæ vtilitatis Opus adgrederentur. Inuitabatur litteris anno 1662. ſcriptis CHRISTOPHORUS FORSTNERUS, qui ob ætatis atque aduerſæ valetudinis rationes laborem declinabat: alias ſe minime alienum eſſe proponebat. Inde anno 1663. negotium demandabatur SAMUELI PUFENDORFIO, qui Iuris Naturæ atque Gentium Profesſionem Heidelbergæ gerebat. Adprobabat Pufendorfius Opus, atque duabus partibus abſoluendum eſſe putabat. In priori agendum eſſe de fundamentis iuris Naturalis, ibique conſiderandam eſſe naturam entium moralium in genere, immortalitatem animarum, impoſitionem, imputationem, qualitates & quantitates perſonarum & rerum, obligationem, imperium, Legem, Meritum, pœnam & ſimilia: Inde Syſtema aliquod componendum, in quo ſpecialia iuris capita ex dictis fundamentis demonſtrentur; cui inſignia ornamenta



Digitized by Google

poſſe accedere ex teſtimoniis autorum, variorum populorum inſtitutis & controuerſiarum illuſtrium exemplis. Tale autem Opus requirere ingenium acre, iudicium rectum & præconceptis opinionibus nec quidquam obnoxium, ſupellectilem litterariam copioſam, altum otium, commercium cum eruditis, fauorem Magnatum & totam hominis vitam, aut tantum annos florentiores. Neque tamen ſe parem operi iudicabat, licet non omnem plane ſpem abiiciat. Debemus hæc Ioanni Grœningio, qui in hiſtoria iuris Naturalis pag. 33. iſta proponit. Non leuia inde præſtitit Pufendorf edendo *VIII libros de Iure Naturae & Gentium*, licet non omnem rem, prout requirebatur, plane exhauſerit. DAVID MEVIUS Iurisprudentiam quidem Gentium fuit meditatus, cuius *Prodromus Iurisprudentiae Gentium & Ciuilis* poſt obitum ipſius prodiit: Verum, affectum ſaltim Opus fuit, & licet ad gentium iura facere videretur, agit tamen etiam de Iuſtitia & Iurisprudentia, poteſtate imperantium circa leges.

## §. XIII.

*Hugo Grotius de Iure Belli & Pacis.*

Huius tamen iurisprudentiæ Vniuerſalis potiſſimam partem abſoluit HVGO GROTIVS. Hic enim a Peireſcio, forſan etiam

etiam Bacone Verulamio motus, hoc opus adgreſſus eſt & digne ſatis fuit perſecutus. Certe, nemo Grotio aptior. Iudicium ipſi erat pragmaticum, profunda meditatio, eruditio vniuerſalis, lectio prodigioſa, multa rerum experientia. Prima vice opus prodibat anno 1625. Ludouico XIII Gallorum Regi inſcriptum, dum ex patria exul eſſet Grotius. Animus ipſi erat de Iure Naturæ & Gentium illud inſcribere, ſed mutato conſilio, *de Iure Belli & Pacis* titulum dedit, ne quid cum nugis Scholaſticorum haberet commune. Magno ſtatim applauſu Opus recipiebatur, niſi quod Belgæ putarent, potiores ipſorum artes politicas hoc opere fuiſſe detectas. Inter præcipuas libri virtutes referendum, quod ius diuinum, naturale, poſitiuum & gentium probe ac inuicem diſtinxerit, ſcholaſticorum næuos repurgauerit & pleraque exemplis demonſtrauerit. Verum, prout illis, qui primi viam aperiunt, accidere ſolet, multos æque defectus in vtilisſimo alias opere reperiemus. Multa ſunt, quæ leuiter ſaltim tangit, multa, quæ plane prætermittit. Farraginem ſæpe adlegatorum coacervat, atque inter hæc, poetarum adlegatis eſt nimius, nec ſcholaſticos plane relinquit. In rationibus nonnunquam eſt prolixior; in exemplis vix vnum atque alterum ex re-

centiori hiſtoria eſt petitum, pleraque vel Græca ſunt vel Romana. Digna ideo & hæc eſſent emendatione. Sæpius hoc Opus fuit editum. In communi vſu eſſe ſolet editio, quæ *cum notis* ad textum accommodatis IO. FRIDERICI GRONOVII prodiit *Amſtelodami 1680. 8.* quæ tamen plerumque ſunt extemporaneæ, poſt mortem Gronouii conquiſitæ. Ad eius lectionem viam parat IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS, in *collegio Grotiano*, quod in academia Gieſſenſi XV exercitationibus inſtituit, *Francofurti ad Mœnum 1682. 4.* In hoc autem ea, quæ obſcura videbantur apud Grotium, explicauit vberius, quæ autem prolixius dicta, excerpſit, vt veram inde habeamus introductionem Grotianam. Inter Commentatores optimi ſunt IOANNES TESMARVS & VLRICVS OBRECHTVS, quorum editio *Francofurti 1696. fol.* prodiit. Teſtatus in hiſce notis textui ſubiunctis, eſt Teſmarus, ingenii acumen & ſtyli elegantiam, multa quoque illuſtrauit ex antiquitatibus: adiectis ſæpisſime ex recentiori hiſtoria pluribus exemplis, quod maximam hiſce notis præbet commendationem. Subiunctæ etiam ſelectiores aliorum notæ. Obrechtus vero multa ex moralis doctrinæ argumentis, ſolide decidit. Recentior eſt editio GERHARDI van der MUELEN,

*Vltraiect.*

Digitized by Google

*Vltraiecti 1696. f.* in qua præter Gronouii notas, propria adnotata adiecit. Verum, diffuſa iſta nimis ſunt, quæ in verbis, ſpeculationibus, multo argumentorum numero conſiſtunt, parum in ſe continent pragmatici & vbi exempla quæras, plane deficiunt. Aliam IOANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS cum propriis & aliorum notis excerptis fecit *Francofurti ad Viadrum 1691. 4.* Hic autem in contrahendis excerpendisue variorum notis haut æquum vbiuis iudicium exhibuit. Prodiit poſtea alia editio cura GOTHOFREDI SPINÆI, *Lugduni Batauorum 1696. 4.* in qua continentur Ziegleri, Oſiandri, atque Gronouii notæ, ſæpe tamen illæ ipſæ, quas excerpſit Becmannus: illud vero per mortem auctoris tantum vsque ad libr. II. cap. IV. fuit perductum. IOANNES GEORGIVS SIMON in hac academia Grotium cum notis edidit, quæ tamen potius ex Scholaſticis & Moraliſtis fuerunt conſarcinatæ. IOANNES HENRICVS BOECLERVS in integrum librum primum & ſeptem capita libri ſecundi fuit commentatus, ſatis tamen adhuc imperfecte. Tacemus ZIEGLERI, HENNINGES, FELDEN, GRASWINCKELII, OSIANDRI, VELTHEMII, aliorumque vel notas vel ſtricturas in Grotium, de quibus in Bibliotheca Philoſophica ca-

 pite

Digitized by Google

pite octauo §. III. Gallica Grotii verſio, eademque elegantiſſima & perſpicua per ANTONIUM CURTINUM facta prodiit *Hagæ Comitum 1688. 12.* In Germanicum ſermonem translatus nuper prodiit per P. B. SINOLDUM, dictum SCHüTZ, *Lipſiæ 1707. 4.* Præfationem præmiſit CHRISTIANUS THOMASIUS, in qua de Statu Iuris Naturalis vsque ad Grotium, de Grotii dotibus & Germanicæ verſionis vtilitate prolixe ſatis ediſſerit.

## §. XIV.

*Pufendorfii & Thomaſii ſcripta.*

Grotium plures fuerunt ſecuti, inter quos potiorem partem facit SAMVEL PVFENDORFIVS. Hic enim *elementa primum Iurisprudentiæ* conſcripſit, & quidem eo tempore, cum Hafniæ tum a Suecis obſidione clauſæ per aliquot menſes a Danis in cuſtodia detineretur, illo ſaltim fine, vt otii illius ingrati moleſtias diſcuteret. Has poſtea *Hagæ Comitum* edidit *1660. 8.* iisdemque monſtrat ſatis dilucide, qua ratione Iurisprudentia ex naturalis æquitatis principiis poſſit declarari. Licet Pufendorf adhuc iuuenis non omnia plene exhauſerit. Inde maiori cura hoc opus fuit adgreſſus, dum *de Iure Naturæ & Gentium libros VIII* conſcriberet, qui primum *Londini Scanorum* prodierunt *1672. 4.* poſt ali-

quo-

Digitized by Google

quoties fuerunt recuſi, demum cum notis IO. NICOLAI HERTII, *Francofurti 1706.* 4. In his enim Grotium & explanat & ſupplet, atque vbiuis egregium ſe præſtat. Plures quidem nactus fuit aduerſarios, qui tamen ipſi omnes fuerunt inferiores. Fuerunt etiam, qui ipſum Hobbeſium plus æquo ſequi, & heterodoxum reprehenderent. Hoc opus in Gallicam linguam translatum prodiit hoc titulo: *Le droit de la Nature & des Gens, ou Syſteme general des Principes les plus importans de la Morale, de la Iurisprudence, & de la Politique: traduit du latin de feu Mr. le Baron de Pufendorf, par* IEAN BARBEYRAC. *Auec des notes du Traducteur, ou il ſupplée, explique, defend & critique les penſees de l' auteur, & vne preface, qui ſert d' introduction à tout l' Ouvrage, à Amſterdam 1706.* 4. Elegans eſt translatio, in cuius præfatione occupatus eſt translatator, vt demonſtret, Moralis diſciplinæ tradita certis niti fundamentis, atque eiusdem doctrinæ hiſtoriam exponat. In ipſa translatione fidelem ſe præbet atque accuratum, ita, vt ipſa quoque auctorum loca a Pufendorfio adlegata plerumque inſerantur. In notis Pufendorfium vel ſupplet, vel illuſtrat. Inde quoque ſelecta aliorum Scriptorum loca inſperguntur, idque multo cum ſelectu.

Non-

Nonnunquam ex Pufendorfii textu quædam, quæ eundem turbare videbantur, in notas fuerunt reiecta. Vt exinde hæc editio maximam habeat commendationem. Enimuero vix elapſo ſexennio, prioris verſionis huius exemplaribus diſtractis, deſiderata eiusdem altera editio *Amſtelodami 1712.* prodiit, ſtylo quidem politiori & ad mentem Puffendorffii magis accommodato, multivariis ſimul iisdemque eruditiſſimis notis aucta. Ipſi etiam præfationi, præterquam quod limatior iam appareat, nouus additus conſpicitur §. *X.* tandem & huic editioni adiecta eſt oratio inauguralis *de dignitate & vtilitate iuris ac hiſtoriarum & vtriusque diſciplinæ amica coniunctione*, qua antor iuris & hiſtoriarum profeſſionem in Academia Lauſanenſi auſpicatus erat. De quibus ſingulis vid. ipſum autorem *dans l' auertiſſement ſur cette nouuelle edition.* Curante clariſſimo Gieſſenſium Profeſſore IMMANVLE WEBERO. Prodiit germanica huius ſcripti verſio cum eruditis notis IOANNIS NICOLAI HERTII, IOANNIS BARBEYRAC, & aliorum ſub titulo: *des Herrn von* PVFENDORF *acht Bücher von Natur und Völcker Recht, Francof. ad Mœn. 1711. 4.* Huius maioris Operis Pufendorfiani Compendium præbet liber *de Officiis hominis & ci-*

*nis*, qui ſæpius prodiit, nouiter præmiſſa IOANNIS GRöNINGII *hiſtoria Iuris Naturæ & Gentium*, *Hamburgi 1706. 12.* Hunc idem BARBEYRAC in gallicum ſermonem tranſtulit & cum notis edidit *Amſtelodami 1707. 8.* Germanico idiomate prodiit hoc titulo: *Einleytung zur Staats- und Sitten-Lehre, oder Vorſtellung der ſchuldigen Gebühr aller Menſchen, und inſonderheit der Bürgerlichen Staatsverwandten*, *Leipzig 1702. 12.* Commentarii inſtar eſt, ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI *Collegium Pufendorfianum* in Academia Tubingenſi XII Exercitationibus inſtitutum, *Tubingæ 1710. 4.* Acceſſit Eiusdem liber ſingularis *de Iure Pœnarum*. Multam induſtriam curamque in hoc libro adhibuit Celeberrimus Auctor & recentiorum doctrinas ſecutus, eiusdem variis hinc inde exemplis illuſtrauit. Quantum vero ad intelligendum melius Grotium Pufendorfius, tantum ad hunc melius explicandum CHRISTIANVS THOMASIVS facit. Huius enim *inſtitutiones Iurisprudentiæ diuinæ* ex noua, eademque auctiori editione prodierunt *Halæ 1702. 4.* quæ in multis a prioribus fuit immutata. Subſecuta fuerunt *Fundamenta iuris Naturæ & Gentium ex ſenſu communi deducta, in quibus vbique ſecernuntur principia honeſti, iuſti ac de-*

*ac decori, cum adiuncta emendatione ad iſta fundamenta Inſtitutionum iurisprudentiæ diuinæ, in vſum Auditorii Thomaſiani, Halæ 1705. 4.* In hiſce noua plane incedit methodo, ita, vt omnem doctrinam breuibus Theſibus exponat, ab omnibus adlegatis abſtineat, hominem ſaltim in naturali ſtatu conſideret, relinquat terminos logicos & metaphyſicos & verbis vtatur magis perſpicuis, ſæpius etiam hinc inde a Pufendorfio, immo ſe ipſo recedat. Sed, vti titulus etiam præfert, in vſum ſaltim Auditorii Thomaſiani fuerunt conſcripta, cum alias theſes ſint perbreues, quæ fidum requirant explicatorem. Altera vice prodierunt *Halæ 1708. 4.* De *iure* & iudicio *feciali* inter gentes extat, elegans & doctus libellus RICHARDI ZOVCHÆI *Oxon. 1650. 4. & Hag. Com. 1659. 12.* De eodem iure libellus etiam Germanice excuſus eſt ſub titulo: *Allgemeines Völcker-Recht, wie auch allgemeines Urtheil und Ausſprüche aller Völcker, Francf. 1666. 4.*

§. XV.

*Scripta reliqua, quæ faciunt ad Iurisprudentiam Moralem.*

Præter hosce, non deſunt, qui æquitatem naturalem cum iurisprudentia iungendam eſſe ſcriptis ſuis demonſtrarunt. Huc ſpectat LAVRENTIVS ARNOLDI in *collatione philoſophiæ Moralis cum iure ſcri-*

*ſcripto*, *Francofurti 1606. 4.* IO. BRANDES *de vera & ſimulata ICtorum philoſophia*, *Francofurti 1668. 12.* LVDOVICVS MALQVYTIVS *de vera ICtorum Philoſophia.* IOACHIMI HOPPERI *Seduardus* ex parte huc facit, cura *Hermanni Conringii* editus *Brunſuigæ 1656. 4.* licet artem iuris potiſſimum pro ſcopo habeat. Præcipui vero, qui huc faciunt, ſunt, DIODORI TVLDENI de *principiis Iurisprudentiæ libri IV*, *Louanii 1655. 8.* In iisdem enim generalia de Iuſtitia, Iurisprudentia, æquitate, ſummo iure proponit, ita tamen, vt multa quoque de Legibus XII Tabb. aliisque iuris Romani ſpeciebus addat. GEORGII DAVVSON *Origo Legum ſ. de vi earum obligandi & varietate magna*, *Lond. 1694. f.* Addimus FRANCISCI IVLII CHOPPII *Philoſophiam iuris veram*, *Lipſiæ 1650. 4.* Potiſſimum auctoris eſt Inſtitutum, vt vniuerſum Iuris ſyſtema ad duo Capita, Poteſtatem atque obligationem referat; idque exemplis ex Iure Romano petitis demonſtret. Subiungimus demum IOANNEM SCHILTERVM in *manuductione ſua ad philoſophiam moralem*, *Ienæ 1676. 8.* qui, licet methodo Ariſtotelica incedat, præcipuas tamen in in hac materia partes facit.

§. XVI.

Digitized by Google

## §. XVI.

*Scriptores de Caſibus Conſcientiæ.*

Ad Iurisprudentiam Moralem ſpectant etiam iſti, qui Caſus & Iura *Conſcientiæ* indagarunt. Quorſum ex recentioribus pertinet ELIÆ SAVRINI *Conſiderationes Iurium Conſcientiæ. Vltraj. 1697. 8.* Cuius inſtitutum tamen maxime in eo verſatur, diſquirens, quatenus diſſentientes in religione in rep. tolerandi ſint, nec ne. Varias eo pertinentes materias explicat IOANNES de la PLACETTE *Diuers Traittés ſur des matieres de Conſcience Amſtel. 1698. 12.*

## §. XVII.

*Commentatores ad III. & IV. titulum de Legibus, Statutis & Conſtitutionibus principum.*

De iis, qui ad titulum ſecundum de origine iuris fuere commentati, dicemus infra, vbi de hiſtoria iuris ſermo erit. Ad tertium & quartum titulum de Legibus, Conſtitutionibus Principum, Statutis & Conſuetudine alii faciunt, vt PETRVS de ALLIACO, *Venetiis 1508. 8.* CHRISTOPHORVS de ANGVIANO, *Granatæ 1620. f.* SEBASTIANVS MEDICES, *Florentiæ 1574. 8.* & ROCHVS CVRTIVS; qui tres vltimi coniunctim prodierunt *Coloniæ 1571. 8.* Optimus vero eſt FRANCISCVS SVARETZ *de legibus ac Deo legiſlatore, Antwerpiæ 1613. f.* vbi de poteſtate legislatoria agit. Fontes Legum & ordinem maxi-

Digitized by Google

maxime ex vſu Galliæ ſibi demonſtrandum ſumſit Anonymus in ſcripto, cui titulus: *Les Loix Ciuiles Dans leur ordre naturel ſ. Leges Ciuiles ad natiuum, quem inter ſe habent ordinem redactæ, Paris 1689. 4. 1695. 8.* Tractatum moralem de *Legibus tum in genere, tum in ſpecie* edidit IOANNES WOLFGANGVS IÆGERVS, *1688. 8.* Ad vſum Imperii magis ſpectat CHRISTOPHORI STIRNII *Nomothesia Romano-Germanica ſ. de Conſtitutionibus Principum Argent. 1665. 4.* Vbi præmiſſis generalibus, quæ ad doctrinam politicam de Conſtitutionibus ſpectant, inde a Iulii Cæſaris vsque ad Leopoldi Imp. ætatem elegantem recenſionem Conſtitutionum, tum Principum Romanorum, tum Imperatorum Germanorum, ex Codice, Pandectis aliisque ſcriptoribus hiſtoricis exhibet, & iuxta ſeriem ſeculorum allegat. Huc porro referri poteſt DAVIDIS SCHEINEMANNI *Diſſertatio de Autoritate Legum Ciuilium extra territorium legislatoris. Tub. 1696. in 4.* Cum qua vtiliter conferri poteſt IO. NIC. HERTIVS *de Colliſione Legum* quæ habetur inter eius opuſcula edita *Francof. 1700. 4.*

## §. XVIII.

*De Statutis* horumque efficacia habe- *Scriptores*

*De ſtatutis, vſu & conſuetudine.*

mus ALBERICI de ROSATE, BARTOLI, NATTÆ, BALDI, ALBERTI BRVNI, IOANNIS CAMPEGII, aliorumque tractatus coniunctim editos *Francofurti 1655. f.* PAVLVM VOETIVM *de ſtatutis eorumque concurſu*, *Amſtelodami 1661. 12.* qui ad iura Belgii potiſſimum facit. Optima vero ſunt, quæ de ſtatutorum vigore MEVIVS præmiſit *in prolegomenis ad Ius Lubecenſe*, atque erudita diſſertatio HENRICI COCCEI *de iurium efficacia in alieno territorio.* Diſſertatio Perilluſtris LYNCKERI, *de ſtatutis ciuitatum prouincialium*, *Ienæ 1699. 4.* erudita & ſubtilis. HENRICVS GISEBERTVS, de quo ſupra diximus, in *Iuſtiniano Harmonico* ſtatuta prouinciarum Germaniæ & regnorum vicinorum confert. PETRVS SALAZAR egit *de vſu & conſuetudine*, *Francofurti 1600. 8.* Quantum vero inter legem & conſuetudinem interſit, optime demonſtrauit LVDOVICVS CARBO *de bello legali inter Legem & Conſuetudines*, *Bononiæ 1592. 4.* RENATI CHOPPINI, HORATII LVCII, ANDREÆ TIRAQVELLI, CORNELII BENINCASII tractatus *de priuilegiis* coniunctim extant *Coloniæ 1582. 8.* *De mandatis Principum*, *ſeu de officio eorum, qui in prouincias cum Imperio mittuntur*, optime egit CAROLVS EMANVEL VIZ-

ZANI-

ZANIVS, *Amſtelodami* 1651. 4. Hic enim omnem materiam ex ipſis antiquitatum & iuris Romani fontibus ſatis probe exhauſit.

## §. XIX.

*Scriptores ad tit. V. de Statu hominum.*

De Statu hominis tractatum habemus FRIDERICI PRüCKMANNI, *Francofurti ad Viadrum* 1586. 4. Melior vero eſt IOANNIS OTTONIS TABORIS *de iure Hominum* liber. Rariſſimus quoque eſt tractatus ILDEFONSI PERETZ de LARA, *Compendium vitæ hominis in foro, in iure fori & poli vsque ad perfectam ætatem & ſenectam Pinciæ* 1629. f. & *Lugduni* 1672. 4. qua omnes humanas actiones ſecundum diuerſas ætates harumque iura examinat, *Pinciæ* 1629. f. Ad vſum Germaniæ tamen & praxin forenſem melius facit THEODORVS SCHOEPFER de *Iure Senum*, *Quedlinb.* 1705. 4. Item GEORGIVS SCHVBARTVS *de Statu liberorum dubio & illegitimo Ienæ* 1693. 4. Elegantiſſimus eſt tractatus EZECHIELIS SPANHEMII *de orbe Romano*, quo l. 17. ff. de ſtatu hominum duabus exercitationibus explicat, & quid Orbis Romanus, quinam Ciues Romani dicantur, exponit. Prima vice editus proſtat in Tomo vndecimo Theſauri Antiquitatum Græuiani, ſed

altera parte auctior prodiit *Londini 1703. 4.* De *partu naturali & legitimo* egit ALPHONSVS a CARANTZA, *Coloniæ 1629. 4. Geneuæ 1677. 4.* qui iura hæc bene deducit. Faciunt huc etiam CAROLI ANNIBALIS FABROTTI *diſquiſitiones duæ de tempore iuſti partus & numero puerperii, Baſileæ 1651. 4.* breues quidem, aſt eruditæ. Plenius vero hæc atque adfinia deducuntur in PAVLI ZACCHIÆ *quæſtionum medico legalium* tomis tribus a IO. DAN. HORSTIO olim auctis poſt a GEORGIO FRANCO emendatius & locupletius editis, *Francofurti ad Mœnum 1688. f.* qui ſingula per quæſtiones atque deciſiones late pertractauit. Quibus iungi meretur MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI *Pandectæ Medico-Legales, ſeu Reſponſa Medico-Forenſia ex Archiuis Academiarum celebriorum ſcriptisque probatiſſimorum Medicorum deprompta & latinitate donata, Francofurti 1701. 4.* Ad iura parentum in partum facit GERARDI NOODT *Iulius Paulus*, ſiue de partus expoſitione & nece apud Veteres *Lugduni Bat. 1700. 4.* Hoc ſibi potiſſimum proponit, vt diuerſas leges illuſtret & doceat, multa in Pandectis proponi, quæ priuatæ ſaltim ſunt ICtorum opiniones. Nec non huc refertur LVDOVICI CHRISTIANI CRELLII *Indi-*

*cium*

*cium Salomonis ſ. Controuerſia de liberorum proprietate Lipſ. 1706. 4.* vbi modos probandi filiationem occaſione iudicii Salomonis, ex cauſis tum naturalibus, tum moralibus deducit, cum quo vtiliter coniungi poteſt FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHT *de Probatione filiationis ex concubitu ſponſorum, Tub. 1696. 4.* quamuis potiſſimum ad Ducatum Würtenbergicum faciat. *Ad iura Poſthumorum* facit CHRISTIANI WILDVOGELII Diſſertatio *Ienæ 1700. 4.*

§. XX.

*De Fœminarum iure.*

De *iuribus fœminarum* ſingularibus ſcripſit BENEDICTVS CARPZOVIVS, *Lipſiæ 1651.* & MARTINVS BENCKENDORFF de *iure Mulierum, Francofurti ad Viadrum 1607. 8.* Melior vero eſt tractatus HENRICI HAHNII, *de iure Sexus Fœminini ſingulari, Helmſtadii 1664. 4.* & IOACHIMVS WIBELIVS, *de contractibus mulierum, Studgardia 1656. 4.* De *Iure fœminarum illuſtrium* in ſpecie commentatus eſt GEORGIVS MELCHIOR LVDOLPHVS *Ienæ 1711. 4.* atque ad vſum maximi Iuris feudalis & Publici ſpectat.

§. XXI.

*De Seruis.*

In materia ſeruorum habemus varios tractatus. Quis Status fuerit ſeruorum apud

Romanos optime docuit LAVRENTIVS PIGNORIVS elegantiſſimo tractatu *de ſeruis*, & horum apud Veteres miniſteriis, *Patauii 1656. 4.* quæ editio reliquis eſt præſtantior. De *Manumiſſione* Seruorum apud Romanos egit WILHELMVS a LOON, *Vltrai. 1688. 12.* Ad iura vero ſeruorum facit IO. HERMANN STAMM, *de ſeruitute perſonali*, cuius tractatus tertia editio prodiit *Francofurti 1699. 4.* Adiecti HIPPOLYTVS BONACOSSA *de ſeruis*, FRIDERICI HVSANI, EUCHARII ERHARDI, *de ſeruis & hominibus tam propriis quam liberis tractatus*, qui alias prodierunt *Gieſſæ 1663. 8.* *De operis ſeruorum* ſcripſit TITIUS a POPMA, *Coloniæ 1608. 8.* & CASPAR MANTZIUS, *Ingolſtadti 1658. 8.* His præſtat IOANNES OTTO TABOR, *de ſeruis & hominibus propriis*, *Gieſſæ 1663. 8.* qui, vti alia Taboris, omnino eſt æſtimandus. Nec defuerunt qui ſeruitutes ad ſtatum Germanorum adplicare fuerunt conati. MELCHIOR GOLDASTVS, *de ſeruitute Germanorum antiqua & noua* libros promiſit in notis ad Burckardi Caſus cap. VII. p. 131. de quibus optima quæque ſperanda, ni morte fuiſſet præuentus. Idem dicendum de VDALRICI ZASII libello *de Germanorum ſeruis*. Hoc tamen præſtitit CHRISTIANI THOMASII diſſertatio *de hominibus propriis & liberis*



Digitized by Google

*Germanorum*, *Halæ 1701. 4.* qua in fontes inquirit, & quæ ratio ab antiquo fuerit apud Germanos hominum propriorum accurate demonſtrat. Licet ob accuratiorem ex antiquitatibus Germanicis deductionem, præferendam omnino eſſe eruditsſimam IO. NICOL. HERTII *de hominibus propriis* diſſertationem putemus, quæ inter ipſius opuſcula continetur. Prae cæteris vero commendandi IOACHIMI ORTGIESERI *de Conditione & Statu Seruorum apud Germanos tam veteri quam noua, Libri Tres, Coloniæ 1707. 8.* quibus omnem ſtatum ſeruorum ex primis Germanorum antiquitatibus docte & perſpicue declarat. Ad ſtatum hodiernum facit IO. PETRI LVDEWIGS *diſſertatio* erudita *de Colonis adſcriptitiis, Halæ 1710. 4.*

## §. XXII.

*Scriptores de Wildfangiatu.*

Hanc materiam illuſtrauit nobilis illa controuerſia, quæ ſub medium ſuperioris ſeculi *in Cauſſa Wildfangiatus* inter Palatinum electorem & vicinos fuit mota. Prodierunt in hac cauſſa variæ relationes, ab vna & altera parte. *Vindicias* quidem *quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non immediatæ Nobilitatis S. R. I. contra Palatinum Wildfangiatum mancipatum*

*tum aliasque violentias* dedit IO. HENRICUS BOECLERUS, *1665. f.* Eruditisſimum vero eſt ſcriptum IOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI, qui *iuſtitiam cauſſæ Palatinæ, ſeu defenſionem iuris Realis Palatini in homines proprios* publicauit, nec non effrenatam conuitiandi audaciam ſcriptoris vindiciarum contra Wildfangiatum redarguit, atque hanc materiam optime deduxit. In primo ſtatim capite materia de hominum propriorum origine & conditione per Germaniam & pleraque Europæ loca agitur. Contra eam tamen idem Boeclerus *Vindicias* dedit, *a fœderatis Electoribus, principibus, Statibus & immediato equeſtri ordine Palatino Wildfangiatui pridem oppoſitas, adſertas & a conuitiis ſcriptoris, qui defenſionem iuris regalis in homines proprios emiſit, vindicatas, Moguntiæ 1666.* Contra haſce prodiit *Prodromus ſolidæ & copioſæ confutationis mox ſecuturi ſcripti, nuper contra Palatinum Wildfangiatum*, & plura alia ſcripta, vſque dum tota controuerſia per Laudum Compromiſſoriale per Galliæ & Sueciæ Regum legatos anno 1667. ſopiretur. Hæc & reliqua ſcripta inſerta videmus Tomo XII, XIV, & XVI Diarii Europæi. Aliquod etiam epiſtolas in hac controuerſia ſcripſiſſe ERICUM LINDEMANNUM & SAMUELEM PUFENDORFIUM

FIUM teſtatur Placcius Theſauro Anonymorum p. 239.

## §. XXIII.

Ad titulum ſextum de his, qui ſui vel alieni iuris, ſpectant ſcriptores de *iure familiæ*, de quo per conſiderationes politicas egit CHRISTOPHORUS BESOLDUS, *Argentorati 1641. 4. De familiarum vero illuſtrium & nobilium ſtatutis, pactis & conſuetudinibus* NICOLAUS BETSIUS, *Francofurti 1611. 8. & cum præfatione, notis & indice* IOANNIS SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* Tractatus eſt egregius, in quo pacta familiaria, quæ circa hæreditatem, matrimonia, ius primogenituræ, renuntiationes & eiusmodi oriri ſolent, probe explicantur, ita, vt iuris publici ratio vbique habeatur, vt infra pluribus. Addi quoque debet M. VETRANII MAURI tractatus *de iure liberorum, Lugduni 1558. 4.*

*Commentatores ad titulum VI de his, qui ſui vel alieni iuris.*

## §. XXIV.

De *patria poteſtate* egit IO. ANGELUS BOSSIUS, *Lugduni 1667. f.* Præcipui vero ſunt PETRUS ÆRODIUS *de iure patrio*, quod contra filium proprium ſcripſit *Pariſiis 1597. 8.* & qui latius hoc deduxit PHILIPPUS PASCHALIS, *de viribus patriæ poteſtatis, Venetiis 1655. f. & Vratis-*

*De patria poteſtate.*

*lauiæ 1672. f.* qui in hac parte primas fert. Æſtimandæ quoque ſunt FRIDERICI LUDOVICI HüNEFELDI meditationes *de iuribus & poteſtate parentum: eorumque auctoritate & officio circa religionem liberorum, Ienæ 1701. 4.* Præcipua vero eſt ABRAHAMI a KERCKRAAD diſſertatio iuridica *de iure patrio*, *Vltraiecti 1708. 8.* qua ſimul agit de matrimoniis, polygamia, diuortiis, concubinatu, legitimatione, adoptione, exhæredatione. Inprimis huc pertinet IOHANNIS CAROLI NÆVII *Ius Patrum*, *Chemnitz 1710. 8.* vbi germanico idiomate praxin fori tum communis, tum præſertim Saxonici illuſtrat. Ad *Legitimationis* liberorum cauſam ſpectat IACOBI OTTONIS *Hypotypoſis Legitimationis illegitimorum Auguſt. Vindel. 1673. 4.* vbi hanc materiam ex fontibus iuris Ciuilis potiſſimum deducit, acceſſit auctarium *Reſtitutionis famæ infamium* cum Diplomate quodam Leopoldino.

*Commentatores ad tit. VII. de adoptionibus & emancipationibus.*

De *emancipationibus liberorum & poteſtate patria* extat tractatus anonymi *Venetiis 1571. 8.* De *vnione prolium*, præter diſſertationem IOANNIS EICHELII, *Helmſtadii 1655. 4.* habitam, & BARTHOLOMÆI MUSCULI tractatum *de vnione ſeu pariatione prolium diuerſi matrimonii ad ſucceſſionem*, omnium labores ſuperat IACOBI RICKII ab ARWEILER tractatus,

*Colo-*

Digitized by Google

*Coloniæ 1598. 8.* Cui iungenda eſt GEORGII ADAMI STRUVII, b. Parentis diſſertatio *de vnione prolium, 1679. 4.*

## §. XXV.

De *iure rerum* varios tum generales tum ſpeciales habemus tractatus. Politice illud argumentum pertractauit CHRISTOPHORVS BESOLDVS, *Argentorati 1641. 4.* Iuridice *de rerum diuiſione* ſcripſerunt THOMAS GRAMMATTICVS, *Venetiis 1570. 8.* MARCVS MANTVA, *Tubingæ 1589. 4.* LEONHARDVS SCHRADERVS, *Lipſiæ 1606. 4.* & præcipue HERMANNVS WERNERVS, de *diuiſione ac qualitate rerum & earum dominio ex iure gentium adquirendo, Helmſtadti 1676. 4.* De iure rerum diuiduarum atque indiuiduarum plures egerunt, EGVINARIVS BARO, cuius tractatus extat in Tractatu Tractatuum, *Venetiis 1576. f.* POLYDORVS RIPA tractatu *de diuiduis & indiuiduis, Venetiis 1610. 4.* CAROLUS MOLINÆUS, in *extricatione labyrinthi diuidui & indiuidui, Lugduni 1562. f.* qui reliquis eſt accuratior, alias ſub nomine CASPARIS CABBALINI *Venetiis 1576. 4.* editus. AUGUSTUS BENEDICTUS CARPZOV diſputatione de *iure diuidui & indiuidui circa perſonas, res & actiones, Lipſiæ 1670. 4.* Reliquis vero præſtantior eſt AUGUSTI

*De iure rerum.*

GUSTI

GUSTI HOFMANNI de *iure rerum indiuiduarum* tractatio methodica, *Halæ 1701. 4.* ex tertia editione auctiori, *Francofurti 1710. 4.* qua intricatiſſimam indiuidui materiam ex imis Iuris principiis neruoſe atque dilucide declarat. De *rerum ſufficientia in Republica* elegans eſt tractatus IACOBI BORNITII, *Francofurti 1625. 4.* editus, in quo varia illuſtrat, quæ ad culturam agrorum & metallorum, opificii mercaturam & miniſteria varia ſpectant, *Francofurti 1625. 4.* De *congrua rerum portione* habemus ſcriptum IOANNIS BAPTISTÆ COSTÆ, *Francofurti 1606. 4.* Elegans eſt tractatus HENRICI HAHNII, de *iure rerum & iuris in re ſpeciebus*, qui *Helmſtadti 1664. 4.* prodiit. De eodem ſcripſit GERHARDVS FELTMANNVS *Arnhemi 1666. 12.* ſed opiniones fouet ſingulares. De *rebus religioſis* CAROLVS TAPIA egit *Neapoli 1594. 4.* Alii ſpeciales quasdam res fuerunt adgreſſi. Huc ſpectat STEPHANI FORCATVLI *auctarium Iuris Ciuilis*, *Lugdun. 1550. 4.* quod ad explicationem §. 12. & ſeqq. Inſtitutionum facit, eodemque præcipua iura & textus ciuiles de auibus explicantur. PHILIPPVS HELFRICVS KREBS, de *ligno & lapide* egregie fuit commentatus, *Auguſtæ Vindelicorum 1700. 4.*

§. XXVI.

Digitized by Google

## §. XXVI.

Ad titulum nonum Pandectarum & ſequentes de magiſtratibus faciunt varii. De *Senatu* quidem *Romano* elegans extat tractatus PAULI MANUTII, *Venetiis 1581. 4.* Accuratiores tamen ſunt & prolixiores IOANNIS SARII ZAMOSCII de *Senatu Romano libri duo*, qui prodierunt, *Venetiis 1563. 4. Argentorati 1608. 8.* in quorum primo ipſam Senatorum lectionem, munus & priuilegia deducit, altero rationem & modum habendi Senatus, rogandarumue ſententiarum illuſtrat, maxime commendando labore. Minoris momenti eſt tractatus MARCI ANTONII MAIORAGII, de *Senatu, Mediolani 1561. 4.* qui circa Senatores maxime occupatus eſt & FRANCISCI HOTTOMANNI, de *Senatu & inſignibus aliquot Senatus conſultis* liber, qui ob breuitatem ſuam imperfectus, prodiit cum ſuperiori. Magiſtratuum Romanorum officia atque iura alii illuſtrarunt. Extat primum PETRI SCRIVERII *reſpublica Romana*, quæ ex Elzeuiriana *Lugduni Batauorum* prodiit *1629. 16.* & ANDREÆ DOMINICI FLOCCI de *poteſtatibus Romanorum* libros duos, POMPONII LÆTI, RAPHAELIS VOLATERRANI, ANDREÆ ALCIATI, IVSTI LIPSII, IANI GVILIELMI libel-

*Commentatores ad tit. IX & ſequentes de Senatu & Magiſtratibus Romanis.*

Digitized by Google

libellos de *Magiſtratibus Romanorum* continet, cum Caroli antiquitatibus alias, & ſeparatim quoque impreſſos, ſed ob breuitatem minus proficuas. His addimus CLAVDII PRÆVOTII, Vxellodunenſis de *magiſtratibus populi Romani* libellum, *Francofurti 1612. 8.* & CHRISTIANI OHEMII de *conſulibus* aliisque magiſtratibus, *Mülhuſæ 1606. 8.* editum. Non inelegans eſt & modo adductis præferendus FRANCISCI HOTTOMANNI de *magiſtratibus Romanorum, eorumque inſtitutione tractatus*, *Baſileæ 1557. 8.* nec tamen omnia adimplens. IOANNES PYRRHUS in tractatu ſuo *de magiſtratibus Romanis*, qui in tomo XVI. Tractatus Tractatuum *Venetiis 1584. f.* edito extat, quam maxime agit de magiſtratibus Romanorum palatinis, quæſtoriis & militaribus. Ad hiſtoriam & iura magiſtratuum, qui fuerunt ſub Imperatoribus, optime conducit *notitia dignitatum cum Orientis tum Occidentis, vltra Arcadii Honoriique tempora*, quæ ſola prodiit cura PHILIPPI LABBEI, *Pariſiis 1651. 12.* cum eruditiſſimo autem commentario GVIDONIS PANCIROLLI, *Lugduni 1608. f.* qui extat etiam in tomo tertio theſauri antiquitatum Græuiani. Acceſſit eiusdem tractatus *de magiſtratibus municipalibus*, qui ſeparatim alias non prodiit. Elegans eſt opus, idemque ad expli-

candas

Digitized by Google

candas leges de magiſtratibus vtiliſſimum, ita, vt vel ſolum hac in parte poſſit ſufficere, licet in geographicis ſæpius auctor labatur. Eodem ſpectat IULII CÆSARIS BULENGERI Opus *de Imperatore & Imperio Romano, Lugduni 1618. f.* Integrum quaſi Romani Imperii Ius publicum hoc Opere comprehenditur. Quicquid enim ad Imperii adminiſtrationem, inſignia facit atque officia, eodem videmus explicatum. Agit enim libro primo de nomine & titulo Imperatorum. Quid Cæſar, Auguſtus, Diuus, Maximus, Pius, & quæ ſunt alia. Secundo de creatione & inſignibus Imperii, ſtrenis & fortuna aurea loquitur. Tertius de decennio regiminis, edictis, principibus iuuentutis. Reliqui de officiis agunt & dignitatibus ſub Impp. vtriusque Imperii, prouincialibus etiam & municipalibus. Duodecimus demum vectigalibus & reditibus populi Romani eſt deſtinatus. Addita eſt appendix de officiis eccleſiaſticis Conſtantinopolitanis. Hoc tamen in ipſo deſiderandum eſſe videtur, quod non diligentius veterum marmora excuſſerit. Ad officia autem tantum Palatina faciunt IACOBI GUTHERII de *officiis domus Auguſtæ publicæ & priuatæ* libri tres, qui prodierunt *Pariſiis 1628. 4.* & *Lipſiæ 1672. 8.* Quadripartitum Opus ſibi propoſuerat Gutherius,

cuius

cuius prima pars hæc eſt. In eadem præter generalia de magiſtratibus, agit de prouinciarum præſidibus, Conſulibus & Conſularibus, Conſiſtorianis Comitibus, Conſiliariis principum, præfectis prætorio, officiis ſcriniorum, libellorum magiſtris & quæcunque ſunt aulæ officia alia, atque hæc ex antiquis marmoribus illuſtrantur, multæ leges explicantur. Alterum volumen, quod in præfatione prioris, expolire ſe dicit, vrbis Romæ Magiſtratibus Ciuilibus: Tertium prouinciarum poteſtatibus: quartum rei militaris magiſtratibus erat deſtinatum. Verum, hæc tria poſteriora cum ipſius morte interciderunt, atque eruditionem & in hiſce rebus cognitionem plane ſingularem præ ſe ferunt. Conſulum & Prætorum Statum explicat PETRI FABRI Commentarius *de magiſtratibus Romanorum*, qui prodiit cum primo Semeſtrium libro, *Lugduni 1590. 4.* elegantisſimus alias. Ad Conſulatus Cæſarum tantum facit ANTONII PAGI *disſertatio hypatica*, *Lugduni 1682. 4.* edita, qua faſtos reſtituit, & multa in conſulatibus tum ordinariis tum ſuffectis illuſtrat, hiſtoriæque atque chronologiæ magnam lucem adfert. De *Prætoris Officio* tractatus CONRADI LANCELLOTTI tantum ad ciuiles cauſſas ſpectat, prodiit *Coloniæ 1578. 8.* adnexus eſt eiuſdem de decurionibus liber.

De

Digitized by Google

De *Præfecto prætorio* & aliis quibusdam commentatus eſt MARCVS ANTONIVS SVRGENS, *Neapoli 1602. f.* Id quod etiam egit IOANNES FERGIVS, *Francofurti 1611. 4.* Ad praxin hodiernam de Statu & officio Magiſtratuum & Officialium optime egit NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH in *Hyparchologia ſiue de Officialibus, Magiſtratibus & Adminiſtris. Stutgard. 1678. 4to.*

## §. XXVII.

*Scriptores ad librum II. tit. I. de Iurisdictione.*

Ad librum ſecundum Pandectarum primus occurrit titulus de Iurisdictione. Habemus de eadem ſcriptores varios. THOMÆ MICHAELIS quidem tractatum *de SS. Cæſareæ Maieſtatis ac Statuum Iurisdictione, Gieſſæ 1621. 4.* IACOBI MENOCHII *de imperio & iurisdictione libros tres, Francofurti 1621. 8.* BERNARDI SUTHOLTI *de iurisdictione exercitationem, Gieſſæ 1664. 4.* ARNOLDI VINNII *de iurisdictione & imperio librum, Amſtelodami 1651.* FRANCISCI ZYPÆI *de iurisdictione eccleſiaſtica & ciuili, Leodii 1649. f.* & qui præcipuus eſt GERHARDVS NOODT, qui *probabilium* ſcripſit *libros quatuor*, quibus accedunt *de iurisdictione & imperio libri II. & ad L. Aquiliam liber ſingularis, Lugduni Batauorum 1691. & 1705. 4.* D. MARTA *de iurisdictione*

ſcripſit *inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularem exercenda, Geneua 1669. f.* Magis vero ad ſtatum Germaniæ noſtræ accommodatus eſt tractatus MATTHIÆ STEPHANI de *Iurisdictione, Francofurti 1623. 4.* & præcipue TOBIÆ PAVRMEISTERI, editio eſt optima, quæ *Francofurti 1616. 4.* facta. Licet iſti ſcriptores hoc titulo generalia tradant iuris publici fundamenta. Præcipua tamen habenda eſt ERNESTI GOCKELII *methodica tractatio de Iurisdictione ſuprema, Vlmæ 1682. 4.* quæ inprimis ad ſtylum & praxin Tribunalium ſummorum Germaniæ eſt directa. Facit huc etiam eruditiſſima diſſertatio HENRICI COCCEII, de *fundata in territorio & plurium locorum concurrente poteſtate, Francofurti ad Viadrum 1696. 4.* CHRISTIANI THOMASII diſſertatio de *Iurisdictionis & Magiſtratuum differentia, Halæ 1703. 4.* multa depromit ex Germaniæ antiquitatibus haut inutilia: nimium tamen tribuere videtur auctoritati Speculi Sueuici atque Saxonici. Alias iuſtitiæ Præſides ab iis, qui Magiſtratus functi fuerunt officio, probe docet diſtinguere. Ad iurisdictionem criminalem facit ANTONII MATTHÆI tractatus *de iure gladii & toparchis, qui exercent illud in diæceſi Vltraiectina, Lugd. Bat. 1689. 4.* Ad quæſtiones forenſes decidendas maxime conducit

AN-

Digitized by Google

ANTONII WILHELMI ERTELS *Praxis aurea de Iurisdictione in foro ciuili & cauſa, Nurnberg. 1694. 4.* vbi germanico idiomate potiſſimum quæſtiones practicas & differentias iurisdictionis adducit. Cum hoc vtiliter poteſt coniungi CHRISTIANI LEONHARDI LEVCHTII *Tractatus Academicus de Iurisdictione Norimb. 1700. 4.* Ad iurisdictionem *delegatam* officialium explicandam conducit FRANCISCI IOSEPHI de ANGELIS *Tractatus de Officialibus Baronum ciuilem & criminalem iurisdictionem habentium. Neap. 1689. f.* De *iurisdictione communi von geſammten Gerichten* egit GUILIELMUS HIERONYMUS BRUCKNERUS *Ienæ 1697. 4.* Qui ad reliquos titulos faciunt ſcriptores, hos infra inter practicos adducemus.

### §. XXVIII.

*Scriptores ad tit. IV. de in ius Vocando.*

Ad vſum fori faciunt FRIDEMANNI POSNERI *Deciſiones de citatione reali Lipſ. 1704. 4.* THOMAS METZGER, *de Citatione, Friburg. 1609. 4.* GRATIANI VBERTI *Tractatus de Citationibus, Colon. 1702. fol.*

### §. XXIX.

*Ad titulum XII. de feriis,*

Succedunt ſcriptores, qui de feriis, dilationibus & diuerſis temporibus ſcripſerunt,

*dilationibus & diuerſis temporibus.*

runt. De antiquitatibus temporum elegantem habemus tractatum AYMONIS CRAVETTÆ, *Francofurti 1572. 8.* in quo antiquum quid ſit, probat. *De tempore vero, eiusque partibus, generibus & actionibus* egit CONRADUS FRIEDLIEB, *Sedini 1670. 8.* *De temporalibus* interuallis a momento vsque ad centum annos extat EUSTATHIUS, ſcriptor græcus, *interprete* IOANNE LEVNCLAVIO, primum a Simone Schardio editus, poſt recuſus *Roſtochii 1671. 4.* & *in tomo I. operum Cuiacii, editionis Fabrotti*, atque omnia temporis momenta ex iure ciuili & græco accurate decidit. Quem poſtea in *γραμματεία de diuerſis temporum præſcriptionibus & terminis* ſecutus fuit CUIACIUS, quæ inter opera eius extat tractatus MARCI ANTONII BARDI, *Colonia 1581. 8.* De *legali* vero *tempore* optime egit IOANNES CAROLUS ANTONELLUS, *Romæ 1660. f.* & *Ienæ 1670. f.* LAZARUS FOENUTIUS *momentanei temporis in iure deciſiones* dedit *Venetiis 1586. 4.* & *1603. 4.* Rarus eſt FRANCISCI RIPÆ tractatus *de tempore nocturno & iis, quæ nocte committuntur, Francofurti 1602. 8.* De *diuerſis temporum adpellationibus* egregius libellus ALBERICI GENTILIS, *Londini 1585. 4.* *Caſus annales* propoſuit atque decidit QVINTILIANUS MANDOSIUS,

*Fran-*

*Francofurti 1594. 8.* De *iure feriarum* habemus diſſertationem MICHAELIS FRIDERICI LEDERERI, *Witteberga 1671.* Varia vero polymathia referta celeberrimi viri CHRISTIANI WILDVOGELII, *Chronoſcopia legalis, Iena 1700. 4.* recuſa, in qua, quidquid circa præcipua anni tempora & feſta iuſtum eſt, ſolide examinat. GEORGIVS von DASSEL ſingulari diſſertatione egit: *de iure temporis Quadrageſimalis Argentorati 1651. 4.* Ad titulum decimum tertium de edendo IMANVELIS SVTORII tractatus *de edendo, & recognoſcendo vel iurato diffitendo, Iena 1659. 4.* extat, & ſcriptores practici, ii præſertim, qui de actionibus ſcripſerunt, & ſcripta Suendendœrfeſiana, de quibus infra.

*Scriptores ad tit. XIII de edendo.*

## §. XXX.

Qui de pactis egerunt ICti, varii ſunt. Nolumus iam omnes, qui de hac materia ſcripſerunt, hic coaceruare, ſed præcipuos ſaltim delibare. De *contrahenda & committenda ſtipulatione* ſolidum habemus tractatum IOANNIS GOEDDEI, *Herborna 1596. & 1609. 8.* De *conuentionibus ambiguis & tacitis* extant lucubrationes Vaticanæ FRANCISCI MANTICÆ, *Roma 1610. fol.* quæ editio eſt optima, & *Geneua 1692. f.* quod opus ad praxin eſt vtiliſſimum. Præter hunc

*Scriptores ad titulum XIV de pactis.*

in pactorum materia optimi ſunt. ARNOLDVS VINNIVS *de pactis Lugdun. Batauor. 1643. 12.* qui ad Ius Ciuile, & CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS, qui ad ius Saxonicum facit, *Ienæ 1660. 4.* & pro more multis ſententiis iuridicis eſt refertus. De *pactis renunciatiuis* egit IO. DAVTH, *Lipſiæ 1611. 8.* Meliores tamen ſunt *tractatus præcipui de renunciationibus*, vtpote HVBERTI GIPHANII, ANDREÆ DALNERI, HENRICI BREVLÆI, & BARTHOLOMÆI KELLENBENZII, qui *cura ac cum notis*, *itemque cum præfatione* IO. SCHILTERI prodierunt *Argentorati 1701. 4.* Quibus poſtea acceſſit *alter tomus*, eiusdem *Schilteri cura*, *Argentorati 1702. 4.* editus, qui CHRISTOPHORI LEONHARDI LEVCHTII *additiones ad Andr. Dalneri tractatum de variorum iurium renunciationibus* continet, quæ ad vſum Germaniæ potisſimum ſunt accommodatæ, ſtatuta quoque nobilium imperii immediatorum. Acceſſit IOANNIS ANDREÆ FROMMANNI *diſſertatio iuridica de exiſtentia conditionis pacti renunciatæ hereditatis reſeruati*, ſolide elaborata. De *pactis, quæ inſtrumentis inſeri ſolent*, egit MATTHÆVS ENTZLINVS, *Tubingæ 1592. 4.*

§. XXXI.

Digitized by Google

## §. XXXI.

De contractibus habemus alios. *De contractibus in genere* erudita eſt diſſertatio WOLFGANGI ADAMI LAUTERBACHII, *Tubingæ 1649 4.* CASPAR MANTZIUS *de contractibus & obligationibus, Ingolſtadti 1640. 4.* *De duobus reis ſtipulandi* tractatio ſynoptica eſt THEODORI MOHR, *Helmſtadti 1687 4.* ſolide deducta. *De contractibus ſimulatis* BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ. *De ſymbolicis* vero *contractibus* pleniſſimus eſt tractatus ALBERTI ALDERISII, *Neapoli 1675. f.* *De transactionibus* habemus JO. BORCHOLTEN, *Helmſtadti 1598. 8.* M. ANTONII DELRIO *repetitionem ad l. transigere C. de transactionibus, Lugduni 1589. 8.* & præcipuum CHRISTOPHORUM PHILIPPUM RICHTERUM *ad titulum de transactionibus & errore calculi, Ienæ 1662. 4.* De *transactione criminum* extat GERHARDUS NOODT *Diocletianus & Maximilianus ſive de Transactione & pactione criminum Liber ſingularis Lugdun. Batau. 1700. 4.*

*Scriptores de Contractibus.*

## §. XXXII.

In libro tertio primus occúrrit titulus de poſtulando, & tertius de procuratoribus & defenſoribus, ad quos materia ſpectat de aduo-

*Commentatores ad libr. III. tit. I de poſtulando*



Digitized by Google

aduocatis, horumque officio. *De officio* quidem *aduocati* tractatum dedit IOAN. BAPTISTA CACCIALVPVS, *Coloniæ 1589. 8.* MARTINVS HVSSON *de Aduocato, Pariſ. 1666. 4.* In primis huc pertinent IOANNIS MATIANZI de *Refendariorum Aduocatorum & Iudicum officio, requiſitis dignitate & eminentia, Francofurti 1618. 4.* vbi autor per formam dialogismi ſub perſona Relatoris & Aduocati ex antiquitate Romana & Ethices principiis officium aduocati & Iudicis exponit. CASPAR MANTZIVS, de *aduocatis, procuratoribus & defenſoribus* ſcripſit *Ingolſtadti 1659. 8.* IOAN. BAPTISTA MAGONVS *cynoſuram aduocatorum ſeu de ratione recte aduocandi & patrocinandi in iure, Francofurti 1639. 8.* & qui ad ius ciuile accommodatus eſt IACOBI BOVRICII liber ſingularis de *officio aduocati, Leouardiæ 1650. 12.* editus, & nuper inter ſcripta eius alia, *Franeckeræ 1700. 4.* Vitia vero *aduocatorum* tangit CASPAR ZIEGLERVS in *Rabuliſtica* ſua, quæ *Dresdæ 1685. 4.* prodiit. Eodem pertinet AHASVERI FRITSCHII *Aduocatus peccans, Vratislau. 1678. 8.*

§. XXXIII.

*Ad lib. III. tit. II. de his, qui notantur infamia.*

Ad titulum ſecundum de his, qui notantur infamia, optimus eſt tractatus MARQVAR-

QVARDI FREHERI *de fama & infamia, Francofurti* 1558.*f.* & alius *de exiſtimatione, Baſileæ* 1591. 8. Rariſſimum vero eſt ſcriptum MARTINI AZPILCVETÆ de *detractione famæ, eiusque reſtitutione, Romæ* 1585. 4. editum, & qui de eadem ſcripſit ANTONIVS CORDVBENSIS, *Compluti* 1553. 4. De *nothis ſpuriisque filiis* ſcripſit GABRIEL PALÆOTTVS, *Hagæ Comitum* 1655. 8.

§. XXXIV

*Ad lib. III tit. IV, quod cuiuscunque vniuerſitatis nomine.*

De *iure vniuerſitatis* tractatus CHRISTOPHORI BESOLDI in opere eius politico extat. Magis tamen ex iure ſuum deduxit NICOLAVS LOSÆVS, *Venetiis* 1601. 4. Optimus eſt HENRICVS BRVNINGVS de *variis vniuerſitatum ſpeciebus, earumque iuribus, præſenti ſtatui Germaniæ accommodatis, Marpurgi* 1609. *Gieſſæ* 1621. 4. De *iure* vero *ſcholaſticorum & vniuerſitatis ſeu academico pleniſſimus* eſt tractatus ANDREÆ MENDO, *Salmanticæ* 1655. *f.* & ex ſecunda editione, *Lugduni* 1668. 4. De *iure municipali* habemus PETRVM PONCETVM, *Lugduni* 1595. 8. & quæ præſtat, BALTHASARIS CONRADI ZAHNII *Ichnographiam municipalem, Francofurti* 1657. 8. Hæc poſtmodum ſub titulo *Politia Municipalis ſiue de Iure & Iurisdictione*



Digitized by Google

*Ciuitatum Municipalium ac Superiorem recognoſcentium earundemq; Magiſtratuum ac Ciuium officiis*, locupletior longe curante filio, THEODORO ERNESTO ZAHNIO prodiit *Lipſiæ 1713. 4.* & hancce materiam probe exhaurit. Erudiţiſſima vero eſt diſſertatio DAVIDIS SCHEVNEMANNI, quam occaſione huius tituli, præſide WOLFGANGO ADAMO LAVTERBACHIO habuit *Tubingæ 1656 4.*

§. XXXV.

*Scriptores ad libri IV titulos priores de reſtitutione in integrum.*

De *Reſtitutione in integrum* coniunctim tomi quatuor editi extant *Francofurti 1586. f.* Continentur in iisdem MARCI ANTONII CAIMI, FRANCISCI de CALDAS PEREIRA, GVILIELMI CASSADORI, DIDACI COVARRUVIÆ, IACOBI CVIACII, IO. de FERRARIIS, ANTONII GOMEZII, ROBERTI LANCELLOTTI, GABRIELIS MVDÆI, IOACHIMI MYNSINGERI, PETRI REBVFFI, VDALRICI ZASII, aliorumque ſcripta. Optimi inter hos ſunt IO. MAVRITII tractatus, *Francofurti 1589 f.* & qui melior adhuc eſt SFORTIAS ODDVS, cuius tractatus alias ſeparatim quoque extat *Francofurti 1672. 4.* De eadem ſcripſit CASPAR MANTZIVS, *Auguſtæ 1662. 8.* Ad ius Canonicum & praxin curiæ Romanæ

Digitized by Google

næ facit DOMINICVS GALESIVS *de reſtitutionibus in integrum concedendis vel denegandis ex edicto minorum & ex generali clauſula edicti Pratorii, cum Commentariis ad omnes ſanctiones eccleſiaſticas, Romæ 1675. f. De proceſſu* vero *inſtantia reſtitutionis in integrum* erudite egit IOANNES EISENHARTVS, *Helmſtadti 1686. 12. De eo, quod metus cauſſa*, IVLIVS PACIVS, *Heidelbergæ 1590. 4. De dolo malo* erudite fuit commentatus CELSVS BARGALIVS, *Francofurti 1604. f.* nec minus erudita eſt diſſertatio PETRI ab ENDHOVEN *de inani actione propter inopiam ad l. 6. ff. de dolo malo, Traiecti 1688. 8. De ætate minorum* ſcripſit QVINTIANVS MANDOSIVS, *Spiræ 1599. 4.* & qui *de decretis cæteriſque ſolennitatibus in contractibus minorum* egit OCTAVIVS SIMONCELLVS, *Venetiis 1574. 4.* Hunc demum edidit ANTONIVS KAPELLIVS *Coloniæ 1698. 4.* eundemque nouis ICtorum auctoritatibus, inſerto etiam iure Saxonico adauxit. De iure concedendi veniam ætatis egit NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH *Etologia Stutg. 1664. 4.*

## §. XXXIV.

Ad titulum octauum ſpectat materia de compromiſſis & arbitris. De hac egit LAN- *Scriptores ad titul. VIII. de*

*receptis, qui arbitrium receperint.*

LANFRANCVS de ORIANO, *Coloniæ 1590. 8.* & qui eidem præferendus, NICOLAVS BELLONVS *de officio iudicis ordinarii & delegati arbitri, arbitratoris, Baſileæ 1544. f. Coloniæ 1609. 4.* Et cum ſæpe arbitri dentur a magiſtratu, quos Commiſſarios vocant, de illis quoque hic agendum.

*Scriptores de Commiſſariis.*

Scripſit autem *de Commiſſariis* IACOBVS de ARENA, *Venetiis 1584. f.* PETRVS BERVFFVS, *Lugduni 1600 f.* NICOLAVS RVCKER, *Francofurti 1596. 8.* & qui omnium curas ſuperat RVTGERI RVLANDI tractatus *de Commiſſariis & Commiſſionibus Cameræ Imperialis, Francofurti 1618. 4.* & *formularium, Francofurti 1664. f.* qui licet ſecundum Ordinationem Cameralem materiam hanc tractet, tamen cum & alia Germaniæ iudicia eandem ſeruent, eiusdem vſus eſt maximus. Breuiores ſunt tractatus de *Commiſſionibus* QVINTILIANI MANDOSII & BAPTISTÆ MARCHESANI, quorum ille *Spiræ 1669. 4.* hic *Venetiis 1604. f.* prodiit. De *Commiſſario Imperiali ad negotia Status* extat NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI erudita Diſſertatio, *Ienæ 1678. 4.* Reſpondente IO. CHRISTOPHORO PVRCKTEL cuius Diſſertatio Inauguralis agit de *Commiſſario Imperiali in cauſſis Iuſtitiæ, Ienæ 1685. 4.* vtræque multa induſtria fuerunt

runt conſcriptæ. De iis qui ad titulum nonum, nautæ, caupones ſtabularii faciunt, infra dicemus ad librum XIV. tit. II.

## §. XXXVII.

*Scriptores ad titulum primum libri quinti de iudiciis.*

Ad titulum primum libri quinti de iudiciis quam plures ſunt commentati. De iudiciorum apud Romanos ordine & diſpoſitione infra dicemus, vbi de Scriptoribus hiſtoriæ iuris ſermo erit, nunc ſaltim exponemus eos, qui ſpeciatim hoc egerint. Quales ſunt PETRVS BARBOSA *ad titulum de iudiciis, Francofurti 1650. f.* LVDOVICVS BVRGESIVS, *Lugduni 1553 f.* & præcipuus MARTINVS AZPILCVETA, *Romæ 1567. & 1585. 4.* Alii hanc materiam ſingulari tractatu illuſtrarunt, de quibus infra *c. X. §. VII. De origine* quidem *atque auctoritate iudiciorum* elegans extat tractatus PETRI ÆRODII, qui cum eiusdem Pandectis rerum iudicatarum prodiit *Geneuæ 1677. f.* Sic etiam *de iudiciis* ſcripſit NICOLAVS CISNERVS, *Baſileæ 1588. 8.* IO. BAPTISTA COSTA, *Venetiis 1630. f.* IOANNIS WOLFGANGI TEXTORIS *Tractatus Synopticus de Iudiciis, Francof. 1693. 4.* Optimus vero eſt tractatus ANTONII MATTHÆI *de iudiciis*, qui antea *Vltraiecti 1645. 12.* prodiit, poſtea cum notis theoreticis, canonicis, & pra-

& practicis b. parentis, *Ienæ 1678. 4.* cui editioni etiam CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *commentatio* acceſſit *ad titulum Decretalium de iudiciis.* Scriptum hoc ad praxin fori ciuilis multum conducit, cui hinc inde in notis conſuetudines Germaniæ adiecit b. parens. *De iudiciis & foro competente* egit NICOLAVS RODRIQVEZ FERMOSINVS, *Lugduni 1657. f.* *De priuilegiis vero variandi & eligendi forum* MARCELLVS CALA, *Venetiis 1597. 4. & Francofurti 1646. 8.* & qui hanc materiam prolixius illuſtrauit IOANNES BAPTISTA NOVARIVS, *Neapol. 1634. f.* De *renunciatione fori* conferri meretur ELIÆ AUGUSTI STRYKII *Diſquiſitio forenſis de efficacia renunciationis fori hodierna, Francof. ad Viadr. 1688. 4.*

## §. XXXVII.

*Ad titulum II de inofficioſo teſtamento.*

*De inofficioſo teſtamento* HENRICI HAHNII extat diſputatio & IOANNIS ANTONII RUBEI tractatus ſingularis *de querela inofficioſi teſtamenti, Spiræ 1583. 8.* *De legitima*, quæ huc etiam facit, *Variorum* ſunt *tractatus, Neoſtadii 1594. 8.* editi inter quos eſt CLAVDIVS de BATTANDIER. Pleniores vero ſunt CASPAR MANTZIVS, cuius tractatus *Ingolſtadii 1658. 8.* prodiit, & præcipue MERCVRIA-

Digitized by Google

RIALIS MERLINVS, *Geneuæ 1652. f.* Licet etiam CLAVDII CHIFLETII tractatus de *portionibus legitimis*, *Lugduni 1584. 8.* ſuam laudem habeat, cum admodum accurate hanc materiam illuſtret. Ad *hæreditatis petitionem* faciunt ANTONIUS CONTIUS, *Pariſiis 1616. 4.* ACHILLES PERSONALIS, *Venetiis 1552. 4.* & GABRIEL MUDÆUS, *Francofurti 1585. 4.*

§. XXXVIX.

*Ad librum VI tit. I de rei vindicatione.*

De *rei vindicatione* ſcripſit GEORGIUS OBRECHTUS, *Argentorati 1600. 8.* & qui etiam ſui tractatui de transactionibus alium adnexuit de hac materia CHRISTOPHORUS PHILIPPUS RICHTERVS *Ienæ 1662. 4.* Minoris vſus ſunt MARCVS ANTONIVS CVCHVS *ad l. fin. ϖ. de rei vindicatione*, *Papiæ 1574. 4.* MARTINVS GARATVS *de rei vindicatione*, qui in tomo primo Repetitionum extat, & HIERON. MARILIANUS in *repetitione l. quoties 15. C. de rei vindicatione*, *Geneuæ 1586. 4.* & *Coloniæ 1599. 8.* De iure emphyteutico plures extant.

*Scriptores ad lib. VI tit. III de iure emphyteutico.*

*De emphyteuſis nominatione, extinctione & reuocatione* ſcripſit FRANCISCVS de CALDAS PEREIRA & CASTRO, *Noribergæ 1650. f.* BARTOLOMÆVS CÆPOLLA, *Argentorati 1593. f.* ANDREAS KNOPPERUS, *Hafniæ 1573. 4.*

THO-

THOMAS MAVLIVS, *Francofurti 1633. 4.* IVLIVS CLARVS, *Coloniæ 1575. 8.* & *cum notis* IOANNIS HARPRECHTI, *Tubingæ 1609. 8. Theſaurum iuris emphyteutici* edidit RVTGERVS RVLANDVS, *Francofurti 1623. 8. Quæſtiones iuris emphyteuticarii* ALVARVS VALASCVS, *Francofurti 1599. 8.* IOANNES VMEAV *de Iure emphyteutico quæſtiones legales & forenſes, Pictau. 1679. 4.* Elegans eſt libellus CHRISTOPHORI ANDREÆ BLVMBACHERI *de iure emphyteutico, iure vitalitio & iure precariæ, vulgo von Erbrecht, Leibgeding, und Freyſtifftrecht, Salisburgi 1661. 12.* IOANNIS LEONINI *prælectiones de iure emphyteutico, Francofurti 1606. 8.* editæ ad explicationem textuum iuris multum conducunt, atque plurimum præ ſe ferunt eruditionis. Omnium vero pleniſſime hanc materiam pertractauit FRANCISCVS FVLGINEVS in tractatu ſuo *de iure emphyteutico, Geneuæ 1665. f. De laudemiis* extant *tractatus Variorum* coniunctim editi, *Auguſtæ Taurinorum 1629. f.* Præter has ſunt ANTONII FABRI *quæſtiones laudemiales, Lugduni 1658. f.* & GEORGII FRANTZKII nouus & plenus tractatus *de laudemiis, Ienæ 1664. 4.*

§. XL.

*Scriptores.* *De vſufructu* commentatus fuit EL-

BER-

BERTVS LEONINVS, *Licha 1600. 8.* IOANNES de CASTILLO ſcripſit *controuerſias quotidianas de vſufructu, Francofurti 1619. 4.* præ cæteris M. AVRELIVS GALVANVS *de vſufructu, Patauii 1650. f.* elegantiſſimus eſt, cum omnem hanc materiam ex iure Romano, & antiquitatibus illuſtret egregie. *De vſufructu, vſu & habitatione* egit MARTINVS LVDENIVS, *Altdorfi 1590. 4.* *De vſufructu mulieri relicto* BORGNINVS CAVALCANVS, *Francofurti 1625. 8.* *De vſufructu, quem parentes conſequuntur in bonis liberorum aduentitiis* VALENTINVS FORSTERVS, *Baſileæ 1566. f.* Laborioſum eſt opus MATTHÆI LAGVNETZII *de fructibus*, in quo ſelectiora iura ad rem fructuariam pertinentia expenduntur, quod recuſum *Lugduni 1702. f.* Et cum in vſusfructus materia ſæpius *expenſæ ac meliorationes* obueniant, de iisdem habemus eruditum IOANNIS GARSIÆ tractatum *Marpurgi 1601. 4.* editum.

*ad librum ſeptimum Pandectarum.*

## §. XLI.

De *ſeruitutibus realibus variorum* habemus *tractatus*, CHRISTOPH. ANDREÆ BLVMBACHERI librum *de ſeruitutibus prædialibus & realibus, Salisb. 1673. 4.* IO. CORASIVM *de ſeruitutibus præ-*

*Scriptores ad librum octauum de ſeruitutibus.*

*diorum*, *Marpurgi* 1592. 8. CASP. MANTZIVM *de ſeruitutibus prædiorum*, *Auguſtæ* 1657 8. & præ cæteris BARTHOLOMÆVM CÆPOLLAM, *de ſeruitutibus prædiorum rusticorum & vrbanorum*, *Coloniæ* 1666. 4. Hic vero tractatus poſtea recuſus fuit, cui acceſſerunt MARTINI LAVDENSIS & IOANNIS SVPERIORIS commentarii ad leges ſingulas cum ANTONII MATTHÆI diſputationibus ſeptem *de ſeruitutibus*, *Amſtelodami* 1680. 12. Ad ſeruitutes prædiorum vrbanorum facit etiam b. parentis GEORGII ADAMI STRUVII diſſertatio *de ædificiis priuatis*, *Ienæ* 1670. 4.

## §. XLII.

*Scriptores ad lib. IX ſi quadrupes.*

Ad titulum primum libri noni ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, ſufficit eruditus tractatus IOANNIS THOMÆ *de noxa animalium*, *Ienæ* 1653. 4. *Ad legem Aquiliam* commentarium habemus FRANCISCI BALDVINI, *Baſileæ* 1559. 8. & IOANNEM SVARETZIVM de MENDOZA, *Salmanticæ* 1640. 4. GERARDI NOODT *ad Legem Aquiliam liber ſingularis*, *Lugd. Bat.* 1691. 4. editus. *Ad caput ſecundum* iſtius *legis* tantum fuit commentatus CLAVDIVS CHIFFLETIVS, *Lugduni* 1584. *f.* Præ cæteris vero æſtimanda eſt CHRISTIANI THOMASII *larua legis Aqui-*

*ad L. Aquiliam.*

*Aquiliæ detracta actioni de damno dato, receptæ in foris Germanorum, Halis 1703. 4.* Totus in eo eſt Thomaſius, vt demonſtret actionem de damno dato, quæ obtinet hodie, differre penitus ab actione legis Aquiliæ, & quid hodie circa dictam actionem in foris Germaniæ obtineat. Erudita eſt EVERHARDI OTTONIS *Diſſertatio Philologico-Iuridica ad L. ſi ſeruus XXVII. §. 28. ff. ad L. Aquiliam*, cum qua ſimul varia Iuris Diuini, Ciuilis & Canonici capita, necnon Veterum auctorum loca illuſtrantur, *Steinuordiæ 1710. 4.*

## §. XLIII.

Ad regundorum finium rationem primum habemus NICOLAI RIGALTII *gloſſas agrimenſorias & notas ad varios auctores finium, Pariſiis 1614. 4.* Inter hos eſt SICVLVS FLACCVS *de agrorum conditionibus & limitum conſtitutionibus*, BALBVS MENSOR *de agrimenſoria*, AGENNIVS VRBICVS *de re agraria* atque alii, qui ad antiquum ius Finium regundorum, prout apud Romanos obtinebat, faciunt. Extat præterea ANDREÆ ALCIATI *tractatus finium regundorum, ſiue de quinque pedum præſcriptione, Coloniæ 1590. 8.* IOACHIMI de CVRTE *allegationes de finibus regundis,* *Scriptores ad titul. decimum finium regundorum.*

*Colonia* 1590. 8. ANTONIVS LOPETZIVS *de iudicio finium regundorum*, *Olyſſipona* 1654. 4. HIERONYMUS de MONTE BRIXIANO *de finibus regundis ciuitatum, caſtrorum, prædiorum, Heidelbergæ* 1614. 4. Præcipui vero ſunt HENRICVS LINCK *de iuribus finium*, *Ienæ* 1677. 4. & qui præferendus eſt IOANNES OETTINGERVS *de iure & controuerſiis limitum & finium regundorum*, *Vlmæ* 1667. 4. qui in hac materia præcipuus eſt. Cui tamen addimus adhuc AHASVERVM FRITSCHIVM *de iure vniuerſitatis agrorum*, *vom Flubrrecht*, *Ienæ* 1670. 4. De *familia erciſcunda* habemus tractatum IOANNIS VOETII, *Vltraiecti* 1673. 8. *De communione & diuiſione bonorum in ſocietate conuentionali*, *coniugali* PETRVM SANZTZ a MORQUECHO, *Francofurti* 1607. 4 Optimæ vero ſunt ANTONII MATTHÆI *obſeruationes rerum iuridicarum de communione bonorum*, *Leodii* 1703. 8.

## §. XLIV.

*Scriptores ad libri vndecimi tit. IV de fugitiuis.*

De *fugitiuis ſeruis* ſcripſit RAPHAEL VILLOSA, *Mediolani* 1651. 8 & quam ante aliquot annos in hac academia *de fuga* habuit diſſertationem PETRVS MüLLERVS. Quo etiam ſcriptores de ſeruis, quos ad libri primi titulum quintum adduximus, refer-

Digitized by Google

referri poſſunt. De *alea veterum* tractatus exſtat ANDREÆ SENFFTLEBII, *Lipſiæ 1667. 8.* in quo de ipſo ludo, qui fuit apud veteres agit. De *alearum ludo vetito* ANCHELVS ROCHA, *Romæ 1616. 4.* *De aleatoribus*, ſeu *de ludorum vniuerſa antiquitate*, PARIS de PVTEO & IOANNES BAPTISTA CACCIALVPVS *de ludo*, quorum ſcripta in tomo ſeptimo continentur Tractatus Tractatuum. HENRICVS KNAVSTINVS *de ludo alea & chartarum*, *Erfurti 1574. 8.* Occaſione huius tituli tractant ICti materiam aſſecurationis & ſponſionis. De *aſſecurationibus* quidem *& ſponſionibus mercatorum* egit PETRVS SANTERNA, *Coloniæ 1598. 8.* & qui melior adhuc eſt BENEVENTI STRACCHÆ tractatus *de aſſecurationibus*, *Bruxellis 1667. 4. & Amſtelodami 1669. f.* Licet ad vſum hodiernum & conſuetudines Germaniæ magis faciat REINOLDI KURIKE *diatribe de aſſecurationibus*, *quæ extat in iure maritimo Hanſeatico*, *Hamburgi 1667. 4.* & HENRICI COCCEII diſſertatio *de aſſecuratione*, *Francofurti ad Viadrum 1696. 4.* Addi poſſunt reliqui ſcriptores iuris Mercatorii, de quibus infra §. L. Ad titulum ſextum, ſi menſor falſum modum dixerit, facit diſſertatio b. parentis *de eo, quod iuſtum eſt circa menſuras & pondera*, *Ienæ*

*Ad titulum V de aleatoribus.*

*Scriptores ad tit. VI.*



Digitized by Google

1676. 4. & quæ pleniot eſt NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *metrologia, ſiue tractatus de iure menſurarum, Tubingæ* 1668. 4.

§. XLV.

*Scriptores ad tit. XI. de religioſis & ſumtibus funerum.*

Ad titulum Pandectarum de religioſis & ſumtibus funerum faciunt ſcriptores qui de funeribus Romanorum egerunt. Inter hos LILIVS GREGORIVS GYRALDVS *de ſepultura & vario ſepeliendi ritu* egit *Baſileæ* 1539. 8. quem dein variis animaduerſionibus locupletauit atque illuſtrauit IOANNES FAES, *Helmſtadti* 1664. 4. CLAVDIVS dein GVICHARDVS in tractatu, gallico idiomate edito diuerſos ſepeliendi ritus, Romanorum maxime & Græcorum declarat, prodiit. *Lugduni* 1581. 4. Commendanda quoque eſt induſtria IOANNIS MEVRSII, quam in tractatu de *funere Romanorum*, *Hagæ Comitum* 1604. 8. edito exhibuit. His tamen præſtat IOANNES KIRCHMANNUS, cuius *de funeribus Romanorum* libri quatuor extant *Lubecæ* 1636. 8. quibus funerum originem, pompam, aliaque iuſta funebria, & quæ circa monumenta & ſepulcra iuris ſunt, ſpeciatim perſequitur. Iungendi tamen ſunt IACOBI GVTHERII *de Iure Manium, ſiue* de ritu, more & legibus priſci funeris

libri

Digitized by Google

libri tres, primum *Lutetiæ 1615. 4.* dein *Lipſiæ 1671. 8.* editi, quibus, quæ a Kirchmanno omiſſa ſupplet, reliqua ex nummis atque marmoribus pro more illuſtrat & leges monumentorum atque funebres egregie explicat. Alii vel ad ipſum titulum, vel iura hodierna fuerunt commentati. Inter hos primus eſt IO. BAPTISTA ASINIVS, qui *de religioſis & ſumtibus funerum* commentatus eſt, *Lugduni 1553. f. De ſepulturis* ſcripſit SEBASTIANVS MEDICES, *Florentiæ 1580. 8.* & ANDREAS MOLFESIVS, *Neapoli 1622. f.* Melior vero eſt diſſertatio IOANNIS REBHANI *de iure ſepulcrorum. Argentorati 1665. 4.* Addimus FLORIANVM DVLPHVSIVM *de ſepulturis, epitaphiis & defunctorum monumentis, Bononiæ 1641. 4.* Cum autem Sepulturæ iura hodierno tempore ad Conſiſtoria ſpectent, huc referri debent ſcriptores, qui de iure Conſiſtoriorum egerunt. Speciatim conducunt ad mores hodiernos CHRISTIANI THOMASII diſſertatio *de iure Principis Euangelici circa ſolennia ſepulturæ, Halæ 1702. 4.* qua potiſſimum demonſtratur, Principis poteſtatem tantam eſſe, vt circa ſolennia ſepulturæ inuitis licet perſonis eccleſiaſticis poſſit diſponere. Addimus IOANNIS HENRICI HEUNISCHII *diſſertationem Inauguralem de ſepultura*

*tura gratis concedenda*, ſub præſidio GVILIEMI HIERONYMI BRVCKNERI *Ienæ 1708. 4.* habitam, quæ multum irritauit Clericos nimium adpetentes.

§. XLVI.

*Scriptores ad libri XII tit. I. de rebus creditis.*

De rebus creditis ſcripſit IO. GOEDDEUS *de rebus creditis & mutuo*, *Goslariæ 1618. 8. & 1701. 8.* qui melior eſt PHILIPPO MATTHÆI, *Marpurgi 1609. 8.* CHRISTOPHORO BESOLDO *de mutuo & Scto Macedoniano*, *Tubingæ 1627. 4.* IO. BORCHOLTEN *de rebus creditis*, *Helmſtadti 1597. 8.* THOMA LINDEMANNO *de contractu mutui*, *Roſtochi 1624. 4.* Præcipue controuerſia fuit orta an mutuum ſit alienatio. Auctor illius controuerſiæ eſt CLAVDIVS SALMASIVS, qui *diatribam* ſcripſit *de mutuo non eſſe alienationem*, *Leidæ 1650. 8.* cui aſſentitur BARTHOL. LECTIVS, qui ſingulari diſſertatione demonſtrare conatus fuit *in mutuo non dari alienationem*, quæ *Leidæ 1650. 8.* prodiit. Contra hunc ſcripſit CYPRIANUS REGNERUS, *Lugduni Batauorum 1640. 8.* & CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS. Contra hos autem cum Salmaſius ſe defenderet in *diſquiſitione de mutuo, qua probatur non eſſe alienationem*, *Lugduni 1645. 8.* refutationem ſcripſit idem

Fa-

Fabrottus, *Pariſiis 1647. 4.* Hanc etiam Salmaſii opinionem refutarunt WILHELMVS GOESIVS, *de mutui alienatione, Lugduni Batauorum 1648. 8.* atque in *animaduerſionibus in ſpeciminis Salmaſiani cap. I. & II. Hagæ Comitum 1657. 8.* atque IOANNES IACOBVS WISSENBACH, in *diatriba, mutuum eſſe alienationem, Franeckeræ 1660. 12.* Ad *l. 40. ff. de Reb. Cred.* in ſpecie commentatus eſt CORNELIVS VAN BINCKERSHOECK, *Hagæ Comitum 1697.* De *vſuris vero circa contractum mutui* ſcripſit ALPHONSVS VILLAGVT, *Venetiis 1589. fol.* De *exceptione non numeratæ pecuniæ* egit EMANVEL a COSTA, *ad l. ſi ex cautione C. de non numer. pecun. ſcil. aduerſus defendentem ſe hac exceptione, probandam auctori numeratam pecuniam, Conimbriæ 1549. 4.* & qui præcipuus eſt GEORGIVS FRIDERICVS FABER, de *non numerata pecunia, Argentorati 1670. 4.* Ad materiam de Rebus Creditis ſæpius refertur cauſa *Rationum* tam publicarum quam priuatarum. Ad hanc vero illuſtrandam faciunt IOHANNIS HEESER *Loci Communes* de *Rationibus reddendis earumque Reuiſione, Colon. 1708. 4.* Et qui paucos ante annos prodiit IACOBI DOEPLERI *getreuer Rechnungs-Beamte.*



Digitized by Google

§. XLVII.

*Scriptores de Moneta, eiusdemque mutatione.*

Ad mutui materiam ſpectat illa de mutatione monetæ, de qua RENERI BVDELII *libri II. de monetis* extant *& re nummaria, vna cum tractatibus variorum, Coloniæ 1574. 4.* Continentur autem hac collectione præter Budelii libros II, ALBERTVS BRVNVS, de *augmento & diminutione monetarum*, IO. AQVILA *de poteſtate & vtilitate monetarum*, BILIBALDVS BIRCKHEIMERVS *de priſcorum nummorum æſtimatione*, MARTINVS GARATVS *de monetis*, FRANCISCVS CVRTIVS *de monetis*, IO. REGNAVDVS *de monetis*, CAROLVS MOLINÆVS *de mutatione monetarum*, DIDACI COVARRVVIÆ *veterum numismatum collatio*, IO. BODINVS *de augmento & decremento auri & argenti* cum diuerſis diuerſorum conſiliis. IOH. GVILIELMI PFENNIGK *de rei numariæ mutatione & augmento, Lipſ. 1692. 8.* *De mutatione monetarum* habemus NICOLAVM ORESMIVM, *Helmſtadti 1616.* 4. CAROLVM MOLINÆVM, *Coloniæ 1574. 8.* VLRICVM VOLRATHVM, *Erfurti 1626. 4.* CASPAREM ANTONIVM THESSAVRVM *de augmento & variatione monetarum, Francofurti 1610. 4.* Ad rem monetariam Græcorum & Romanorum præter GVILIELMVM

BV-

Digitized by Google

BVDÆVM *de Aſſe*, conferri meretur IOANNIS FRIDERICI GRONOVII de *Seſtertiis ſiue Subſeciuorum pecunia veteris Græca & Romana libri IV. Lugdun. Batau.* 1691. 4. Item IOHANNES CHRISTOPHORVS WAGENSEIL, *de Re Monetali Veterum Romanorum Diſſertatio, Altorf.* 1691. 4. BARTHOLDI BALTZERS tractatio iuridica, de *Numismatibus* partem ex antiquitatibus partim ex iure declarata *Argentorati* 1679. 4. Præterea extant BENIAMINIS LEVBERI *quæſtiones de reductione monetali, Noribergæ* 1629. 4. HENNINGI RENNEMANNI *deciſio controuerſiæ monetariæ, circa valoris vulgo recepti incrementum & decrementum, creditoris an debitoris lucro veniat, Erfurti* 1610. 4. & IOANNIS RVDOLPHI WERNERI *quæſtiones, an in ſolutionibus tempus debiti vel ſolutionis ſit inſpiciendum, Erfurti* 1625. 4. Præcipuæ tamen ſunt diſputationes ANDREÆ DINNERI *de mutatione quoad ſolutionem, Noribergæ* 1622. 4. & IACOBI ALEMANNI *palæſtra conſultationum, Magdeburgi* 1621. 8.

## §. XLVIII.

*Scriptores ad lib. XII tit. II de iureiurando.*

Ad materiam iuramentorum faciunt *Conſtitutiones de iure iurando ex R. Maimonidis Opere latine reddita variisque notis illuſtrata* à IVSTO CHRISTOPHORO DIT-

DITMARO, *Lugduni Batauorum 1707. 4.* qua leges Hebræorum de iureiurando explicantur. Ad Romanorum leges faciunt IO. BAPTISTÆ HANSENII liber de *iureiurando veterum Romanorum* præcipue, qui *Toloſæ* primum prodiit *1614. 4.* & ipſos iurandi ritus atque antiquitates erudite deducit. Hunc excipit STEPHANVS TRELIERIVS, cuius *de iureiurando* liber, iuramenta prout iure Romano obtinent, conſiderat. ERYCII PVTEANI ſchediasma *de iureiurando antiquorum iudicum* in ſpecie agit, quod cum ad Libonis Puteal præſtari dicebatur, idem quid ſit explicat: prodiit alias *Mediolani 1606. 8.* Tres iſti tractatus extant in tomo quinto theſauri antiquitatum Romanarum Græuiani. Ad ipſam iuramentorum rationem facit IOACHIMVS a BEVST in *lectura* ſua, *Witteberga 1651. f.* edita, THOMAS DELBENE *de iuramento, Lugduni 1669. f.* ANTONIVS CORSETTVS, *de iuramento & eius priuilegiis* in tomo quarto Tractatus Tractatuum & IO. GVTTIERETZ in tractatu tripartito *de iuramento confirmatorio circa contractus, vltimas voluntates, iudicia, Francofurti 1606. f.* IOANNES CAROLVS NÆVIVS, *Tractatus de iuramentis a iure reprobatis & approbatis. Wittenbergæ 1707. 4.* De *iuramento, periurio, adiuratione* ſcripſit IOANNES de

de DICASTILLO, *Antwerpiæ 1662. f.* Pleniſſimus eſt tractatus SERAPHINI de SESERAPHINIS, *de priuilegiis iuramentorum, cum commentariis* MARTINI BENCKENDORFII, *Francofurti 1652. f. & 1679. f.* & qui ad vſum Germaniæ potisſimum facit IEREMIAS SETSERVS, *Lipſiæ 1673. 4.* In *l. admonendi π. de iureiurando* commentatus fuit CASPAR VALLASCO, *Lugduni 1553. f.* De *iureiurando in alterius animam* IVSTVS OLDECOP, *1662. 4.* aduerſus quem tamen ſcripſit GERHARDVS FELTMANNVS, *Duisburgi 1667. 8.* De *iuramento calumniæ* habemus ANTONIVM DELRE, *Coloniæ 1614. 8.* & *Osnabrugæ 1677. 4.* FRANCISCVM CVRTIVM, *Coloniæ 1597. 8.* GEORGIVM OBRECHTVM, *Argentorati 1604. 4.* & præcipue GEORGIVM WERNERVM, *Helmſtadti 1662. 4.* De *in litem iurando* ſcripſit IO. BORCHOLT, *Helmſtadti 1598. 8.* HVGO DONELLVS, *Antwerpiæ 1582. f.* & præcipue IO. BAPTISTA de PLOTIS de *in litem iurando*, *Coloniæ 1584. 4.* De *iuramento litis deciſorio* VINCENTIVS CAROCIVS, *Coloniæ 1596. 8.* & *Osnabrugæ 1676. 4.* De *iuramento perhorreſcentiæ* ſcripſit GERHARDVS FELTMANNVS, cuius editio ſecunda cum ALEXAND. ARN. PAGENSTECHERI prodiit *Colon. 1702. 4.* Accesſit

eidem

Digitized by Google

eidem obſeruatio de *Reſponſis Prudentum* aduerſario non edendis. Vſum & abuſum iuramentorum in foro morali & practico exhibent IOHANNIS SAMVELIS STRYKII *Meletemata de Iuramentis*, *Halæ 1707. in 4to.*

§. XLIX.

*Scriptores ad lib. XII tit. IV. & ſeqq. de condictione.*

Ad materiam condictionum faciunt primum ſcripta ANDREÆ CLVDII *de condictione cauſſa data, cauſſa non ſecuta, Moguntiæ 1610. 4. de condictione indebiti, Francofurti 1605. 4. de condictione furtiua, Lipſiæ 1659. 4. de condictione certi, Helmſtadti 1598. 8.* Sic etiam IO. KITZELIVS, *de condictione* ſcripſit, *Gieſſæ 1609. 8.* & præcipue IVLIVS PACIVS *de condictione cauſſa data, cauſſa non ſecuta, Heidelbergæ 1586. 8.* Idem quoque *de condictione indebiti, in l. frater a fratre* fuit commentatus, *Geneuæ 1578. 8.* In eandem IOANNES MERCERVS, *Hanouiæ 1584. 8.* & AFRICANVS LESCVRIVS ad Gilbertum Mallocium, *Lugd. 1575. 4.* MARCVS LYCLAMA *operas gratuitas* ſcripſit *de condictione furtiua, Lugduni Batauorum, 1616. 8.* & qui de eadem pro Iacobo Cuiacio contra Antonium Fabrum ſcripſit ANTONIVS MERCATOR, *Lugduni Batauorum 1616. 8.* De *condictione indebiti* editus quoque tractatus IACOBI MÆSTER-

Digitized by Google

MÆSTERTII extat, *Lugduni 1639. 8.* Ad iura antiqua inprimis quoad formulas circa præſtationem doli olim contractus adiici ſolitas ſpectat GERHARD. NOODT, de *forma emendanda doli mali in contrahendis negotiis admiſſis apud veteres, Lugduni 1709. in 4to.*

§. L.

*Scriptores ad librum XIII, tit. VI Commodati.*

De *Commodato* FRIDERICI ALBERTI MAVLII extat tractatus in eiusdem theſauro, *Moguntiæ 1666. f.* Refertur communiter a Dd. ad hunc titulum materia culparum, quæ tamen non in hoc ſolum, ſed reliquis etiam contractibus obuenit. BVRCHARDVS quidem EDENVS, de *præſtatione damnorum culpa, caſuque factorum itemque infectorum* egit *Argentorati 1640. 4.* Sic etiam IVSTI MEIERI extat tractatio *de culpa in contractibus præſtanda*, quam nouis adnotationibus illuſtrauit FRIDERICVS SCHRAGIVS, *Argentorati 1696. 8.* Plenior vero eſt tractatus NICOLAI BVRGVNDI *de periculis & culpa in contractibus*, *Bruxellis 1674. 4.* Optime hanc de variis culparum generibus illuſtrat controuerſia, quæ fuit inter beatum parentem atque Henricum Cocceium, acutiſſimi alias iudicii iureconſultum. Inauguralis eſt diſſertatio beati parentis, quam ſub præſidio HEN-

HENRICI HAHNII, *Helmſtadti 1642.* habuit *de damnis, præcipue vero illis, quæ ex dolo, culpa aut caſu proueniunt, horumque correctionibus & præſtationibus.* Sed cum in quibusdam ſententiam ſuam mutaſſet beatus parens in *ſyntagmatis Iuris Ciuilis Exerc. XIX. & XLI. & ſeqq.* HENRICVS COCCEIVS eundem refutare adgreſſus eſt & nouam proponere ſententiam. Scripſit equidem tractatum *de doli, culpæ & negligentiæ præſtationibus in quolibet negotio, Heidelbergæ 1672. 4.* Tres iſte continet diſſertationes, quarum prima receptam Doctorum ſententiam, & præcipue beati parentis de præſtatione doli & culpæ in contractibus continet. Altera nouam ſuam ſenententiam proponit Cocceius: tertia ad negotia ſingula, ſuam quam fouet opinionem adplicat. Neruum controuerſiæ exhibet Cocceius in diſputatione prima, ſectione III. Tota res, vt alia minora mittamus, eo redit: Adſeruerat beatus parens, in ſocietate ac rerum communione leuis vt culpa præſtetur, ſufficere, in cæteris contractibus, in quibus vel ſolius accipientis vel vtriusque contrahentis, vel etiam aliquando ſolius dantis vtilitas verſatur, etiam leuiſſimam culpam eſſe præſtandam. Contra hoc adſertum inſurgit Cocceius, notans, contractus, ratione culpæ æquiparari non

debere,

Digitized by Google

debere, ſed in quibusdam contractibus culpam, in aliis diligentiam præſtari, idque ex commodato per *l. 5. §. 2. π. Commodati l. 3. π. de periculo & commodo rei venditæ l. 47. §. pen. π. legat. 1.* aliasque leges probare nititur. Hisce tamen a Cocceio oppoſitis ſufficienter reſponſum fuit a beato parente, in deciſionibus ſuis Sabbathinis, præcipue *cap. XI. deciſ. XXXIV.* vbi probatur, quod diligentia in legibus eadem dicatur, quæ alias culpa leuiſſima, niſi quod in commodato ſolito maior præſtetur diligentia, eo quod ſolius accipientis verſetur vtilitas. Mittimus alias controuerſias, vtpote de actione mala, licet quis male non agat, cui reſponſum *deciſ. Sabbathinis cap. V. dec. VII.* Faciunt iſtæ *deciſiones Sabbathinæ*, quæ *Ienæ 1677. 4.* prodierunt, ad hanc materiam de conuentionibus & contractibus egregie. Quippe ſelectiores quæſtiones atque caſus ſolide decidunt. De pignoratitia actione infra ad librum vigeſimum de pignoribus dicetur.

§. LI.

Ad *legem Rhodiam* & actionem quæ de negotiatione maritima præſtatur, exercitoriam faciunt varii. Ipſæ quidem *leges Rhodiorum nauales græce & latine*, ſeparatim prodierunt *Lugduni 1647. 8.* SIMON SCHAR- *Scriptores ad libr. XIV tit. II de lege Rhodia de iactu.*



Digitized by Google

SCHARDIVS quoque eas *cum Georgicis & militaribus Iuſtiniani* edidit *Baſileæ 1561. 8.* IACOBVS ANDREAS CRVSIVS, in *l. ἀξίωσις π. de L. Rhodia de iactu* fuit commentatus in opuſculis variis, *Mindæ 1668. 4.* Optimus vero eſt CORNELIVS van BYNDERSHOEK, cuius ad eandem legem liber ſingularis & de *dominio maris* diſſertatio prodiit *Hagæ-Comitum 1703. 8.* qua ipſa legis verba multo acumine explicauit.

*Scriptores de iure maritimo.* Ad *ius maritimum* facit IACOBVS GOTHOFREDVS de *dominio maris*, *Francofurti 1663. 4.* & qui hunc atque alios de hac materia tractatus coniunxit IOACHIMVS HAGEMEIERVS, *Francofurti 1663. 12.* Alios ſcriptores, qui de controuerſia *iſta*, an mare poſſit haberi in dominio, egerunt, indicauimus in bibliotheca Philoſophica capite VIII. §. X. Separatim de eo egit MARTINVS SCHOOCKIVS in *imperio maritimo*, quod *Amſtelodami 1669. 12.* editum, IOANNES LOCCENIVS, de *iure maritimo*, *Holmiæ 1652. 12.* & IOANNES STRAVCHIVS, in diſſertatione de eadem materia *Brunſuigæ* edita *1662. 4.* PETRI PECKII tractatus *de re nautica*, quem cum notis edidit ARNOLDVS VINNIVS, *Lugduni Batauorum 1647. 8.* eruditus eſt, atque ipſa quoque legis Rhodiæ capita optime illuſtrat. REINOLDVS KVRIKE *ius maritimum*

Digitized by Google

*timum Hanſeaticum* deſcripſit, *Hamburgi 1667. 4.* Plures quoque articulos ius maritimum concernentes tractatui ſuo *de mercatura* ſubiecit IOANNES MARQVARDVS. Alias de *iure maritimo & nautico* optimus eſt FRANCISCVS STYPMANNVS, qui *Gryphiswaldi* prodiit *1652. 4.* Hunc, atque BAPTISTAM AYMVM *de alluuionum iure*, SIGISMVNDVM BVCHNERVM, *de re & iure aquatili*, IOANNEM GRYPHIANDRVM *de Inſulis*, & NEOMEVRERI *Waſſerrecht*, quod alias *Marpurgi 1604. fol.* prodiit, *beati parentis* diſſertationem *de aquaeductibus*, aliosque tractatus & diuerſorum conſtitutiones in ſuo *iure fluuiatico* congesſit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Ienae 1673. 4.* Huc inprimis referendum ſcriptum, quod inſcribitur: *Breuis introductio in Notitiam Legum nauticarum & Scriptorum iuris reique maritimae. Lubecae 1713. 8.* De *auaria* extat QVINTILIANI WITSENI tractatus, *Lugduni Batauorum 1617. 4.* qui poſtea cum obſeruationibus SIMONIS a LEUWEN & MATTHAEI de VICO prodiit *Amſtelodami 1672. 8.* Ad ius fluuiaticum addimus adhuc IODOCI HACKMANNI *de iure aggerum* tractatum *Stadae 1690. 4.* editum.

## §. LII.

*Scriptores ad libr. XVI tit. III de inſtitoria actione.*

Alia eſt actio inſtitoria, quæ ratione negotiationis terreſtris datur. Faciunt huc ſcriptores, qui iuriſprudentiam mercatoriam illuſtrarunt. Olim quidem æſtimatur BENEVENTI STRACCHÆ *de mercatura* liber, *Coloniæ 1585. 8.* & CAROLVS MOLINÆVS, in *tractatu commerciorum & contractuum*, *Pariſiis 1605. 4.* Sic etiam de *ratione conſtituendi libros mercatorios* egit PASQVERIVS GOESEN, *Magdeburgi 1601. 4.* *De Banco-ruptoribus*, LAVRENTIVS BANCK, *Franeckeræ 1650. 12.* DANIEL SAVTERIVS *in maſtige fallitorum*, *Lugduni Batauorum 1619. 4.* IACOBVS MOLLERVS, *von Banquerotirern*, *Francofurti 1693. 4.* Plenior eſt tractatus SIGISMVNDI SCACCIÆ *de commerciis & cambio*, *Geneuæ 1664. f.* & qui reliquis eſt accuratior IOANNES MARQVARDVS, in tractatu *de iure Mercatorum & commerciorum ſingulari*, *Francofurti 1662. f.* Hic enim quidquid ad Commerciorum facit rationem, iura, priuilegia, commoda & onera ſingularibus capitibus fuit perſecutus. Acceſſerunt diuerſa priuilegia commerciorum ciuitatibus Hanſeaticis vel aliis conceſſa, Statuta, tractatus Commerciorum, atque inter hæc *Argonautica Guſtauiana*, quæ in-

tegra

Digitized by Google

tegra inſeruntur, vt præcipuum opus haberi poſſit Mercatorium. Inter recentiores ſunt IOANNIS TOVBEAV *inſtituta iuris conſularis ſeu iurisprudentiæ Mercatorum, les inſtituts du droit Conſulaire, ou la iurisprudence des Marchands, a Bourges* 1682. 4. GERARDI MALYNES *conſuetudo vel lex mercatoria*, anglice ſcripta, *Londini* 1686. *f.* & ANSALDVS de ANSALDIS *de commercio & mercatura, Romæ* 1689 *f.* Ad praxin fori mercatorii hodiernam optime faciunt ANDREAS CHRISTOPHORVS ROESNERVS in tractatu *de libris mercatorum, Lipſiæ* 1694. 4. & IACOBVS SAVARY, qui *conſilia & reſponſa* edidit *de præcipuis ac maxime arduis commerciorum cauſſis*, variis tribunalium deciſionibus munita, *Pariſiis* 1688. 4. Ad titulum quartum de actione tributoria faciunt quoque ſcriptores, qui de decoctoribus egerunt, vtpote BENEVENTVS STRACCHA *de decoctoribus, Venetiis* 1584. 8. & FRIDERICVS GERDESIVS, *de decoctoribus atque aduerſus hos cautionibus & pœnis, Gryphiswaldi* 1668. 4.

*Ad titulum IV de actione Tributoria.*

§. LIII.

De *Senatusconſulto Macedoniano* ſingularem habemus tractatum GOTHOFREDI de IENA, *Francofurti ad Viadrum* 1663. 12. & qui huc etiam ſpectat GEORGIVS

*Scriptores ad lib. XIV tit. XI. de SCto Macedoniano.*



Digitized by Google

GIVS ACACIVS ENENCKEL, *de priuilegiis parentum & Liberorum, Tubingæ 1618. 4.* qui etiam ad materiam de peculio facit. EMANVELIS vero MENDOZÆ de CASTRO *repetitio* extat *de peculio profectitio, aduentitio, caſtrenſi, Auguſtæ 1615. 8.* De *Senatusconſulto Velleiano* ſcripſit ANDREAS LAVBMEYER, *1585. 4.* & FRANCISCVS DVARENVS, cuius tractatus inter opera extat *Francofurti 1592. fol.* Optimus eſt IACOBVS MÆSTERTIVS, cuius tractatus de *SCto Velleiano* in variis eiusdem operibus extat *Lugduni Batauorum 1630. 8.* Huc etiam ſpectat IOACHIMVS WIBELIVS *de Contractibus mulierum, Stutgardiæ 1656. in 4to.*

*Scriptores ad lib. XVI tit. I de SCtó Velleiano.*

§. LIV.

*Scriptores ad lib. XVI tit. II de compenſationibus.*

De *compenſationibus* egit SEBASTIANUS MEDICES, *Francofurti 1585. 8.* IOANNES BORCHOLT, *Helmſtadti 1596. 8.* SCIPIO GENTILIS, *Altdorfii 1592. 24.* TYNDARUS, *Francofurti 1574. 8.* & qui præcipuus eſt IACOBUS MÆSTERTIUS, de *lege commiſſoria, compenſatione & ſecundis nuptiis, Lugduni Batauorum 1639. 8.* Materiam *de depoſito* tractarunt FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS, *Moguntiæ 1666. f.* NICOLAUS MOZZIUS, de *contractibus, mutuo, depoſito, Colonia 1594. 8.* & præcipue VIN-

*Scriptores ad lib. XVI tit. III Depoſiti.*

VINCENTIVS CAROCIVS, de *depoſito, obligationibus & ſequeſtro*, *Coloniæ* 1604. 8. De *ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum* habemus IOANNEM GOEDDEUM, *Herbornæ* 1620. 8. & qui præferendus adhuc eſt, ANDREAM CLUDIUM, de *iure ſequeſtrationis*, *Helmſtadti* 1594. 8. Nouæ editioni acceſſerunt tractatus IACOBI de ARENA & FRANCISCI CURTII de eadem materia, *Coburgi* 1700. 8.

§. LV.

*Scriptores ad libr. XVII tit. I mandati.*

Ad titulum mandati ſpeciatim extat HENRICI CANISII tractatus de *contractu mandati*, *Ingolſtadti* 1592. 4. De *ſocietate, lucro & quæſtu* HECTOR FELICIUS, *Gorichemi* 1666. 4. & *Geneuæ* 1667. 4. præter Maulium & Mozzium, qui cum aliis contractibus eadem ſimul explicarunt. De *diuiſione* vero *bonorum*, quæ in hoc contractu ſæpius obuenit, ſcripſit PETRUS SANTZ MORQVECHO, *Francofurti* 1607. 4. Ad hanc materiam porro ſpectat *Ratihabitio*, quam penitus excuſſit IOANNES CHRISTOPHORUS HEROLDT, de *Iure Ratificationis*, *Lipſiæ* 1687. 4.

§. LVI.

*Scriptores ad libr. XVIII tit.*

De *emtione & venditione* aliquot tractatus habemus editos *Coloniæ* 1574. 8.

 THO-

Digitized by Google

*I de contrahenda emtione & ſequentes.*

THOMAM MAULIUM, de *emtione & venditione, Francofurti 1661.4*. GABRIELEM MUDÆUM, de *contrahenda emtione & venditione, Francofurti 1586. f.* & qui præcipuus eſt IACOBUS MÆSTERTIUS, cuius tractatus de *emtione & venditione* inter alios editus extat *Lugduni Batauorum 1630. 8.* De *contrahenda & diſſoluenda emtione* ſcripſit ARNOLDUS RATH, *Ingolſtadti 16 7. 4.* De *iure protimiſeos* egit BALTHASAR BENEDELLUS, *Francofurti 1600. 8.* De *vtroque retractu municipali & conuentionali* libros duos ſcripſit ANDREAS TIRAQVELLUS, inter opera eius, *Francofurti 1616. f.* & qui ad eosdem methodum duplicem ſcripſit NICOLAUS VIGELIUS, *Francofurti 1586. 8.* Ad iura Germaniæ atque vſum hodiernum melius accommodatus eſt IMMANUELIS SUTORII tractatus de *Retractuum Iure, Ienæ 1659. 4.* De *retractus gentilitii iure* egit IOANNES PHILIPPUS STOL, *Altorffi 1662. 4.* IOANN. POMERESCHIUS, *Gryphswaldæ 1671. 4.* & præcipue THEODORUS REINKING, de *retractu conſanguinitatis, Marpurgi 1631.* & *Francofurti 1670. 4.* De *pactis inter emtorem & venditorem* facit inter alia IAC. MÆSTERTIUS. De *addictione* vero *in diem* habemus IO. HELVICUM SCHUTZIUM, *Gieſſæ 2654. 12.* De *lege commiſſoria* præter Mæ-

Digitized by Google

Mæſtertium extat quoque GOTHOFREDUS de IENA *de lege Commiſſoria, Francofurti ad Viadrum 1661. 12.* De *haſta* ſcripſit IUNIUS RABIRIUS, *Pariſiis 1554. 4.* quo tractatu morem iuris Romani in ſubhaſtationibus perſequitur. De *auctionibus* vero bonorum, maxime creditoris obærati, egit ANTONIUS MATTHÆI, *Traiecti 1653. 4.* Inter pleniores extant LUDOVICUS POSTHIUS, de *ſubhaſtatione*, *Geneuæ 1671. f.* qui melior eſt IOANNE ANTONIO MANGILIO, de *euictionibus & ſubhaſtationibus*, *Geneuæ 1668. fol.* Ad vſum Germaniæ facit IOANNIS OTTONIS TABORIS diſſertatio inauguralis *de fide & iure haſtæ, Argentorati 1631. 4.* In terris Saxonicis autem præualet IOANNIS PHILIPPI tractatus de *ſubhaſtationibus*, *Lipſiæ 1668. 1688. 4.* Quantum ad actiones emti venditi, legendus eſt FRIDERICI a SANDE, de *effeſtucatione* tractatus, *Arnhemi 1638.* & *cum notis* LAMBERTI GORISII, *Arnhemi 1651. 4.* in quo de reſignatione iudiciali rei venditæ dicitur. De *Monopoliis* ſcripſit AHASVERUS FRITSCHIUS ad *l. vn. C. de Monopoliis*, quæ habetur inter eius Opuſcula edita, *Norimb. 1690. f.*

## §. LVII.

Ad Locationem conductionem præter *Scriptores*

L 5 Mau-

*ad libr. XIX tit. II Locati conducti.*

Maulium, Mozzium, Mudæum, Alderiſium ſpeciatim facit STEPHANUS FAGUNDEZ *de iuſtitia, contractibus, locationibus, Lugduni 1641 f.* VINCENTIUS CAROCIUS in tractatu *locati & conducti*, in quo de penſionibus, fructibus, remiſſionibus egit, *Venetiis 1649. f.* De *iure Socidæ* extat diſſertatio IOANNIS OTTONIS TABORIS, *Argentorati 1646. 4.* Qui etiam *de admodiatione* ſcripſit, de qua extat quoque diſſertatio beati parentis, recuſa *1692. 4.* De *rerum permutatione* egit LUDOVICUS GOMETZIUS, *Lugduni 1575.* & THOMAS MAULIUS, *Francofurti 1633. 4.* Ad titulum *de præſcriptis verbis* commentatus fuit HENRICUS HEYDECCIUS, *Francofurti 1597. 8.* & FRANCISCUS HOTTOMANNUS *Geneuæ 1575. 8.*

## §. LVIII.

*Scriptores de Camb.*

Facit ad hanc de præſcriptis verbis actionem actio *de cambio*, de qua præter iſtos ſcriptores, qui iurisprudentiam mercatoriam illuſtrarunt, de quibus ſupra fuit dictum, alii extant. Inter exteros quidem hanc materiam pertractauit MARTINUS ARPILCUETA, eius tractatus *de cambiis* inter Opera eius extat, *Venetiis 1602. f.* ANTONIUS MERENDA *de cambio nundinali, Papiæ 1645 f.* & præcipue RAPHAEL

de

Digitized by Google

de TURRI tractatu *de cambiis*, *Francofurti 1645.* & *Geneua 1641. f.* Inter noſtrates habemus IOANNEM MARTINUM VOGTIUM *de cambio*, cum additionibus AHASVERI FRITSCHII, *Francofurti 1671. 4.* & præcipue HENRICUM ZIPFELIUM *im Wechſeltractat*, qui *Lipſiæ 1699. 4. 1701.* prodiit, & ad ipſas litterarum cambialium formas atque inſtituta egregie conducit.

## §. LXIX.

*Scriptores ad lib. XX tit. I. de Pignoribus & hypothecis & ſeqq.*

De pignoribus atque hypothecis antiquiores tractatus coniunctim editi extant *in corpore ſelectorum tractatuum* de hac materia, *Francofurti 1586. f.* Separatim extat MERCURIALIS MERLINI tractatus, *Geneua 1560. f.* FRANCISCI BALDUINI, *Lugduni 1589. f.* IOANNIS BAPTISTÆ SCHWARTZENTHALERI, *Francofurti 1594. 4.* IOANNIS HALBRITTERI, *Tubingæ 1589. 4.* IULII PACII, *Heidelbergæ 1589. 4.* Præcipui vero ſunt HUGO DONELLUS, *Francofurti 1589. 4.* IULIUS a BEYMA, *Leouardiæ 1545. 4.* ANTONIUS NEGUSANTIUS *de pignoribus & hypothecis*, *Coloniæ 1653. 8. 1700. 4.* qui admodum accuratus eſt, REINHARDUS BACHOVIUS, *Francofurti 1656. 4.* & præ cæteris HENRICI HAHNII *diſſertationes aliquot ſelectæ* prodierunt *de poſſeſſione*, *pigno-*

*pignoribus & hypothecis*, *Helmſtadti 1660. 4.* De *poſſeſſione* vero *creditoris in pignore* egit FRIDERICUS DECKERUS, *Argentorati 1676. 4.* qui tractatus *analyſin continet l. res pignoris 37. π. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* De iure vero prælationis dicemus ad lib. XLII. tit. V.

§. LX.

*Scriptores ad lib. XXI tit. I. de ædilitio edicto.*

De *edicto ædilitio* extat tractatus BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ, *Lugd. 1505. 8.* HVGO DONELLUS *de vſuris, fructibus, ædilitio edicto, Francofurti 1589. 4.* & præcipuus eſt CASPAR CABALLINUS, in Tractatu Tractatuum extans. Ad conſuetudines vero Germaniæ magis faciunt IOAN. WILHELMI RÖVENSTRUNCKII *meditationes ædilitiæ, Gieſſæ 1623. 4.* & *Auguſtæ 1704. 4.* IO. FERDINANDUS BEHAMB ſcripſit *Roßtauſcher-Recht, Francofurti 1707. 4.* quo caſus potiores huc facientes decidit. De *euictionibus* habemus FRANCISCUM BALDUINUM *ad Papinianum de euictione & duplo, Baſileæ 1557. 8.* CASPAREM CABALLINUM *de euictionibus, Coloniæ 1615. 8.* HUGONEM DONELLUM, *Francofurti 1589. 4.* & qui optimi ſunt NICOLAUM BURGUNDUM, *Coloniæ 1662. 8.* atque hoc pleniorem IOANNEM ANTONIUM MAGNILIUM, *Geneuæ 1668. f.*



Digitized by Google

## §. LXI.

Ad librum vigeſimum ſecundum faciunt varii auctores *de vſuris* coniunctim editi *Francofurti 1598. 8.* HONORATI LEOTARDI tractatus *de vſuris & contractibus vſurariis, coërcendis, Lugduni 1649. f.* MARQVARDVS de SVSANNIS *de Iudæis & vſuris, Francofurti 1613. 8.* IACOBI GAITTE *Tractatus de Vſura & fœnore, itemque de vſuraria trium contractuum prauitate, Paris. 1688. 4.* CAROLVS MOLINÆVS *de commerciis & vſuris. Coloniæ 1626. 8.* LÆLIVS ZECHIVS *de vſuris, Francofurti 1598. 8.* MARTINVS AZPILCVETA, *Antwerpiæ 1600. 8.* PETRVS BINSFELD, *Treuiris 1611. 8.* CASPAR CABALLINVS, *Coloniæ 1566. 8.* HUGO DONELLUS *de vſuris, fructibus & mora, Francofurti 1589. 4.* & præcipue HENRICI HAHNII *lex imperii de ſorte & vſuris, Helmſtadti 1665. 4.* GABRIEL SCHWEDERVS ſingulari diſſertatione egit *de vſuris pretii tardius ſoluti, Tubingæ 1689. 4.* Multa de vſuris earundemque modo fuit controuerſia. Scripſerat quidem *de modo vſurarum* tractatum CLAUDIUS SALMASIVS, *Hagæ 1639. 8.* In hoc libro mul-

*Scriptores ad libr. XXII. & ſeqq. de vſuris.*

multas controuerſias criticas contra Danielem Heinſium, docto, ſed aculeato ſermone proſequitur. Eiusdem eſt tractatus alius *de fœnore Trapezitico*, *Hagæ 1640. 8.* Contra quem tamen ſcripſit MARTINUS SCHOOCKIVS *de vſura Trapezitica*, quæ inter exercitationes eius extat coniunctim editas *Vltraiecti 1663. 4.* & IOANNES CLOPPENBURG *de fœnore & vſuris*, *Lugduni 1640. 8.* Ad hunc cenſum referendus quoque GERARDUS NOODT *de fœnore & vſuris Lugd. Bat. 1698. 4.* *De vſuris centeſimis* habemus IOANNEM FRIDERICUM GRONOVIUM, *Lugduni Batauorum 1661. 8.* ÆGIDIVM BETSBURGIUM *de vſuris centeſimis*, *triente*, *ſemiſſe*, *Pariſiis 1524. 4.* & præcipue quam ſub præſidio IOANNIS STRAUCHII diſſertationem egregiam *de centeſimis vſuris* habuit IOANNES PHILIPPUS SLEVOGTIUS in hac Salana anteceſſor celeberrimus, quæ inter diſſertationes extat *Ienæ* coniunctim editas *1672. 4.* De *vſu vſurarum* ſcripſit CHRISTOPHORUS von HAGEN, *Witteberga 1664. 4.* De *proportione vſurarum* ad ſortem habenda erudite egit GVILIELMI GOTHOFREDI LEIBNITII *meditatio Iuridico-Mathematica de interuſurio ſimplici.* Quod ſcriptum inſeritur *Actis erud. Anno LXXXIII in p.* 445.

445. Egregia eſt *conſultatio academica* IO. OTTONIS TABORIS *de præſidiis debitorum infelicium & inprimis de exceptione alterius tanti vſurarii ad l. 27. §. 1. C. de vſuris ad textus parallelos accommodata*, quæ alias ſeparatim *Argentorati 1652. 4.* edita, poſt cum aliis Taboris operibus *Lipſiæ 1688. f.* De *mora* extat tractatus PETRI BARBAROSÆ, *Francofurti 1625. f.* STEPHANUS FORCATULUS, *Hanouiæ 1599. 8.* ÆMILIUS FERRETTUS, *Erfurti 1586. 8.* atque ex recentiori editione, *Osnabrugi 1675. 8.* cui acceſſit eiusdem tractatus de intereſſe atque obſeruationes & remiſſiones potiſſimum practicæ. DOMINICUS ARUMÆUS cum IO. SAPORTÆ compendio, *Ienæ 1608. 12.* & qui præcipuus eſt TACO a GLINS *de mora*, *Amſtelodami 1649. 8.* Cum etiam per diuturnum illud Germaniæ bellum tricennale multi debitores ad incitas redigerentur, multi fuere, qui hanc quæſtionem, durante adhuc bello examinarunt, qua ratione obæratis debitoribus leuamen aliquod adferri poſſit. Praecipuus qui in hac materia occupatus, fuit CASPAR MANZIUS, qui *patrocinium* ſcripſit *debitorum depauperatorum*, *Noribergæ 1640. 8.* Qui etiam alium tractatum germanicum ſcripſit ſub titulo: *Zinß-Scharmützel zwiſchen den Glaubiger*

*vnd*

*vnd Schuldner, Ingolſtadt* 1645. 4. Prodiit quoque tractatus, cui titulus IO. ACATII SETAW in BRENWEIR de *præludio belli ciuilis inter rigoroſos creditores & calamitoſos debitores ſuper cenſibus præteritorum annorum, Noribergæ* 1642. 12. cuius tamen æque hunc Mantzium faciunt autorem, prodiit enim poſtea ſub titulo *diſquiſitionis de ſolutione debitoris cenſuum, Ingolſtadti* 1658. 8. Sic etiam DAVID MEVIUS *diſcuſſionem* ſcripſit *leuaminum inopiæ debitorum, Lipſiæ* 1630. 4. IO. OTTO TABOR *de debitorum per calamitates bellicas ad incitas redactorum præſidiis, Argentorati* 1646. 4. WOLFGANGVS SIGISMVNDVS a VORBURG *aſylum adflictorum & ſpoliatorum debitorum* edidit *Francof* 1634 4. BENEDICTUS CARPZOVIUS *aſylum debitorum ad incitas redactorum, Lipſiæ* 1651. 4. Poſtquam autem per articulum VIII. §. de indaganda Inſtrumenti pacis, debitoribus eſſet proſpectum, atque ſic ſanctione pragmatica conſtitutum, quid circa vſuras debitorum per belli calamitates ad incitas redactorum iuris ſit, HENRICVS HAHNIVS elegantem edidit commentarium *ad dictum paragraphum & conſtitutionem Ratisbonenſem de anno* 1654. *von Schuldſachen, Capital und Zinſen*, quem curæ IOANNES EICHELII debemus,

mus, *Helmſtadtı 1683. 4.* Extat etiam de hac re conſilium Didenbachii apud Londorpium. Ad materiam vſurarum ſpectant etiam ſuo modo *annui Reditus* de quibus extat PAVLVS BVSIVS *de annuis reditibus*, *Colon. 1601. 8.* FRIEDERICUS MARTINI *de iure cenſuum & annuorum redituum, Friburg. 1604. 4.* Et qui plenius hanc materiam exequitur GEORGIUS FRANTZKIVS *in Libro I. Variarum Reſolutionum. Iena 1656. 4.*

*Scriptores de annuis reditibus.*

## §. LXII.

De *præſumptionibus* ſcripſit ANDREAS ALCIATVS, qui *cum additionibus* IO. NICOLAI ARELATANI editus extat *Coloniæ 1576. 8.* HIPPOLYTVS BONACOSSA, *Venetiis 1580. 4.* IO. OLDENDORP, *Francofurti 1508 8.* & qui inſtar omnium eſt IACOBVS MENOCHIVS *de præſumtionibus, Venetiis 1590. f.* De *fictionibus iuris* habemus BARTHOLOMÆVM PHILIPPI, *Salmanticæ 1556. &* præcipue ANTONIVM DADINVM ALTESERRAM, *Pariſiis 1659 4.* De *probationibus & teſtibus* egit IOANNES OLDENDORPIVS, *Coloniæ 1567. 8.* LANFRANCVS de ORIANO, *cum additionibus* Vadii & Hugonis, *Coloniæ, 1592. 8.* IOACHIMVS MYNSINGERVS *in titulum*

*Scriptores ad libr. XXII tit. II de probationibus & præſumtionibus.*



Digitized by Google

*lum Decretalium de probationibus*, *Helmſtadi 1582. f.* Optimi tamen ſunt FVLVIVS PACIANVS libris duobus, *cui competat onus probandi*, *Francofurti 1598. f.* NICOLAVS RODRIQVETZ *de probationibus*, *Lugduni 1662. f.* IO. ANDREÆ DORNSBERGERI *ſyntagma de probationibus & exceptionibus*, *Baſilea 1606. 8.* & qui omnium labores ſuperat IOSEPHVS MASCARDVS, qui etiam ad ſingula, prout probari poſſint, deſcendit: prodierunt *Venetiis & Francofurti 1607. & 1661. f. III. Vol.* De *modo articulandi & probandi* egit MARCELLVS CALA, *Spira 1598. 8.* De *probanda* vero *negatiua* NICOLAVS de PASSERIBVS, *Francofurti 1629. 8.* & *Venetiis 1650. f.* de *Archiuis* & fide illorum AHASVERVS FRITSCHIVS, *de Iure Archiui & Cancellaria*, *Iena 1664. 4.* Præcipuum vero ſcriptum eſt Iacobi Wenckeri *Apparatus & Inſtructus Archiuorum ex vſu noſtri temporis. Argentorati 1613. 4.* Varia in hac collectione reperiuntur, vtpote GEORGII ÆBBTLEINS *Tractatio de Archiuis atque Regiſtraturis Repraſentatio Hiſtorica Regiſtratura laudatiſſimi Archiui Argentoratenſis*, *Forma Regiſtratura generalis Ciuitatum Imperialium. Succincta narratio cauſſarum*, *quare Inſtructus & Apparatus Archiuorum ſuperioribus ſeculis rudius factus*,

Digitized by Google

*ctus, & quomodo in melius magis magisque cœpit ordinari concinnarique.* MARCI OTTONIS de *Regiſtratura Schedium. Anonymi Conſilium de Regiſtrandis, & quomodo actorum iudicialium Regiſtratura commode inſtituenda.* IACOBI BERNHARDI MALTZII *Ordinatio Archiui Rerum Germanicarum præſidia, partim ad prædictarum obſeruationum & memorabilium probationem ac confirmationem, maxime vero ad Hiſtoriæ & Status publici per aliquot Secula illuſtrationem, ordine chronologico diſpoſita. Anonymi Methodus ſiue Proceſſus renouandi. Vngefährliche Verzeichnüs etlicher Titul, ſo zu einem Ambts-Buch gebraucht werden mögen.* PARIDIS a PVTEO *Praxis & Forma Renouationis ſeu Redintegrationis.* FRIDERICI WIEGERI *diſſertatio de Renouationibus Bannorum.* In Præſidiis potiſſimum multa argumenta & diplomata ex Archiuo Argentoratenſi deprompta, fuerunt inſerta.

## §. LXIII.

*Scriptores ad libr. XXII. tit. IV. de fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.*

De *ſyntaxi & fide inſtrumentorum* libros tres ſcripſit NICOLAVS HONTHEMIVS, *Moguntiæ 1607. 4.* & qui melior eſt IOACHIMI MYNSINGERI *commentarius in titulum de fide inſtrumentorum libri II. Decretalium, Marpurgi 1602. 8.*

MARINVS FRECCIA *de præſentatione inſtrumentorum* egit, *Venetiis 1590. 4*. De *inſtrumentorum* vero *reaſſumptione, confectione, & extenſione* PARIS de PVTEO, *Lipſiæ 1619. 8*. Inter hæc vero optimum eſt ſcriptum NICOLAI EVERHARDI *de teſtibus & fide inſtrumentorum, Francofurti 1618. f. De Teſtibus tractatus diuerſorum* coniunctim editi extant *Coloniæ 1596*. Separatim reperiuntur IACOBVS ÆGIDIVS *de teſtibus & eorum reprobatione, cum additionibus* ANGELI de VBALDIS, *Coloniæ 1599. 8*. & qui de eadem materia ſcripſit STEPHANVS AUFRERIVS, *Coloniæ 1596 4*. atque IOANNES BAPTISTA ZILLETVS, *Venetiis 1568. 4*. NELLVS a S. GEMINIANO *de teſtibus, Baſileæ 1589. f* IOANNES CAMPEGIVS, qui extat in Tomo quarto Tractatus Tractatuum. HORTENSIVS CAVALCANVS, *Coloniæ 1597. 8*. IVSTVS REVBERVS, *Heidelbergæ 1584. 8*. FRIDERICVS SCHENCK, *Coloniæ 1577*. atque alii. Elegans eſt tractatus NICOLAI de LESCVT *de examinatione teſtium, illuſtratus per Rutgerum Rulandum, Francofurti 1604. 8*. Optimus vero eſt præter Euerhardum, PROSPER FARINACIVS *de teſtibus, Lugduni 1606 f*. qui in opere eius Criminali extat. De *iuris & facti ignorantia* habemus

*ad libr. XXII. tit. V. de Teſtibus.*

mus IOANNEM MALCOTVM, *Louanii 1652. 8.* & IOANNEM BAPTISTAM CÒSTAM *de facti ſcientia & ignorantia, Papiæ 1603. f.* Extat etiam Tractatus moralis IOANNIS CHRYSOSTOMI PHILIPPINI *de Priuilegiis ignorantiæ, Venet. 1688. f.*

## §. LXIV.

*Scriptores ad libr. XXIII. tit. I. de Sponſalibus & II. de ritu nuptiarum.*

De Sponſalibus & nuptiarum ritu alii ſcriptores ſecundum ius Ciuile procedunt, alii ſecundum ius Canonicum, vel praxin Conſiſtoriorum. De his infra inter ſcriptores iuris Canonici erit dicendum; de illis vero hic nobis ſermo erit. De *Sponſalibus* quidem varii egerunt, IOANNES ANDREÆ, IOANNES BRVNELLVS & ALEXANDER CARERIVS *de ſponſalibus & matrimonio*, in tomo IX. Tractatus Tractatuum, THADÆVS PISO, *Coloniæ 1591. 8.* LEONHARDVS METZNERVS, *Hafniæ 1607. 4.* PETRVS SCAVENIVS, *Hafniæ 1656. 4.* & qui præcipuus eſt ANTONIUS MATTHÆI *de ſponſalibus, Vltraiecti 1652. 12.* De *conditionibus ſponſalium* optimus eſt IO. BECHSTADIVS *Coburgi 1660. 8.* De *ſponſalibus* vero *clandeſtinis* habemus BASILIVM MONNERVM, *Erfurti 1598. 8.* Plerique ſponſalia & matrimonium coniunxerunt, vti extat SAMVELIS NEANDRI *tractatio iu-*

*ridica de ſponſalibus & nuptiis*, *Stettin 1649. 12.* quæ tamen nullius eſt momenti Præferendus omnino eſt IOACHIMI a BEVST *de iure connubiorum & ſponſalibus* tractatus, *Francofurti 1591. 4.* DIDACVS COVARRUVIAS *de ſponſalibus & matrimonio*, *Antwerpia 1538. f.* Ritus & leges connubiales veterum Romanorum erudite explicarunt BARNABAS BRISSONIVS & ANTONIVS atque FRANCISCVS HOTTOMANNVS, quorum tractatus *de veteri ritu nuptiarum & iure connubiorum* coniunctim prodierunt *Amſtelodami 1662. 12.* inſerti etiam tomo octauo Theſauri antiquitatum Romanarum Græuii. Quod alias quoque, non tamen eadem cura, egerat ANTONIVS GVIBERTVS COSTANVS in ſuo tractatu *de ſponſalibus, matrimoniis & dotibus*, *Marpurgi 1567. 8.* Ex antiquioribus, qui de nuptiis ſecundum ius ciuile ſcripſerunt, ſunt PETRVS BARBOSA *de ſponſalibus*, *matrimonio*, *dote*, *adulteriis*, *ſponſalibus*, *Francofurti 1625. f.* ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1614. 8.* IOANNES NEVIZANVS *in ſyluæ nuptialis libris VI*, *Francofurti 1647. 8.* Ex Proteſtantibus varii de eadem materia egerunt. CONRADVS MAVSERVS, *Lipſia 1617. 4.* & *Iena 1682. 4.* IOANNES KITZELIVS *in ſynopſi matrimoniali*, *Gieſſa 1620.*

*ſæ 1620. 4.* & qui præcipui ſunt PAVLVS CYPRÆVS de iure connubiorum, *Francofurti 1672. 4.* Optimus eſt HENRICVS BROWERVS *de iure connubiorum apud Batauos recenti, Amſtelodami 1665. 4.* idemque rarus atque eruditus. Hic licet ad Belgii ſtatum ſaltim fuerit directus, nuptiarum tamen materiam atque diuortiorum ex Iure Naturæ, Diuino, Ciuili & Canonico ſolide explicauit. Addimus SAMVELIS STRYKII diſſertationem eruditam, *de Iuribus ſingularibus Connubiorum in Germania. Halæ 1609. 4.* *De nuptiis ſine parentum conſenſu non contrahendis* erudite ſcripſit ADRIANVS PVLVÆVS, *Pariſiis 1579. 8.* quod antea quoque egerat GENTIANVS HERVETVS *Aurelianis 1564. 4.* *De nuptiis conſobrinorum* FRANCISCVS FLORENS, *Francofurti 1643. 8.* *Gamologiam perſonarum illuſtrium* optime illuſtrauit NICOLAVS MYLERVS, *Stutgardiæ 1664. 4.* De matrimonio Conſcientiæ infra ſub Scriptoribus iuris Canonici pluribus agemus. De *nuptiis ſecundis* præter antiquiores, ea de re coniunctim editos *Coloniæ 1600. 8.* vtpote IOANNEM a RIPA, IOANNEM de GARRONIBVS, STEPHANVM BERTRANDVM, MATTHÆVM BOYS, ANTONIVM GABRIELIS habemus ARNOLDVM RATH, *Ingolſtadii 1658. 4.* *de nuptiis ſecundis.*

SCIPIONEM GENTILEM, *Hanouiæ* 1569. 8. & IACOBVM MÆSTERTIVM, *Lugduni Batauorum* 1639. 8. qui in hac materia eſt præcipuus.

§. LXV.

*Scriptores ad libr. XXIII tit. III de iure dotium.*

De *Dote* congeſtos habemus tractatus variorum antiquorum, BALDI, NOVELLI, IACOBI BVTRIGARII, PANDVLPHI PRATEII, IOANNIS CAMPEGII, ROLANDI a VALLE, IO. COPI aliorumque coniunctim editos *Francofurti* 1587. *f.* Alias PETRI BARBOSÆ tractatum *de dote eiusque priuilegiis, Francofurti* 1625. *f.* De *pactis* vero *nuptialibus* plenior eſt tractatus IO. PETRI FONTANELLÆ, *Geneuæ* 1627. 1641. *f.* qui omnem hanc materiam examinat. ANDREAS KOHL vero ex recentioribus *de pactis dotalibus & ſucceſſione coniugum* tractatum ſcripſit *Lipſiæ* 1650. 4. editum, cuius hodie vſus eſt præcipuus. Licet etiam CORNELII NEOSTADII tractatus egregius *de pactis ante nuptialibus & feudi Hollandici ſucceſſione* qui *Arnhemi* 1658. 4. prodiit, ſuam commendationem habeat. Inter Belgas ABRAHAM a WESEL *de connubiali bonorum ſocietate* egit *& pactis dotalibus, Amſtelodami* 1674. 4. *De fundo dotali* CÆSAR OTTINELLVS, *Romæ* 1586 8. & PANDVLPHVS PRATEIVS in Tomo

IX

IX Tractatus Tractatuum. FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHTI tractatus de *renunciatione acquæſtus coniugalis von Verzug der ehlichen Errungenſchafft, in quo tum illa renunciatio, qua coniux acquæſtui in commodum alterius coniugis renunciat, tum & illa, qua coniux ab ære alieno ſociali ſe liberat, operoſe diſcutitur, Tubingæ* 1699.4. editus eſt perquam eruditus. PETRI MüLLERI diſſertatio *de dote nuptiali, Ienæ 1688.* fuit edita.

## §. LXVI.

De *donationibus inter virum & vxorem* habemus IOANNEM PYRRHVM, Anglobermæum, de *donatione mutua inter virum & vxorem* in tomo IX Tractatus Tractatuum, CAROLI MOLINEI tractatus duos de *donationibus factis vel confirmatis in matrimonio: item de inofficioſis teſtamentis, donationibus & dotibus, Lugduni 1551. f.* & NICOLAI SVTORII tractatus quatuor de *donationibus matrimonialibus, inofficioſis teſtamentis, donatione mutua coniugum, pœnis & remediis nubentium, Hanouiæ 1598. 8.* & qui præcipui ſunt SCIPIONIS GENTILIS libri quatuor de *donationibus inter virum & vxorem, Hanouiæ 1604. 4.* Ad *diuortia* præter Browerum ſuperius adlegatum facit THEODORI BETZÆ tra-

*Scriptores ad libr. XXIV. tit. de donationibus inter virum & vxorem.*

*Scriptores de diuortiis.*

tractatus de *repudiis & diuortiis*, *Geneuæ* 1593. 8. *Lugduni Batauorum* 1651. 12. in quo iuris ciuilis Romanorum & veterum de his canones examinat. In quo etiam contra Ochinum, polygamiam defendentem, Montaniſtas, qui repetitas nuptias arguunt, agit. Alias diuortiorum rationem ex iure naturæ atque Ebræorum deducit IOANNES SELDENVS in *vxore Ebraica*, *Londini* 1646. 4. De *iure diuortii* egit LIBORIVS a BODENSTEIN, *Francofurti* 1601. 8. idque marito proprium eſſe adulterii cauſſa probat, quod etiam confirmat EDMVNDVS BVNNIVS, de *diuortiis ob adulterium*, *Oxonii* 1610. 4. De eodem quoque egit PETRVS BARBOSA in ſuo *de matrimonio* tractatu. Sic etiam IOANNES HOWSON *de diuortiis* egit, aliasque theſes de vxore dimittenda propter fornicationem cum defenſione edidit *Oxonii* 1606. 4. De iisdem ſcripſit THEODORVS MOHR, *Auguſtæ* 1598. 4. & HIERONYMVS ZANCHIVS *de diuortio*, & *nouis poſt diuortium nuptiis*, *Geneuæ* 1617 8 IVLIANVS PELÆVS quæſtionem dedit de *ſolutione matrimonii ex cauſſa frigoris publice iudicata*, *Pariſiis* 1602. 8. Inter diſſertationes ſub præſidio b. parentis reperimus inauguralem THEODORI MEERBACHII de *iure diuortiorum*, *Ienæ* 1678. 4. erudite elaboratam. Ad vſum

noſtro-

noſtrorum Conſiſtoriorum præcipue ſpe- *Scriptores ad libr. XXIV tit. III ſoluto matrimonio.*
ctat IOANNIS GEORGII NICOLAI Tractatus de *Repudiis ac Diuortiis, Dresdæ* 1685. 4. In titulum Pandectarum *ſoluto matrimonio, quemadmodum dos petatur,* habemus commentarium PETRI BARBOSÆ, *Madriti* 1595. *f.* D. MARTAM, *Florentiæ* 1600. *f.* FRANCISCVM FERRERIVM, *Ilerdæ* 1629. *f.* BARTHOLOMÆVM SALICETVM, *Lugduni* 1553. *f.* atque alios.

§. LXVII.

*Scriptores ad libr. XXV tit. I de impenſis in rem dotalem factis.*

Ad impenſas in res dotales factas ſpectat IOANNIS GARSIÆ tractatus de *expenſis & meliorationibus* ſupra iam adductus. De *agnoſcendis vel alendis liberis* legi poteſt GEORGIVS ACACIVS ENENCKEL de *priuilegiis parentum & liberorum, Tubingæ* 1618. 4. MARTINVS COLERVS, *de alimentis, Lipſiæ* 1672. 4. qui in hac materia optimus eſt. Acceſſerunt etiam BARTOLI & IO. BAPTISTÆ PONTANI de eadem re tractatus. Nec tamen prætereundus adhuc eſt IOANNIS PETRI SVRDI tractatus *de alimentis*, non minus eruditus, licet Colero non æquiparandus: prodiit *Francofurti* 1602. 4. *Geneuæ* 1645. *f.*

*Ad tit. III de adgn. vel alendis liberis.*

Ad titulum *de ventre inſpiciendo* præter Zacchiam in quæſtionibus medico-legalibus habemus adhuc FRIDERIC. BRüCKMAN-

*Ad tit. IV de ventre inſpiciendo.*

Digitized by Google

MANNVM, *Francofurti ad Viadrum* 1586. 4. Et inprimis ALEXANDRVM ARNOLDVM PAGENSTECHER, de *Iure Ventris*, *Bremæ* 1704. 8. Ad titulum de concubinis facit GERARDI GREVENBRVCH tractatus de *beneficiariis*, *concubinariis eorumque concubinis*, *Coloniæ* 1571. 8.

§. LXVIII.

*Scriptores ad libr. XXVI & ſeqq. de tutelis.*

Tutelarum materia prolixior eſt atque plures reperit ſcriptores. Inter antiquos BORGNINVS CAVALCANVS de *tutore & curatore* ſcripſit *Francofurti* 1604. 8. & ANTONIVS PIAGGIVS de *tutore & curatore*, *Venetiis* 1584. 8. MARCVS MANTVA, *Heidelbergæ* 1587. 4. IO. OLDENDORPIVS, *Coloniæ* 1568. 8. VINCENTIVS MANZINVS, *Coloniæ* 1589. 8. IOANNES GVTTIERETZ, *Francofurti* 1606 *f.* IODOCVS DAMHOVDERVS, *Francofurti* 1565. *fol.* Hos ſecutus eſt LEANDER GALGANETTVS in tractatu de *tutela & cura*, *Venetiis* 1617. *f.* BALTHASAR THOMASIVS, *Patauii* 1642. *fol.* CLAVDIVS PLVMIVS, *Hafniæ* 1642. *f.* FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS de *tutelis*, *tutoribus & curatoribus*, *Moguntiæ* 1667. 8. & CASPAR MANTZIVS, *Ingolſtadti* 1652. 4. His tamen plenior longe eſt, immo etiam accuratior PAVLVS MONTANVS in

tractatu

Digitized by Google

tractatu nouo, de *iure tutelarum & curationum*, qui cura BALTHASARIS MONTANI, *Lugduni Batau. 1595. f.* prodiit, ac ſingula erudite perſequitur. In foris Germaniæ & vſu quotidiano obtinet THOMAS SCHROeRVS *von dem Amt der Vormünder und Pflegvater, Francofurti 1661. 4.* De iis, quæ ad tutorum excuſationem pertinent, egit CAROLVS CAMVSIVS, *Pariſiis 1652. 4.* De *tutela* vero *fœminea* erudita eſt diſſertatio VDALRICI EYBENII, *Gieſſæ 1656. 4.* quæ nunc Operibus eius *Argentorati 1708. fol.* coniunctim editis eſt inſerta. De *Pupillis* eorumque priuilegiis ac iuribus opus ſingulare conſcripſit BARTHOLOMÆVS BERSANVS, *Lugduni Batau. 1705. fol.*

§. LXIX.

*Scriptores de ſucceſſionibus & teſtamentis ad libr. XXVIII.*

De *ſucceſſionis* materia habemus varios coniunctim editos *Coloniæ 1590. 8.* Separatim extat tractatus IOANNIS SELDENI de *ſucceſſionibus in bona defuncti ad Ll. Ebræorum, Londini 1636. 4.* ADAMVM KELLERVM, de *iure ſuccedendi ab inteſtato, Baſileæ 1618. 4.* BARTHOLOMÆVM MVSCVLVM de *ſucceſſione ab inteſtato*, qui ius Gallicum cum Romano contulit: prodiit *Francofurti 1601. 12.* Id quod maiori adhuc cum adparatu egit DIONYSIVS

le

Digitized by Google

le BRVN in tractatu de *ſucceſſionibus*, *Pariſiis 1692. f.* Plenius hanc de ſucceſſionibus materiam illuſtrauit FERDINANDVS VASQVIVS *libris IX de ſucceſſionibus*, & *vltimis voluntatibus*, *Venetiis 1564.* & *Francofurti 1610. f.* Hoc tamen accuratior adhuc eſt FRANCISCVS de BARRY de *ſucceſſionibus teſtati ac inteſtati*, *Francofurti 1653. fol.* & *Lugduni 1671 f.* ſingula enim quæ de hac materia dici poterant, ſolide examinantur & per rationes deducuntur. ANTONIVS MATTHÆI in ſuis diſputationibus *de ſucceſſionibus*, iura ciuilia quoque eleganter illuſtrat, quæ primum *Vltraiecti 1652. 12.* prodierunt, poſtea cum notis b. parentis, *Ienæ 1678. 4.* CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS in tractatu methodico *de ſucceſſione ab inteſtato*, *Ienæ 1647. 4.* edito, ius Saxonicum perſequitur. SAMVELIS STRYKII tractatus de *ſucceſſione ab inteſtato*, qui *Francofurti ad Viadrum 1669. 4.* prodiit, haut ita pridem recuſus, per diſputationes primum fuit propoſitus, atque ad conſuetudines Germaniæ plurimum facit. De *hæredipetis* elegans eſt Diſſertatio IO. CHRISTOPHRI BARTENSTEINII, *Argentorati 1711. 8.* De ſucceſſione ex teſtamento egit MARCVS MANTVA, *Heidelbergæ 1592. 4.* & HERMANNVS MEYERVS de *ſucceſſionibus teſtamen-*



Digitized by Google

*ſtamentariis, Francofurti 1608. 4.* De ſucceſſione inter fratres ALPHONSVS RAMIERETZ de PRADO, *Madriti 1624. 4.* ARIVS PINELIVS in ſuo *de bonis maternis* tractatu de ſucceſſione materna quoque egit, prodiit *Francofurti 1585. 8. Exceptiones quæ oriri poſſunt in ſucceſſione tam ab inteſtato quam in teſtamento* propoſuit PAVLVS ÆMILIVS, *Venetiis 1616. f.* De *renunciatione ſucceſſionum* BARTHOLOMÆI KELLENBENTZII tractatum eruditum, *Stutgardiæ 1655. 8.* editum, & quos ſupra, variorum de renunciationibus adduximus tractatus. In materia ſucceſſionis frequentius quoque obuenit quæſtio de *Repræſentatione* & *Transmiſſione*; Hanc proinde accurate & ſolide expoſuit IOANNES CHRISTOPHORVS HEROLDT de *Iure Repræſentationis, Halæ 1669. 4.*

## §. LXX.

Ad *pacta ſucceſſoria* facit GEORGIVS NATTA de *pactis circa ſucceſſionem, cum notis* MATTHÆI BOYS, *Coloniæ 1593. 8.* & ANTONIVS CONTIVS de *pactis futuræ ſucceſſionis, ac præſertim de pactis Iſmaeriæ inter patrem & filios, 1571. 8.* De *pactis ſucceſſoriis illuſtrium familiarum* GüTTICHIVM, *Gieſſæ 1622. 4.* & qui præſtat adhuc NICOLAVS BETSIVS in erudito tractatu de *Scriptores de pactis ſucceſſoriis.*

Digitized by Google

de *ſtatutis*, *pactis & conſuetudinibus familiarum illuſtrium* & nobilium, ex editione IO. SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* qui ad Germaniæ mores vnice eſt directus. De *teſtamentis* vero egit IVLIVS CLARVS, *Venetiis 1568. f.* IO. DAVTH, *Francofurti 1670.* BOëTIVS EPO, *Duaci 1561. 8.* THOMAS MAVLIVS, *Gieſſæ 1620. 8.* CASPAR MANTZIVS, *Auguſtæ 1601. f.* MARCVS MANTVA, *Tubingæ 1588. 4.* IVLIVS CLARVS, *Venetiis 1568 f.*

§. LXXI.

*Succeſſio ex teſtamento.*

Alia ſucceſſio fit ex teſtamento, de cuius iuribus atque validitate ſæpius diſceptatur. GEORGIVS BEATVS ſuum tractatum de *teſtamentis*, ex præiudiciis ICtorum Saxonicorum & Scabinorum Magdeburgenſum deduxit, *Stettini 1652. 4.* Ex recentioribus PETRVS GVDELINVS de *teſtamentis* ſcripſit, *Louanii 1653. 8.* De *vltimarum voluntatum interpretatione* ſcripſit SIMON de PRÆTIS, *Francofurti 1583 fol.* & qui melior eſt IO. de CASTILLO, de *coniecturis atque interpretationibus vltimarum voluntatum*, quem edidit VINCENTIVS SVRARIVS, *Geneuæ 1630. f.* DIDACVS RODERICVS ALVARDVS libros quatuor ſcripſit de *coniecturata mente defuncti ad methodum redigenda*, *Francofurti 1599. 8.*

Sed

Sed præcipuus eſt FRANCISCI MANTICÆ tractatus de *coniecturis ultimarum voluntatum* in libros XII diſtinctus, *Francofurti 1580. f.* quæ editio melior eſt *Geneuenſi 1669. f.* De *erroribus teſtamentorum* elegans eſt ſcriptum SCIPIONIS GENTILIS, *Argentorati 1669. 8.* De *ſubſcribendis & ſubſignandis teſtamentis* elegans eſt tractatus CLAVDII SALMASII, *Lugduni Batau. 1653. 8.* in quo rationem ſignandi teſtamenti ex iure & antiquitatibus Romanis deducit, de quo ipſi variæ interceſſerunt controuerſiæ cum Deſiderio Heraldo. De *iniuſto, rupto & irrito teſtamento* egit IOANNES de IMOLA, *Lugduni 1553. 4.* De *executoribus vltimarum voluntatum* IOANNES IACOBVS a CANIBVS & IOANNES OLDENDORPIVS, *Conſtantiæ 1593. 8.* Sic etiam de *executoribus & commiſſariis teſtamentariis* FRANCISCVS del CARPIO ſcripſit *Vrſaconæ 1638. fol.* De *teſtamento mariti & vxoris coniunctim vel ſeparatim factis erudite* ſcripſit PETRVS PECKIVS, *Louanii 1564. 8.* & inter opera eius *Antwerpiæ 1679. f.* De *teſtamento principi aut comiti oblato* erudita IOANNIS OTTONIS TABORIS extat tractatio, *Argentorati 1658. 4.* De *teſtamento* vero *principis vel Comitis Sacr. Roman. Imp.* extat diſſertatio

HVLDERICI EYBENII, quæ in volumine ſecundo iuris publici Fritſchii extat, nunc Operibus ipſius iunctim editis eſt inſerta, & de eadem materia *beati parentis diſſertatio, Ienæ 1678. 4.* Huc facit quoque elegantiſſima diſſertatio IOAN. FRANCISCI BVDDEI de *teſtamentis ſummorum imperantium, ſpeciatim Caroli II. Hiſpaniæ Regis, Halæ 1701. 4.* in qua hæc materia ex iure naturali & gentium accurate deciditur. Quibus addimus DILECTI DVRANTIS *de arte teſtandi & cautelis vltimarum voluntatum, Lugd. 1572. 8.* Sed plenius & ad praxin Germaniæ accommodatius SAMVELIS STRYKII, Iureconſulti ſummi, ſcriptum de *cautelis teſtamentorum, Halæ 1703. 4.* in quo pleraque quæ in teſtamentis condendis, legatis, fideicommiſſis caute obſeruanda, perſpicue exponuntur. Acceſſerunt variorum illuſtrium Teſtamenta, vtpote Caroli M. Caroli II. Regis Hiſpaniæ, diuerſorum Principum Imperii & Lutheri teſtamentum minus ſolenne.

## §. LXXII.

*Scriptores ad libr. XXVIII*

De *Exheredatione* liberorum in ſpecie commentatus eſt LVCAS VAN DE POLL de *Exheredatione & Præteritione Romana*

*Romana atque hodierna Liber ſingularis, Amſtelod. 1700. 4.*

*tit. II de Exheredatione.*

## §. LXXIII.

*Scriptores ad libr. XXVIII de vulgari & pupillari ſubſtitutione.*

Ad ſubſtitutionum tum vulgarium tum pupillarium materiam facit ÆMILIVS FERRETVS, *Lugduni 1553. 4.* LEONARDVS ALLOSINVS, *Pictauii 1540. 8.* PETRVS BARBOSA de *legatis & ſubſtitutionibus, Lugduni 1662. f.* ANTONIVS FOQVELLINVS, de *vulgari & pupillari ſubſtitutione, Lugduni Batau. 1677. 12.* IONAS MOSTELLVS de *hæredum ſubſtitutionibus, Tubingæ 1613. 4.* SVORTIAS ODDVS, de *compendioſa ſubſtitutione, Francofurti 1600. 8.* ANTONIVS GOVEANVS, *Lugduni 1599. fol.* IOANNIS OTTONIS TABORIS *Commentatio Synoptica de ſubſtitutionibus, Gieſſæ 1672. 4.* HELFRICVS VLRICVS HVNNIVS, *Gieſſæ 1616. 4.* VALENTINVS GVILIELMVS FOERSTERVS, *Wittebergæ 1619. 4.* CLAVDIVS CHIFFLETIVS, *Lugduni 1584. 4.* & præcipue VINCENTIVS FVSARIVS, *Geneuæ 1653. f.* qui reliquis eſt plenior. IACOBVS OTTO vero in *medulla ſubſtitutionum hæredum*, quæ *Vlmæ 1694. 8.* prodiit, vſum fori docet, ſeptem ſpecies ſubſtitutionum decernit, & in multis a communi interpretum ſententia recedit. De *iure deliberandi* ſcripſit SEBA-

STIANVS SAPIA & BENEDICTVS de PLVMBINO, qui ambo in tomo VIII. Repetitionum extant. De *aditione cum inuentario* ſcripſit BALDVS. De *inuentario hæredis* SEBASTIANVS MONTICVLVS, *Francofurti 1973 8.* GVIDO PAPA, FRANCISCVS de PORCELLINIS, *Coloniæ 1590. 8.* ROLANDVS a VALLE cura CONRADI KESSELII, *Coloniæ 1931. 8.* & præcipue HFNRICVS HAHNIVS de *beneficio inuentarii hæredis*, *Helmſtadti 1661. 4.* Hosce tractatus pleroſque videmus coniunctim editos *Geneuæ 1673. f.* Separatim extat IO. FVCHSII Tractatus *de inuentariis*, *Francofurti 1693. 4.*

## §. LXXIV.

*Scriptores ad libr. XXIX tit. I. de teſtamento militis.*

Ad *teſtamentum militare* facit GEORGIVS ACACIVS ENENCKEL, de *priuilegiis militum & militiæ*, *Francofurti 1607. 4.* qui eruditus eſt & IOANNES GEILKIRCHERVS, de *teſtamento militari*, *Ingolſtadti 1588. 4.*

## §. LXXV.

*Scriptores ad libr. XXIX. tit. VII de Iure Codicillorum.*

De *codicillis* ex antiquis ſcripſit ROLANDVS PASSAGERIVS, *Venetiis 1546. 8.* *Coloniæ 1590. 8.* & NICOLAVS REVSNERVS, *Lipſiæ 1601. 4.* Recentior eſt OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS de *codicillis*, *Bremæ*

*ma 1659. 4.* De *effectibus vero & defectibus clauſulæ codicillaris* FABII TVRRETI extat tractatus *Coloniæ 1620. 8.* & IOAN. OTTONIS TABORIS de *clauſula codicillari* diſſertatio.

§. LXXVI.

De legatis extant ſcriptores varii. ANTONIVS quidem PICHARDVS, *Salmanticæ 1625. 4.* IOANNES FRANCISCVS a RIPA inter eius opera. BARTHOLOMÆVS ROMVLÆVS de *legatis fideicommiſſis, Licha 1602. 8.* MARCVS ANTONIVS BAVERIVS, *Lugduni 1553. f.* Præcipui vero ſunt PETRVS PECKIVS, in *vniuerſam materiam legatorum, Louanii 1553. 4.* ANGELVS MATTHEACIVS, de *legatis & fideicommiſſis, Francofurti 1647. 8.* Fideicommiſſorum materiam plerique pertractarunt, qui vel de legatis vel ſubſtitutionibus egerunt, vtpote CLAVDIVS CHIFFLETIVS, VINCENTIVS FVSARIVS, IACOBVS OTTO atque alii. Separatim de iisdem ſcripſit FRANCISCVS MARZARIVS, *Florentiæ 1570. f. Coloniæ 1588. 8.* PETRVS ANTONIVS de PETRA, de *fideicommiſſis, maxime ex probibita alienatione reſultantibus, Venetiis 1597. f. Francofurti 1603. f.* & qui inſtar omnium MARCVS ANTONIVS PEREGRINVS in tractatu

*Scriptores ad libr. XXX XXXI & XXXII de legatis & fideicommiſſis.*

de *fideicommiſſis, Venetiis 1595. f.* qui hanc materiam optime explicauit. De *fideicommiſſis, Venetiis 1595. f.* qui hanc materiam optime explicauit. De *fideicommiſſis, a nobilibus familiæ conſeruandæ cauſa* egit GEORGIVS CHRISTOPHORVS STIRN, *Stuttgardiæ 1664. 4.* Sed huic longe eſt præferendus eruditiſſimus tractatus PHILIPPI KNIPSCHILDI de *fideicommiſſis familiæ conſeruandæ cauſſa relictis, Argentorati 1626. 4.* & *Vlmæ 1654. 4.* Cui ſubiungimus CHRISTIANI WILDVOGELII diſſertationem de *fideicommiſſis familiarum nobilium conuentionalibus*, *Ienæ 1710. 4.* Et cum in legatorum materia accreſcendi ius obueniat, de his ſcriptoribus quoque agemus. Alii quidem vbi de ſucceſſione tractant, idem ius ſimul illuſtrarunt. Separatim autem de eodem ſcripſit FRANCISCVS DVARENVS, *Lugduni 1656. 4.* THOMAS PAPILLONIVS, *Pariſiis 1613. 8. Lugduni Batauorum 1660. 12.* BARTHOLOMÆVS ROMVLÆVS, *Ingolſtadti 1569. 4.* IOANNES SVEVUS, *Ienæ 1608. 12.* & qui præcipuus eſt IOANNES ANTONIVS BELLONVS, *Geneuæ 1628. f.* Hinc etiam antiqui tractatus de hac materia coniunctim prodierunt *Lipſiæ 1657. 12.* vtpote PANCRATIVS KRETSHMER, NARCISSVS de PALANTIER, VALENTINVS RIE-

*De iure accreſcendi.*

MЕ-

MERUS & CONRADUS SCHWANENBURG. Hiſce præferendus IOANNIS WILHELMI LUDWELLI *Tractatus poſthumus de Iure accreſcendi*, *Altorf.* 1680. 4. it. *Dresd.* 1686. 4.

## §. LXXVII.

*Scriptores ad librum XXXIII. tit. I. de Annuis Legatis.*

De *Annuis Legatis* extat THESEUS MANTUA, *Patau.* 1569. 8. Item CASPAR RODERICUS *de Annuis & menſtruis redditibus*, *Mogunt.* 1605. 4. De rebus, ſeu diſpoſitionibus dubiis egit ALBERTVS BRVNVS, qui extat in tractatus Tractatuum tomo XVIII. BARTHOLOMÆUS CALEPIUS, *Lugduni* 1553. *f.* EMANUEL de COSTA, *Salmantica* 1569. *f.* & qui præcipuus eſt NICOLAUS VALLA *de rebus dubiis & quæſtionibus in iure controuerſis* 1596. 8. De *conditionibus & demonſtrationibus & cauſſis & modis eorum, quæ in Teſtamento ſcribuntur*, *commentatus eſt* MARCUS MANTUA, *Patauii* 1588. 8. ACACIVS ANTONIUS de RIPOLL, *Coloniæ* 1617. 4. PAULUS DURAN, *Venetiis* 1616. *f.* EMANUEL de COSTA, *Conimbricæ* 1548. *f.* LEANDER GALGANETTUS, *Venetiis* 1609. *f.* & præcipue PHILIBERTI BRUSSELLII tractatus inſignis *de conditionibus teſtamentorum, contractuum & pactorum,*

*Scriptores ad libr. XXXIV. tit. V. de rebus dubiis.*

*Scriptores ad libr. XXXV. tit. I. de Conditionibus & demonſtrationibus.*



Digitized by Google

qui primum prodiit *Louanii 1560. 4.* & *Bruxellis 1659. 4.* poſt, cum PAULI DURAN tractatu *de conditionibus & modis impoſſibilibus ac iure prohibitis*, recuſus *Francofurti 1700. 4.* atque in hac materia eſt optimus.

## §. LXXVIII.

*Scriptores ad libr. XXXV. tit. II. ad L. Falcid.*

Ad legem Falcidiam & Voconiam fuit commentatus FRANCISCVS BALDUINUS, *Baſileæ 1559. 8.* FRANCISCUS DVARENUS, *Lugduni 1578. f.* ÆMILIUS FERRETUS, *Lugduni 1553. f.* ANTONIUS GOVEANUS, *Lugduni 1559. f.* IOANNES FRANCISCUS a RIPA, *Lugduni 1548. f.* inter eius opera. FRANCISCUS HUSMANNUS *paradoxa* ſcripſit *ad L. Falcidiam*, *Pariſiis 1586. 8.* & qui de eadem varias diſputationes ſcripſit GVILIELMUS CUPP, *Franeckeræ 1649. 4.* Ad *Senatusconſultum Trebellianicum* vero facit ANTONIUS CORSETTUS in tomo VIII. Tractatus Tractatuum, & qui eruditus eſt tractatus VLRICI OBRECHTI *de fideicommiſſorum reſtitutione, & imputatione prælegatorum in quartam Trebellianam*, *Argentorati 1667. 4.* Optime tamen ab binos hosce titulos facit IOANNES ANTONIUS MANGILIUS de *imputationibus & detractionibus in legitima, Trebellianica & aliis*

Digitized by Google

*aliis quartis, Venetiis 1654., f.* Subiungimus hiſce GABRIELIS SCHWEDERI diſſertationem *de condictione ex lege liberis ad ſupplementum legitimæ competente, Tubingæ 1696. 4.*

§. LXXIX.

*Scriptores ad libr. XXXVI. tit. I. de bonorum poſſesſionibus.*

De *bonorum poſſeſſione contra tabulas* ſcripſit FRANCISCUS DUARENUS in Tomo VIII. Repetitionum, ANDREAS BARBATIUS *in rubr. C. qui admittantur ad Bon. Poſſ. Lugduni 1553. f.* ANTONIUS CONTIUS, *Pariſiis 1616. 4.* IOSEPHUS FERNANDEZ de RETES, *Salmanticæ 1663. 4.* CAMILLUS PLAUTIUS, *Lugduni 1533. f.* & qui præcipuus eſt ANDREAS FACHINÆUS *de bonorum poſſeſſione & iure accreſcendi, Ingolſtadti 1589. 8.*

§. LXXX.

*Scriptores ad libr.* XXXVII. *tit. V. & ſeqq. de Collationibus.*

De *collationibus* habemus ALVARI VALASCI *praxin partitionum & collationum inter hæredes, Francofurti 1649. f.* STEPHANUM FORCATULUM, *Pariſiis 1578. 8.* HIERONYMUM a LAURENTIIS, *Lugduni 1590. f.* & IOANNEM SAPORTAM in tomo VIII. Tractatus Tractatuum. Præcipui vero ſunt GEORGIUS ADAMUS BRUNNERUS *de collatione bonorum, Lipſiæ 1610. 8.* & ARNOLDUS VINNIUS, *Amſtelodami 1654. 8.*



Digitized by Google

§. LXXXI.

*Scriptores ad libr. XXXIX. tit. I. de noui Operis nunciatione. Ad libr. XXXIX. tit. II. de damno infecto.*

De *noui operis nunciatione* fuit commentatus NICOLAUS CISNERUS *Francofurti 1611. 8.* IOANNES FRANCICUS a RIPA, *Lugduni 1548. f.* & D. MARTA, *Florentiæ 1600. f.* Huc etiam pertinet materia *proteſtationis* quam executus eſt IOANNES FERCOTIUS *de Proteſtationibus Colon. 1701. 8.* De *damno infecto* IOANNES FRANCISCUS a RIPA inter opera, *Lugduni 1548. f.* edita.

§. LXXXII.

*Scriptores de Vectigalibus.*

Ad titulum *de publicanis & vectigalibus & commiſſis*, præter eos, qui de iure fiſci egerunt, habemus alios. De *vectigalibus* quidem *Populi Romani* egit IULIUS CÆSAR BULENGERUS in tractatu, *Tubingæ 1618. 4. Francofurti 1620. 4.* edito, in quo de vectigalibus, quæ tum ſub libera republica, tum in ſtatu monarchico erant, erudite agit. Adiectus poſtmodum eſt ipſius Operi de Imperatore & Imperio Romano, nunc vero inſertus eſt Tomo octauo Theſauri antiquitatum Romanarum Græuiani. Præſtantior omnino eſt PETRI BURMANNI *de Vectigalibus Populi Romani* diſſertatio elegantiſſima, *Traiecti ad Rhenum 1694. 8.* Hic enim materiam vectigalium Romanorum non ſolum exhau-

exhaurit, ſed etiam quidquid eſt materiæ connexæ ſatis erudite fuit perſecutus, ita, vt potiores leges, titulosque Pandectarum & Codicis rite explicet. *Iura* vero *vectigalium* deducunt IO. BERTACHINUS, in tomo duodecimo Tractatus Tractatuum, IOACHIMUS CLUTENIUS, *Argentorati 1618. 8.* HENRICUS KLOCKIUS, *Gieſſæ 1621. 4.* & præcipue GEORGIUS CHRISTOPHORUS a GöLNITZ de *regali vectigalium iure*, *Tubingæ 1652. 4.*

§. LXXXIII.

*Scriptores ad libr. XXXIX. tit. V. de donationibus.*

De *donationibus* ſcripſit PETRUS BARBOSA, *Francofurti 1625. f.* IULIUS CLARUS, *Venetiis 1566. 8.* VALENTINUS GVILIELMUS FöRSTERUS, *Witteberga 1600. 12.* HIPPOLYTUS RIMINALDUS, *Francofurti 1612. 8.* HENRICUS BOCERUS in ſuo *de donationibus* tractatu methodico omnes donationum ſpecies abſoluit, *Tubingæ 1625. 8.* Quod alias etiam egit IOSEPHUS FERNANDUS de RETES *de donationibus in genere & particulari*, *Lugduni 1667. 4.* De *donatione mortis cauſſa* ſcripſit MICHAEL BEUTHERUS, *Argentorati 1615. 4.* & ROLANDUS PASSAGERUS, *Venetiis 1546. 8.* De *donationibus inter patrem & filium* MARIUS CUTELLUS, *Venetiis 1661. f.*

de

*de donationibus piis, legatis & donationibus ſtipendiorum* ERNESTUS GOCKELIUS, *Auguſtæ Vindelicorum 1671. 4.* hic etiam ADRIANI BEIERI extat Diſſertatio *de Donationibus Principum Imperii, Ienæ 1704. 4.*

## §. LXXXIV.

*Scriptores ad libr. XL. tit. I. de manumiſſionibus.*

*De iure annulor.*

De *manumiſſionibus ſeruorum* apud Romanos elegans extat tractatus WILHELMI a LOON, *Vltraiecti 1685. 12.* Huc facit etiam DAVID MEVIUS *von Abfolg der Bauers Leute.* Ad ius annulorum varii faciunt. De *annulorum* quidem *origine, vſu, varietate* ſcripſit HENRICUS KITSCHIUS, *Lipſiæ 1614. 4.* & quæ cum eo extat HUGONIS GROTII commentatio *de annulis.* Scripſit præterea *de annulis horumque antiquitate* IOANNES KIRCHMANNUS, *Lubecæ 1623. 8.* & qui omnium accuratiſſime hanc materiam pertractauit FORTUNIUS LICETUS in libro *de annulis antiquis, Vtini 1645. 4.* edito. De iure vero annulorum egit EGGEBERTUS SCHAUMIUS, ſiue qui ſub hoc nomine latet CONRADUS RITTERSHUSIUS, *Francofurti ad Viadrum 1621. 4.*

## §. LXXXV.

*Scriptores ad libr.*

De *acquirendo rerum dominio* egit FRI-

Digitized by Google

FRIDERICUS HILDERICUS de VAREL- *Altorfi 1509. 4.* & SAMUEL NEANDER *de modis acquirendi dominii*, *Argentorati 1624. 12.* & qui præcipuus eſt STEPHANUS FAGUNDETZ *de iuſtitia, contractibus, adquiſitione & translatione dominii, Lugduni 1641. f.* Erudita vero eſt diſſertatio GERHARDI FELTMANNI *de acceſſionibus memorabilibus, immani aquarum vi vel terræ motu factis, Amſtelodami 1691. 8.* & ſcriptores de iure maritimo & aquatili. Naturam & differentias dominii ex principiis moralibus atque ciuilibus diſcutit CAMILLUS CONTARENUS in *Genealogia dominiorum, Amſtel. 1693. f.* De *dominii reditu legali*, ſiue *von Rückfalls-Recht eigenthümlicher Güter*, binis diſſertationibus egit IO. ANDR. FROMMANNUS, *Tubingæ 1696. 4.* *XLI. tit. I. de acquirendo rerum dominio.*

## §. LXXXVI.

Facit huc GERHARDI FELTMANNI *ius Georgicum, Lipſiæ 1678. 4.* Præſtat tamen GOTHOFREDI CHRISTIANI LEISERI *Ius Georgicum*, ſiue tractatus *de prædiis, von Landgütern, Lipſiæ 1698. fol.* In hoc opere autem quidquid de prædiis dici poteſt, velut in vna Bibliotheca magna cum vtilitate congeſtum videmus. Addimus *Neuvermehrtes Dorf- und* *Scriptores de Iure Georgico.*

*Land-*

Digitized by Google

*Landrecht*, *Lipſiæ 1708. 4.* Huc etiam ſpectat DIDACI COLLANTES de AVELLANEDA *Commentarius Pragmaticus in fauorem rei frumentariæ & Agricolarum & rerum, quæ Agriculturæ deſtinatæ ſunt, Madrit. 1606. 4.* Nec non DIDACI GUTTIERRETZ de SALINAS *Diſcurſus de Pane & Vino deque integra re ruſtica, Compluti 1600. f. Madrit. 1620. f.* Item CONRADUS HEERESBACHIUS *de Re ruſtica Spiræ 1594. 8.* Propius vero ad praxin hodiernam facit AHASVERUS FRITSCHIUS *de Iure Vniuerſitatis Agrorum, von Fluhr-Recht, Ienæ 1670. 4.* De *Priuilegiis Ruſticorum* in ſpecie egit RENATUS CHOPPINUS, *Francof. 1608. 8.* Ad antiquitates Germanicas potiſſimum facit IO. PAULUS KRESSIUS, in diſſertatione erudita *de priuilegiis agriculturæ apud Germanos, Ienæ 1712. 4.* Facit huc b. Parens in diſſertatione *de Iure Ouium, Ienæ 1680. 4.* & IO. SAM. STRYKII diſſertatio *de iure Cratium, Halæ 1700. 4.*

## §. LXXXVII.

*Scriptores de contractu Colonarum.*

Ad hunc locum ſuo modo etiam referri poteſt *Contractus & Ius Colonarium* de quo extat elegans IOANNIS OTTONIS TABORIS *Commentatio Synoptica de Contractu & Iure Colonario.* Extat inter

opera

opera eius *Vol. I. Lipſ. 1688. f.* edita, quanquam præcipue ad illuſtrationem Conſtitutionis Solmenſis, *vom Land-Siedel-Recht*, ſit directa.

## §. LXXXVIII.

*Scriptores de venatione, piſcatione & aucupio.*

De *venatione, piſcatione & aucupio* ſcripſit CONRADUS HERESBACH *Coloniæ 1570. 8.* ALPHON. ISAAC. REGIUS *1625. 8.* SEBASTIANUS MEDICES *Coloniæ 1588. 8.* HIERONYMUS ANDREAS RATH, *Spiræ 1602. 4.* DANIEL KRAYSER, *Neoburgi ad Iſtrum 1651. 8.* FRIDERICUS PRüCKMANNUS, *Spiræ 1605. 4.* & præcipue GEORGIUS MOHR, *Spiræ 1605. 4.* Omnium tamen curas ſuperat AHASVERI FRITSCHII *Corpus iuris venatorio foreſtalis Romano-Germanici, cum præfatione* SAMUELIS STRYKII, *Lipſiæ 1702. f.* Prodierat iam antea hoc opus *Rudolſtadii 1675. f.* nunc vero præter elegantem præfationem *de Germanorum circa venationem libertate iam* multis conſiliis eſt locupletata. Prima pars continet Medicis, Mohrii, Krayſſeri ſcripta ante adducta, & Noe Meureri *Forſt- Iagd- und Waſſer-Recht.* Altera pars continet varia conſilia Carpzouii, Lynckeri, Klockii, Strykii atque aliorum de rebus foreſtalibus & præcipue IO. CHRISTOPHORI HE-

Digitized by Google

HEROLDI, obſeruationes foreſtales multas curioſas: pars tertia uero varias ordinationes & conſtitutiones foreſtales continet. FRANCISCUS de LAUNAY, iuris Gallicani profeſſor tractatum gallicum edidit *de iure venationis*, *du droit de chaſſe*, *Pariſiis 1685. 12.* Hoc autem quid olim legibus patriis & ab ipſis Merouingorum temporibus hac de re ſancitum, exponit neutiquam vero ad iura recentiora facit.

## §. LXXXIX.

*Scriptores de iure metallico.*

*Corpus iuris metallici* edidit IOANNES DEVCERVS, *Lipſiæ 1624 f.* & GEORGIVS LöHNEYSEN *im Bericht vom Bergwerck 1672. f.* Sic etiam variarum prouinciarum conſtitutiones ſpeciales de metalli fodinis prodierunt. *Vngariſche Berg-Ordnung*, quæ *Viennæ 1703. f.* prodiit. Egregius eſt IOANNIS EISENHARTI Tractatus *de regali Metallifodinarum Iure & partibus metallicis liber ſingularis*, *Helmſtadti 1681.* & qui *iura minerarum* egregie perſecutus eſt perilluſtris LYNCKERVS, *Ienæ 1695. 4.* Habemus etiam SEBASTIANI SPANS *Berg-Vrtheil*, *Cygneæ 1636. f.* & qui circa leges metallicas optimus eſt ABRAHAMVS von SCHöNBERG *in ausführlicher Berg-Information*, quæ *1693. f.* prodiit. Eodem referendus PHI-

Digitized by Google

PHILIPPI HELFPRICI KREBS *Tractatus Politico-Iuridicus de Ligno & Lapide*, *Auguſtan. Vindel.* 1700. 4.

§. XC.

*Scriptores de occupatione bellica.*

De *occupatione bellica* ſcripſit REINOLDVS LVBENAV, *Baſileæ* 1645. *f.* & NICOLAVS REVSNERVS, *Ienæ* 1595. 4. *De acceſſionibus* IOANNES COPVS, *Coloniæ* 1583. 8. & HVGO DONELLVS, *Francofurti* 1599. 4. Addimus CHRISTIANI WILDVOGELII diſſertationem *de Iure Pretioſorum*, *Ienæ* 1698. 4. Præ cæteris vero huc faciunt Scriptores de Iuſtitia & & Iure, de Iure Naturæ & Gentium, atque inter hos Grotius & Thomaſius.

§. XCI.

*Scriptores ad libr. XLI de adquirenda vel amittenda poſſeſſione.*

In titulum *de adquirenda vel amittenda poſſeſſione* commentatus fuit IOANNES BORCHOLTEN, *Helmſtadti* 1591. 8. HENRICVS CANISIVS *de poſſeſſione & remediis poſſeſſoriis*, *Ingolſtadti* 1592. 4. BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA *de adipiſcenda & recuperanda poſſeſſione*, *Lugduni* 1577. *f.* IO. FRANCISCVS a RIPA inter opera eius. SEBASTIANVS MEDICES, *Coloniæ* 1587. 8. PETRVS de BELLABERTICA, *Coloniæ* 1587. 8. CLAVDIVS MARMERIVS, *Lugduni* 1557. 8. CÆSAR ARGELLVS de PAL-

TRONIBVS, *Romæ* 1624. *f.* *Venetiis* 1655. *f.* IO. CORASIVS, *Spiræ* 1595. 4. HIERONYMVS MARILIANVS *de iure poſſeſſionis & dominii iure*, *Coloniæ* 1599. 8. Hiſce melior eſt PETRVS FRIDERVS in tractatu *de cauſſa & materia poſſeſſionis*, *Francofurti* 1597. 8. Omnium tamen curas ſuperat IACOBVS MENOCHIVS *de adipiſcenda, retinenda & recuperanda poſſeſſione*, *Coloniæ* 1629. *f.*

## §. CXII.

*Scriptores ad libr. XLI tit. III. de vſurpationibus & vſucapionibus.*

De *præſcriptionibus* variorum tractatus, vtpote IO. OLDENDORPII, HENRICI HOSTIENSIS, coniunctim editi *Coloniæ* 1568. 8. Separatim de iisdem egit ANDREAS ALCIATVS, *Spiræ* 1598. 8. IVLIVS PACIVS, *Heidelbergæ* 1589. 4. ARNOLDVS RATH, *Ingolſtadii* 1651. 4. CONRADVS SAVR, *Francofurti* 1643. 8. IO. FRANCISCVS BALBVS, 1610. 8. GVILIELMVS DVRANDVS, *Coloniæ* 1567. 8. DYNVS MVGELLANVS, *Francofurti* 1594. 8. MARTINVS GARRANVS, GEORGIVS GEIGERVS, *Erfurti* 1642. 12. NICOLAVS CISNERVS *de iure Romano & iure vſucapionum*, *Francofurti* 1611. 8. IOSEPHVS FERNANDETZ de RETES *ad leges, edicta & conſtitutiones, quibus prohibita vſucapio*, *Salman-*

Digitized by Google

*manticæ 1663. 4.* CAROLVS AVGVSTVS MELLA *de vſucapionibus & præſumtionibus, Taurini 1639. f.* & qui præcipui ſunt HENRICVS GEBHARDVS *de dignitate iurisprudentiæ & vſurpatione rerum, Lipſiæ 1613. 8.* atque PETRVS GILKENVS *de vſucapionibus & diuerſi temporis præſcriptionibus,* qui reliquis eſt præſtantior & prodiit *Francofurti 1602. 4.* His vero præferendus eſt eruditus ANDREÆ OCKELII Tractatus *de præſcriptione immemoriali præſertim rerum Domanialium & Regalium Principum, itemque rerum eccleſiaſticarum, menſalium, Prælatorum Germaniæ, Halæ 1707. 4.* In hoc non ſolum de præſcriptione bonorum tum publicorum tum priuatorum agit, huius effectus & contraria demonſtrat, ſed etiam multa inſpergit erudita, quæ ad ius publicum, mores, antiquitatesque Germaniæ faciunt. Agit enim de Maieſtatis, Superioritatis territorialis & Regalium iuribus ac præſcriptione, de ſcutis militaribus Germanorum, nobilibus, hominibus propriis, horumque bonis cenſiticis & ſimilibus, ita, vt eximiam habeat commendationem. De præſcriptionibus temporalibus, quæ breuiori ſpatio perficiuntur, in ſpecie a momento temporis incipiens egit CVIACIVS *de diuerſis temporum præſcriptionibus & ter-*

Digitized by Google

*minis*, quæ extat inter Opera, *Francofurti* 1595. *fol.*

## §. XCIII.

*Scriptores ad libr. XLII tit. I de re iudicata & effectu ſententiarum.*

Ad titulum de re iudicata commentati fuerunt, IO. ANGELVS ARETINVS a GAMBELLIONIBVS, *Venetiis* 1579. *fol.* DIDACVS MILLIANVS, *Ticini* 1617. *fol.* Optimus vero eſt SIGISMVNDVS SCACCIAS de *ſententia & re iudicata*, *Geneuæ* 1670. *f.* De *rei iudicatæ* ſolennibus egregie ſcripſit ANTONIVS NIGER, *Romæ* 1647. *f.* De *effectibus* vero *rei iudicatæ* DANIEL CLASENIVS, *Helmſtadti* 1677. 4. *de nullitatibus ſententiarum* SEBASTIANVS VANTIVS, *Coloniæ* 1624. 8. De *ſententiis praiudicialibus*, *ſiue prouiſionalibus* egregium eſt ſcriptum PETRI REBVFFI, *Coloniæ* 1595. 8. De *remediis aduerſus easdem* ſcripſit VINCENTIVS CAROCIVS, *Geneuæ* 1621. 4. De *confeſſione iudiciali* extat tractatus IO. SAMVELIS BRVNNERI, *Baſileæ* 1645. 4.

*Scriptores de ceſſione bonorum.*

Ad *ceſſionem bonorum* faciunt illi ſcriptores, qui de debitorum leuaminibus agunt, ſupra adducti. Separatim de hac ſcripſerunt MATTHÆVS BRVNIVS, *Lugduni* 1593. 8. THOMAS MAVLIVS, *Francofurti* 1635. 4. & qui præcipuus eſt IOAN. CORASIVS, cuius tractatus inter opera alia extat *Wittebergæ* 1603. *f.*

§. XCIV.

Digitized by Google

## §. CXIV.

Ad res, quæ auctoritate iudicis poſſidentur vel venum dantur, faciunt ſeriptores de ſubhaſtationibus ſupra adducti, & qui de concurſu ac priuilegiis creditorum ſcripſerunt. Scripſit de *iure prælationis creditorum* LVCAS MELONIVS, *Noribergæ* 1644. 8. HERMANNVS MEYERVS, *Francofurti* 1607. 8. HENRICVS HABERKORN, *Lipſiæ* 1677. 4. IO. LEIB, *Noribergæ* 1647. 12. OTTO HENRICVS MYLIVS, *Noribergæ* 1633. 4. GEORGIVS HENRICVS SPRINGSFELD, *Erfurti* 1638. 4. PAVLVS VALENTINI, *Francofurti ad Viadrum* 1622 4. IOAN. MICHAEL BEVTHERVS de *iure prælationis inter concurrentes creditores*, *Argentorati* 1615. 8. Sic etiam de *arreſto & priuilegiis creditorum* extat tractatus anonymi, *Geræ* 1615 8. Pleniores ſunt AMADVS RODRIQVETZ de *concurſu & priuilegiis creditorum in bona debitoris*, *Madriti* 1616. f. & *Geneuæ* 1665. *fol.* & qui huic eſt præferendus FRANCISCVS SALGADO de SOMOTZA in *labyrintho creditorum concurrentium*, *Antwerpiæ* 1653. & *Francofurti* 1663. *fol.* qui hanc materiam ex iure ciuili plenarie examinauit & creditorum claſſes ſtudioſe diſtinxit. Inter Germanos habemus IO. BRVNNEMANNI

*Scriptores ad libr. XLII tit. de rebus auctoritate iudicis poſſidendis.*

*prælectiones publicas de proceſſu concurſus Creditorum*, quas notis & acceſſionibus neceſſariis illuſtrauit SAMVEL STRYKIVS. Acceſſit IOACHIMI CHEMNITII diſſertatio de *iure prælationis Creditorum*, *Francofurti 1707. 4.* Ad Ius Saxonicum circa hanc materiam illuſtrandum inprimis facit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS de *Iure & Priuilegiis Creditorum*, *Colon. 1707. 4.* vbi omnia ex Reſponſis Dicaſteriorum deducit. Controuerſiam de hac materia, ICtis celeberrimis, immo ipſi Vlpiano mouit ANTONIVS a MARA, ſiue qui hoc nomine latet ELIAS SCHNEGAS, in ſuo de *concurſu Creditorum* tractatu, qui *Brunſwigæ 1689. 4.* prodiit. Auctor non ſolum alios legibus ſenſus adfingit, ſed plane omnes Doctorum auctoritates & ſententias in foro receptas, ſi nulla legum auctoritate nituntur, infirmare conatur. Inde, cum etiam beato parenti aliquoties contradiceret, ipſi olim a me, cum in academia Francofurtenſi degerem, reſponſum fuit in *Struuio non errante*, qui *Francofurti ad Viadrum* prodiit *1690. 4.* & debitum præreptum, ne oriente concurſu creditorum bonis cedere auctor cogeretur. Huic quidem repoſuit amarus *Struuium adhuc errantem*, qui tamen tanti æſtimatus non fuit, vt aliqua exciperentur, cum Schnegaſſius ſemper

ſemper vna aberret chorda, ideo in prioribus ipſi iam ſatis fuerit factum.

## §. XCV.

De *interdictis* habemus CHRISTIANVM KREMBERGIVM, *Witteberga 1612.* 4. DAVIDEM MAGIRVM, *Argentorati 1646.* 8. IO. TAVARDVM de *interdictis & actionibus*, *Francofurti 1600.* 8. & MATTHÆVM WESENBECIVM, *Lichæ 1602.* 8. HENRICVS quoque ANDREAS CRANIVS *methodicam tractationem* ſcripſit de *materia interdictorum*, *Helmſtadii 1621.* 4. Optimus vero in hac materia eſt PETRVS FRIDERICVS MINDANVS de *interdictis, ſiue extraordinariis actionibus*, *Francofurti 1616.* 4. De *interdicto vti poſſidetis, ſeu manutentione in poſſeſſione* egit VIRGINIVS de BOCCATIIS, *Coloniæ 1587.* 8. atque ex editione tertia *Francofurti 1696.* 4. Huc facit ANDREAS CLVDIVS de *rebus quotidianis*, *Francofurti* ex editione noua 1701. 8. in quo tractatu materia de litigioſa poſſeſſione & interdicto vti poſſidetis, pertractatur. De *remediis poſſeſſoriis* HENRICVS CANISIVS, *Ingolſtadii 1592.* 4. De *poſſeſſorio ſummariſſimo* egit CHRISTOPHORVS de PAZ, *Lugduni 1671.* f. HENRICVS PETRVS HABERKORN, *Lipſiæ 1677.* 4. & qui omnium eſt pleniſſimus LVDOVICVS

*Scriptores ad libr. XLIII tit. I de interdictis.*



Digitized by Google

CVS POSTHIVS de *poſſeſſorio ſummariſſimo, ſive de manutenendo, Geneuæ 1646. 1658. f.* Ipſum vero proceſſum poſſeſſorii ſummarisſimi optime docet GERHARDVS PFANKVCH de *ſummariſſimo poſſeſſorio, Coloniæ 1665. 4.* De *immiſſione in feudum* in ſpecie agit ANDREAS KNICHEN occaſione Reſcripti alicuius a Rudolpho Principe Anhaltino emiſſo *Lipſiæ 1620. 4.* vbi præſertim de miſſione Creditorum allodialium in fructus feudi tractat. De *iure precariæ* habemus diſſertationem IOANNIS EICHELII, *Helmſtadti 1669. 4.* & CHRISTOPHORVM BLVMBACHERVM, *Salisburgi 1661. 12.*

§. XCVI.

*Scriptores ad libr. XLV tit. I de Verborum obligationibus.*

De ſcriptoribus ad titulum de exceptionibus infra dicemus ſub practicis, nec minus de obligationibus & actionibus. De *Verborum* obligationibus plures ſcriptores in tomo ſexto repetitionum videmus congeſtos, ANDREAM ALCIATVM, BALDVM de BARTHOLINIS, BVLGARINVM de BVLGARINIS, HIERONYMVM BVTIGELLAM & plures alios hodie parum cognitos. Separatim extant ANDREAS BARBATIA, *Venetiis 1563. fol.* ALBERTVS BOLOGNETVS, *Romæ 1571. f.* & *Witteberge 1595. 8.* MARCVS MANTVA,

Alta

Digitized by Google

*Altdorffi 1585. 4.* HECTOR RICHERVS, *Francofurti 1617. 8.* CAMILLVS PLAVTIVS, *Florentiæ 1566. 8.* CAROLVS MOLINÆVS, *Ienæ 1588. 8.* HVBERTVS GIPHANIVS, *Altdorffi 1584. 8.* BARTHOLOMÆVS CÆPOLLA, *Lugduni 1551. fol.* & qui in hac materia optimus eſt HARDEVICVS DASSELIVS, *Hamburgi 1592. 4.* De *duobus reis* ſcripſit ÆGIDIVS HORTENSIVS, *Francofurti 1607. 8.* & IOANNES RONCHEGALLVS, *Lugduni 1559. 8.* qui licet non male hanc materiam perſequatur, ordine tamen non ſatis iuſto vtitur, atque multa admiſcet aliena, quare pro præcipuo habendus eſt THEODORVS MOHR in tractatione ſynoptica de *duobus reis, Helmſtadti 1687. 4.*

*ad l. XLV tit. II de duobus reis conſtituendis.*

## §. XCVII.

*Scriptores ad libr. XLVI tit. de fideiuſſoribus & mandatoribus.*

De *fideiuſſoribus, priuilegiis creditorum, excuſſione bonorum* variorum extant tractatus coniunctim editi *Coloniæ 1601. f.* Separatim de iisdem ſcripſit CASPAR MANTZIVS, *Auguſtæ 1666. 4.* HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Lugduni 1593. 8.* PYRRHVS MAVRVS, *Venetiis 1622. 4. Noribergæ 1655. 4.* Optimus vero in materia iuris ciuilis eſt ANTONIVS HERINGIVS, *Francofurti 1647. 4.* & qui ex iure Saxonico quoque hanc materiam pertractauit VALENTI-

NVS FRANCVS, *Lipſiæ 1600. 4.* De *fideiuſſore indemnitatis* egit WOLFGANGVS ADAMVS LAVTERBACH, *Tubingæ 1655. in 4to.* De *fideiuſſore in cauſſa criminali* RODERICVS SVARETZ, *Duaci 1614. fol.* De *excuſſione bonorum* habemus IACOBVM de ARENA, *Coloniæ 1591. 8.* & qui præcipuus eſt, VINCENTIVM CAROCIVM de *excuſſione bonorum in ciuilibus & criminalibus cauſſis, Francofurti 1597. 8.*

## §. XCVIII.

*Scriptores ad libr. XLVI tit. II de nouationibus & delegationibus & III de ſolutionibus & liberationibus.*

De *nouationibus* extat tractatus SEBASTIANI MEDICES, *Coloniæ 1588. 8.* De *ſolutionibus* libros tres ſcripſit BARNABAS BRISSONIVS, *Francofurti 1587. f.* ANTONII FABRI tractatus de *variis nummariorum debitorum ſolutionibus* eruditus eſt, prodiit *Noribergæ 1622. 8.* Optimus vero IOANNIS GOTHOFREDI FREYERI tractatus de *ſolutionibus & liberationibus, Erffurti 1668. 4.* Et cum ſæpius ratione ſoluendæ pecuniæ quæratur, an tempus ſolutionis, an vero contractus ſit attendendus, eandem quoque quæſtionem deciderunt EOBALDVS FLORIANVS HINCIVS, *Argentorati 1642. 4.* HENRICVS HORMANNVS, qui cum aliis in HENERI

NERI BVDELII *tractatu monetali Coloniæ 1591. 4.* edito, extat. De quibus in ſuperibus fuit dictum. Optima vero eſt IACOBI ALEMANNI *paleſtra conſultatoria, Magdeburgi 1621. 4.* edita, in qua de iure, valore, mutatione, reprobatione, ſolutione & variis monetæ ſpeciebus, intermixtis paſſim Germaniæ præiudiciis optime agit. Addimus MELCHIORIS GOLDASTI *Catholicon rei monetariæ, Francofurti 1662. 4.* Continentur eodem ſingulæ Leges publicæ apud Germanos de re monetaria concluſæ. Cum autem creditores ſæpius debitum recuſent, debitori libera eſt oblatio, obſignatio & depoſitio pecuniæ, præuiis tamen debitis requiſitis, de qua egit GEORGIVS SCHVTZIVS, *Witteberga 1632. 12.* De *acceptilationibus* habemus SEBASTIANVM MEDICES, *Coloniæ 1588. 8.*

## §. XCIX.

De ſcriptoribus ad librum quadrageſimum ſeptimum & octauum de priuatis & publicis delictis infra in bibliotheca Criminali dicemus. Hic loci potius adducemus eos, qui de collegiis & corporibus egerunt. De Corporibus artificum eruditus extat tractatus GVIDONIS PANCIROLLI de

*Scriptores ad libr. XLVII tit. II de Collegiis & Corporibus.*

*corpo-*

*corporibus artificum*, qui cum notitia vtriusque imperii prodiit *Lugduni* 1593. & 1608. *fol.* De *collegiis opificum eorumque ſtatutis* ſcripſit, AHASVERVS FRITSCHIVS, *Rudolphſtadti* 1669. 4. *Francof. & Lipſiæ* 1710. 4. Nemo tamen ius opificiarium melius perſecutus eſt, quam ADRIANVS BEYERVS, ICtus in hac Salana celeberrimus, cuius induſtriam & exactam decidendi rationem prædicant omnes, qui in hoc iure occupati. Primum quod edidit ſcriptum in iure opificiario eſt *tyro*, *prudentiæ iuris opificiariæ præcurſorum emiſſarius*, *der Lehr-Iung*, *Ienæ* 1683. 4. Alter ſequebatur tractatus de *iure prohibendi*, *quod competit opificibus & in opifices*, *von der Zünffte Zwang*, *Ienæ* 1683. 4. Tertius inſcribitur *Boethus, der Handwercks-Geſell*, *Ienæ* 1685. 4. Quartum periculum agit *de magiſtro prudentiæ iuris opificiarii præcurſore primario*, *ex editione ſecunda*, *Ienæ* 1692. 4. Nec minus æſtimandi ſunt tractatus *de ſpeciebus & interpretatione iuris opificiarii*, *Ienæ* 1686. 4. atque alius de *Collegiis Opificum von Werckſtatten und Krahm Laden der Handwercks-Leute*, *Ienæ* 1691. 4. Aliud de *varii generis inſtrumentis*, *cum maxime opificum*, *Ienæ* 1691. 4. *Commentatio de artificibus palatinis*, *Vratislauiæ* 1692. 4. & *de Domeſticis Opificum*, *Ienæ* 1695. 4. Antea prodierat

*Re-*

*Relatio actorum, conſultatio item & digreſſio ad argumentum de conuitiis opificum vom Schelten der Handwercker, Ienæ 1689 4.* Nouiter demum prodiit. Eiusdem *Aduocatus rerum Opificialium peritus ſiue Proceſſus Mechanicarum cauſſarum forenſis abſolutus, Francofurti & Lipſiæ 1705. 4.* Hoc non caſus ſolum practicos & Mechanicos, ſed etiam mores & iura Machanicorum formulas quoque agendi & defendendi exhibet: ſingula ſententiis Iureconſultorum atque Reſponſiſi lluſtrat. Propoſitum fuit celeberrimo auctori, ſingula quæ de hoc „ iure dicenda, in ſyntagma iuris opificiarii, „ quod duos tomos in folio conſtituet, re- „ digere, idque quamprimum bibliopolam „ nactus fuerit, qui ſumtus ad edendum ero- „ garet. Concinnauit etiam Dictionarium Mechanicum, in quo omnes termini Mechanici probe illuſtrantur. Opus ſane vtiliſſimum futurum ex tractatibus iam editis ſatis patet. Haut ita pridem b. parentis GEORGII ADAMI STRUVII *Deciſionum iuris Opificiarii Centum & aliquot*, curante fratre dilectiſſimo, FRIDERICO GOTTLIEBIO STRUVIO, prodierunt *Ienæ 1708. 4.* His enim rariores quidam caſus examinantur & per ICtorum ſententias deciduntur. Adiectæ ſunt binæ diſſertationes b. parentis de eadem materia & IOAN. WOLF-
GANGI

GANGI TEXTORIS *diſſertatio Heidelbergæ* olim *1654.* habita. Addimus etiam FRIDERICI GOTTLIEBII STRUVII diſſertationem de *Balneis ac Balneatoribus, Ienæ 1703. 4.* quæ hancce materiam ex antiquitatibus & legibus Romanorum explicauit & ſingula ad mores Germaniæ direxit.

## §. C.

*Scriptores ad libr. XLIX tit. XIV de iure fiſci.*

De adpellationibus qui ſcripſerint, eos infra inter practicos adducemus. Pergimus potius ad eos, qui de iuribus fiſci fuerunt commentati. MATTHÆVS de AFFLICTIS *enumerationes priuilegiorum fiſci* ſcripſit, *Baſileae 1550. f.* De *iure fiſci* ſcripſit ALEXANDER TVRAMINVS, *Venetiis 1623. f.* FRANCISCVS CVRTIVS, *Francofurti 1610. 8.* FRANCISCVS LVCANVS & MARTINVS GARATVS, qui in tomo XII Tractatus Tractatuum extant, ANTONIVS OLIBANVS, *Barcinonæ 1600. 4.* STEPHANVS GVAZZINVS de *confiſcatione bonorum, priuilegiis & præſcriptionibus fiſci, Francofurti 1614. 4.* qui præcipuus eſt MARCVS ANTONIVS PEREGRINVS, de *iuribus & priuilegiis fiſci, Coloniæ 1693. 4.* FABIVS GALEOTTA *reſponſa fiſcalia ſelectiora* edidit quæ pro defenſione regii patrimonii reddita ſunt, *Geneuæ*

*neuæ 1686. f.* Præſtat in hac materia IO. HENRICI BERGERI *enarratio Legis X Pandect. de Iure Fiſci & Legis II. Cod. qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſint, Lipſiæ 1705. 4.* Acceſſerunt eiusdem operæ quædam Academicæ, inter quas potiores facit oratio de Iurisconſultis Academiæ Wittebergenſis, qui proxime ſuperiori ſeculo vixerunt.

§. CI.

Faciunt huc etiam qui de *regalibus* egerunt, vtpote HENRICVS BOCERVS, *Tubingæ 1608. 8.* MATTHÆVS BORTIVS de *natura iurium Maieſtatis & regalium, Ienæ 1614. 4.* MATTHÆVS CVNO, *Francofurti ad Viadrum 1612. 4.* FRIDERICVS BRüCKMANNVS, *Lipſiæ 1668. 8.* NICOLAVS EVERHARDVS, *Ingolſtadti 1684. 4.* SCIPIO GENTILIS, *Altdorffi 1662. 8.* PAVLVS MONTANVS, *Neapoli 1607. f.* Præ cæteris hanc materiam optime deduxerunt CONRADVS ab EINSIDEL, de *regalibus, Halæ 1619. 8.* & qui huic eſt præferendus REGNERVS SIXTINVS, *Hanouiæ 1657. 8.* Acceſſerunt CONRADI & BENEDICTI *Carpzouiorum* de eadem materia tractatus & prodierunt iterato ex Bibliotheca *Iohannis Chriſtophori Heroldi, Halæ 1678. 8.* Singula hæc ex fundamentis iuris Ciuilis ſunt

Digitized by Google

ſunt deducta. Potiora petuntur ex Scriptoribus Iuris Feudalis & Publici. Referri huc etiam poteſt ANDREAE OCKELII Tractatus de *Immemoriali Præſcriptione*, ſupra adductus, quo multa continentur de Regalium præſcriptione. Egregia quoque ſunt MAXIMILIANI FAVST ab ASCHAFFENBVRG *conſilia pro ærario*, *Francofurti 1641. f.* in quibus ſingula quæ ad regalia vel iura fiſci ſpectant, per breues deciſiones accurate videmus examinata.

§. CII.

*Scriptores ad libr. XLIX tit. XV de captiuis & postliminio*

Ad titulum de *captiuis & poſtliminio* facit PETRI CVNÆI *reſponſum de iure poſtliminii*, quod orationibus ſuis adnexum prodiit *Lugduni Batauorum 1640. 8.* IOANNES DVRAN de TORRES ad hunc titulum, *Romæ 1655. 8.* & qui præcipuus eſt IOANNES STRAVCHIVS, de *captiuis & poſtliminio*, *Francofurti 1664. 4.* Huc quoque ſpectat de SPARRE *Codex Militaris ſiue Collectio Legum & Diplomatum Ludouici XI publicatarum in cauſis militaribus Pariſ. 1708. 12.*

§. CIII.

*Scriptores ad libr. XLIX tit. XVI de re militari.*

De re militari varii egerunt. Alii ipſam artem & rationem rei militaris ex ipſis antiquitatibus illuſtrarunt, vti Lipſius, Salmaſius, Valtrinus, Schelius & quam plures: alii

alii vero ad ius militare faciunt, qui tantum noſtræ ſunt conſiderationis. Scripſit igitur de *re militari* PARIS de PVTEO, *Venetiis 1594. 8.* ANDREAS ALCIATVS de *re militari & militaribus officiis, Pariſiis 1651. 8.* BALTHASAR AYALA de *iure & officiis bellicis, nec non diſciplina militari, Antwerpiæ 1597. 8.* Aeſtimandus præ cæteris eſt GERHARDI SICHTERMANNI de *pœnis militaribus* eruditus Tractatus *Amſtelodami 1708. 12.* quo multæ leges, variæque antiquitates optime illuſtrantur. *Corpus iuris militaris* edidit PETRVS PAPPVS, *Francofurti 1657. 8.* in quo varias conſtitutiones militares variorum Principum congeſſit, licet poſtea variis iuribus adhuc fuerit adauctum. Præferendum itaque IO. FRIDERICI SCHVLTZII *Corpus Iuris Militaris oder vollkommenes Kriegs-Recht hoher Potentaten, Berolini 1693. 4.* editum, quod non ſolum varia iuria militaria Regum & Principum continet, ſed etiam varios caſus deciſos. Habemus alias IOANNEM VOëTIUM de *iure militari, Vltraiecti 1670 8* IVLIVM FERRETVM de *re & diſciplina militari, Venetiis 1575. fol.* IO FERDIN. BEHAM, *Francofurti 1678. 8.* IOACHIMI BVRGERI *obſeruationes militares, Coloniæ 1654 4.* GERARDI FELTMANNI *reſponſa militaria*, quæ decade

P vna

vna conſtant, & qui ex his optima excerpſit atque vberius explanauit CASPAR MATTHIAS SCHWARTZ *im Weg-Weiſer zum Kriegs-Recht*, *Zella 1681. 4.* qui in hac materia eſt optimus. Edidit quidem SEROTINVS *den Kriegs-Auditeur*, qui talem inſtruere conatur, ſed Schwartzio omnino eſt poſthabendus. Nec poſſumus reiicere ADRIANI BEYERI binos tractatus de *tranſitu & receptu*, *Ienæ 1675. 4.* editos & Eiusdem *prudentia iuris militaris* in artis formam redacta, *Ienæ 1710. 8.* Ad militiam vero Belgicam facit CAROLI a MANSFELD *magiſterium militare*, *ſiue de iurisdictione & iure militiæ Belgicæ*, *Antwerpiæ 1649. 4.* PETRVS PAVLVS BONETVS *Armamentarium* ſcripſit, cuius pars prior prodiit *Mediolani 1688. fol.* Continentur in eodem varia edicta de armis, edita a Mediolani Regentibus, congrue diſpoſita & commentariis illuſtrata.

## §. CIV.

*Scriptores ad libr. L tit. I ad municipalem & de incolis.*

Ad ius municipale facit CAROLI SIGONII tractatus eruditiſſimus de *antiquo iure prouinciarum*, *Venetiis 1568. 8.* & *Francofurti 1609. f.* in quo municipiorum atque Prouinciarum apud Romanos quæ fuerit ratio & iura, egregie declarat. De *iure* vero *municipali* hodierno egit PETRVS PON-

PONCETVS, *Lugduni 1595. 4.* BALTHASAR CONRADVS ZAHN in *ichnographia municipali, ſiue de iure municipiorum, Francofurti 1657. 8* & ex recentiori editione ſub titulo *Politiæ Municipalis Lippiæ 1713. 4* qui hac in parte præcipuas partes facit, & BERNHARDVS BARILIS in tractatu de *poteſtate legis municipalis in aduenas & indigenas, Lugduni 1641. 4.* De *decurionibus* ſcripſit CONRADVS LANCELLOTVS. De *muneribus* habemus PETRVM ANTIBOLVM, GVILIELMVM de CVNEO, NICOLAVM FESTASIVM, ÆGIDIVM THOMATVM, qui in tomo XII Tractatus Tractatuum extant. De *collectis & muneribus* PETRVM de VBALDIS de PERVSIO, *Coloniæ 1586. 8.* HENRICVM BOCERVM, *Tubingæ 1610. 8.* BENEDICTVM BONIVM de *collectis, cenſibus, æſtimo, Coloniæ 1588. 8.* De *Collectis bellicis* ad vſum maxime Imperii conducit HENRICI HAHNII *Diſſertatio de Collectis bellicis Helmſt. 1647. 4.* Præcipuus eſt CASPAR KLOCKIVS de *contributionibus*, *Francofurti 1655. fol.* cum additamento THOMÆ MERCKELBACHI. De *Ærario* publico eiusque iura declararunt CHRISTOPHORVS BESOLDVS de *Ærario publico Tubingæ 4. 1615. 1621.* & in Opere eiusdem Politico *Argent. 1641. 4.* plenius vero CASPAR KLOC-

*De decurionibus.*

*Scriptores ad tit. IV de collectis & muneribus.*



Digitized by Google

KLOCKIVS de *Ærario*, *Norimb*. *1671*. *fol.* & qui in eandem *Annotationes* ſcripſit CHRISTOPHORVS PELLERVS, *Norimbergæ 1671. fol.* FRIDERICI GERDESII *Diſputatio de Collectis & Contributionibus Imperii & Prouinciarum*, *Grypswald. 1681. 4.* vbi hanc materiam ex iuris potiſſimum ciuilis principiis illuſtrat. De immunitate vero a collectis Conuentionali ſingulari diſſertatione egit FERDINAND. CHRISTOPHORVS HARPRECHTIVS, *Tubingæ 1696 4.* De *munerum largitione regularibus interdicta* MARTINVM BONACINAM, *Geneuæ 1624. f.* inter eius opera. FRANCISCVM de SOSA de *largitione munerum regularibus interdicta*, *Barcinone 1595. f. de excuſandis parentibus a publicis muneribus ob numerum liberorum* FERDINANDVM PÆZ in tomo XII Tractatus Tractatuum. Optimi vero ſunt GEORGIVS CHRISTOPHORVS WALTHERVS in tractatu de *iure metationis*, *von Einquartierung Noribergæ 1647. 4.* & præcipue IOANNES OTTO TABOR, de *metatis & epidemeticis*, *Argentorati 1645. 4.* Eiusdem generis eſt FRIDERICI BINDERI Tractatus de *iure Albergariæ*, *Argentorati 1668. 4.*

§. CV.

## §. CV.

Ad titulum de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium, præter Zahnii Ichnographiam Municipalem & Meuii Ius Lubecenſe, inprimis referri meretur SAMVELIS STRYKII Diſſertatio de *Iure Principis circa rationes Ciuitatum, Halæ 1699. 4.* vbi præmiſſa tractatione quadam hiſtorica de vrbium origine, hanc materiam ex moralibus & ciuilibus principiis deducit, & dein ad vſum forenſem adplicat.

*Scriptores ad Tit. VI de Adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertin.*

## §. CVI.

Inter illos, qui materiam de legationibus atque legatis pertractarunt, alii ſunt, qui ad antiquitates ſaltim faciunt, alii vel ad vulgares politicorum regulas vel ad leges ciuiles ſunt accommodati. Ad illos faciunt *Eclogæ legationum ex libris Polybii: accedunt & aliæ ex Dionyſii Halicarnaſſenſis, Diodori Siculi, Dionis Casſii & Appiani ſcriptis congeſtæ, cum notis* FVLVII VRSINI, *Antwerpiæ 1582 4.* Subſecutæ ſunt *Eclogæ legationum Dexippi Athenienſis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Priſci Sophiſtæ, Malchi Philadelphenſis, Menandri Protectoris, cura* DAVIDIS HOESCHELII editæ *Auguſtæ Vindelicorum 1603. 4.* Reliquiæ

*Scriptores ad lib. L tit. VII de legationibus.*

ſunt Excerptorum, quæ ſub titulo Collectaneorum hiſtoricorum tribus & quinquaginta titulis congeſſerit CONSTANTINVS PORPHYROGENITVS, ſingulis in duos libros diſtinctis, ita vt primus ſemper rerum ab orbe Condito memoriam ad Cæſarum tempora; alter vero Cæſarum hiſtoriam comprehenderet. Ita priorem de legationibus librum edidit Vrſinus, alterum Hoeſchelius, in quibus vltro citroque a Romanis miſſæ legationes, egregiæ conciones & variæ de foederum & pacis conditionibus disceptationes ex veteribus Græcis exceptæ exhibentur. Verum hæc ad antiquitates ſaltim faciant, ita tamen vt exempla præbeant ex priorum temporum hiſtoriis petita. Inde CAROLVS PASCHALIVS ſuum *de legatis* tractatum, *Pariſiis 1613.* 4. editum potiſſimum ex antiquitatibus depromſit. Sic etiam PETRVS AERODIVS in ſuis rerum Iudicatarum libris ſpeciatim de legatis egit, quæ operi ſuo Politico inſeruit Chriſtophorus Beſoldus. Alii vero ad leges Ciuiles legationum iura accommodarunt. Non moramur iam antiquos illos ANDREAM de BARBATIA, NICOLAVM BOERIVM, AENEAM de FALCONIBVS & PETRVM ANDREAM GAMMARVM de CASALI, qui de Legatis a latere egerunt, & IOAN. BRVNELLVM

de

Digitized by Google

*de dignitate & poteſtate Legati*, GONDESALVUM de VILLADIEGO *de Legato*, qui in Tomo XIII Tractatus Tractatuum continentur. Alii ex regulis Politicis Legatum conantur inſtruere. Tales ſunt CONRADVS BRVNVS de *Legationibus*, *Moguntiæ* 1548. *f.* qui etiam ex antiquitatibus multa inſeruit exempla. FRANCISCVS le VAYER *de legato, ſiue de legatione, legatorumque priuilegiis, officio & iuribus, Pariſiis* 1580 4. & *Hanouiæ* 1596 4. OCTAVIVS MAGIVS, de *legationibus & legatis*, *Venetiis* 1567 8. IOANNES a CHOCKIER de *legato*, 1624. 4. & cum aphoriſmis politicis, *Leodii* 1642. 4. HERMANNVS KIRCHNERVS de *legato*, *Marpurgi* 1613. 4. FRIDERICVS de MARSELAER de *legato*, *Antwerpiæ* 1624. 4. & ALBERICVS GENTILIS de *legationibus*, *Londini* 1585. 8. qui breuis licet ſit, elegans tamen eſt, & lectu iucundus, IO. REBHAN de *iure legationis*, *Argentorati* 1672 4. Præſtantior eſt reliquis ABRAHAMVS WICQVEFORTIVS. Hic enim primum cum a Belgis captiuus detineretur, edidit *Memoires touchant les Ambaſſadeurs & Miniſtres publics* atque ſub initialibus hisce litteris L. M P. *le Miniſtre Priſonnier* latere voluit. Huic oppoſuit GALARDIVS *reflexions faites ſur ces Memoires & une reponſe au*



Digitized by Google

*Miniſtre priſonnier*, in quibus Wicquefortio in multis contradicit, contraria exempla adfert, quædam etiam discurſibus politicis illuſtrat Alteram editionem nomine præfixo edidit Wicquefortius. Tandem vero tertia editio prodiit hoc titulo: *L' Ambaſſadeur & ſes fonctions par Monſieur de WICQUEFORT, a la Haye 1681. 4.* Vltima demum editio prodiit *a Cologne 1690. 4.* Cui acceſſerunt *GALLARDII Reflexions ſur les Memoires pour les Ambaſſadeurs & diſcours de l' Empereur & des Electeurs par le meme auteur.* In duas partes opus ſuum diuiſit Wicquefortius, in priori agit de legato in genere, in altera de eiusdem munere & negotiis. Hoc certum, quod ſingulas fere quæſtiones, quæ occurrere ſoleant, formauerit, & ſingula per farraginem exemplorum confirmare ſtuduerit. Verum, ſine ordine & methodo ſingula ſiunt pertractata, exempla ſæpe male adplicata, iura a factis nunquam diſtincta & frequentes contradictiones. Iucundus tamen liber eſt, nec inutilis, ſi cum ſelectu adhibeatur. In primis editionibus multa iniquius auctor ſcripſerat contra Status Fœderati Belgii & alios, quæ in tertia editione, quæ etiam priuilegio Statuum Fœderatorum confirmata, plerumque fuerunt omiſſa. Germanica verſio per IOHANNEM LEONHAR-

Digitized by Google

HARDVM SAVTERIVM malis auſpiciis cœpta prodiit *Lipſiæ 1682. 4.* Plura de Wicquefortii libro videri poſſunt in Chriſtiani Thomaſii obſeruatione XVII Tomi ſecundi obſeruationum Halenſium & in eiusdem Specimine iurisprudentiæ Iudicialis capite tertio. Poſt Wicquefortium prodierunt *Memoires & Inſtructions pour les Ambaſſadeurs où lettres & Negotiations de WALSINGHAM*, quæ ex anglico in Gallicum ſermonem verſæ prodierunt *Amſtelodami 1700. 4.* Epiſtolæ ſunt Walſinghami in aulam Gallicam legati de diuerſis rebus politicis, ipſius negotiationem concernentibus, partim ab ipſo partim ad ipſum perſcriptis, quæ tum ad hiſtoriam illorum temporum, tum ad ſtatum politicum noſcendum & quid legato obſeruandum. faciunt. Ad ſpecialia facit *RICHARDI ZOVCHÆI ſolutio quæſtionis veteris & nouæ ſiue de Legati delinquentis Iudice competente diſſertatio*, in qua Hug. Grotii ea de re ſententia exponitur & adſeritur, quæ primum *Oxoniæ 1657. 12.* poſt cum notis Chriſtiani Henelii prodiit *Coloniæ ad Spream 1669. 12.* *IMMANVEL WEBERVS* diſſertatione Inaugurali egit de *Vindiciis aduerſus legatum delinquentem & de iudice eius competente, Gieſſæ 698. 4.* Sed primum ſaltim Caput & generatim tantum abſoluit, quod hæc

quæſtio ex Iure Gentium ſit decidenda: reliqua vberiori Tractationi reſeruans. CHRISTIANI THOMASII extat *disquiſitio de iure aſyli legatorum ædibus competente.* Controuerſiam *de Franchitia Quarterniorum, ſeu iure aſyli apud legatos*, ſingulari diſſertatione illuſtrauit OLAUS TöRNE, præſide IO. VPMARCKIO, *Vpſaliæ 1706. 8.* De Scriptoribus qui ad legationes Imperii faciunt, infra inter Scriptores Iuris publici dicemus.

§. CVII.

*Scriptores ad libr. L. tit. XI. de nundinis & ſqq.*

De *nundinis* egit HENRICUS PETRUS HABERKORN, *Gieſſæ 1670. 4.* & præcipue AHASVERUS FRITSCHIUS *de regali nundinarum iure, 1660. 4.* De *proxenetis* egit BENEVENTURA STRACHA, *Francofurti 1593. 8.* De *cenſibus* qui egerint, ſupra fuerunt adducti ad titulum quartum.

§. CVIII.

*Scriptores ad tit. XVI. de V. S.*

Ad titulum *de Verborum Significationibus* varii ſunt, qui egerunt. ANDREAS ALCIATUS, *Louanii 1565. 8.* BARNABAS BRISSONIUS, *Francofurti 1578. f.* BARTHOLOMÆUS CÆPOLLA, *Lugduni 1551. f.* ARNOLDUS CORVINUS, *Amſtelodami 1668. 12.* IACOBUS CUIACIUS, *Francofurti 1595. 8.* GVILIELMUS FOR-

NERI-

NERIUS, *Aureliæ 1585. 4.* DAVID MAGIRUS, *Tubingæ 1628. 8.* CAMILLUS GALINIUS, *Venetiis 1582. f.* ALBERICUS GENTILIS, *Hanouiæ 1614. 4.* PETRUS REBUFFUS, *Lugduni 1576. f.* MATTHIAS STEPHANI, *Roſtochi 1627. 8.* IOANNES SVEVUS, *Ienæ 1622. 8.* Optimi tamen ſunt IO. GOEDDOEUS in commentario *de V. & R. Significatione Herbornæ 1642. 8.* & qui conciſius hæc examinat IOANNES IACOBUS WISSENBACH, *Franeckeræ 1654. 12* Ad eiusdem tituli explicationem faciunt etiam qui vel lexica, vel de particulis iuris ſcripſerunt, de quibus infra.

## §. CIX.

*Scriptores ad tit. XVII. de R. I.*

Ad titulum *de regulis iuris* quam plures ſunt commentati, IOANNES CALVINUS, *Francofurti 1612. 8.* IACOBUS CUIACIUS, *Baſileæ 1594. 8.* PETRUS FABER, *Lugduni 1590. f. & Geneuæ 1618. 4.* EVERHARD BRONCHORST, *Lipſiæ 1667. 12* HUBERTUS GIPHANIUS, *Argentorati 1607. 8.* PHILIPPUS HENRICUS HOENONIUS, *Herbornæ 1609. 8.* PHILIPPUS MATTHÆI, *Francofurti 1670. 8.* WILHELMUS LUDWELLUS, *Altdorffi 1663. 8.* DYNUS MVXELLANUS *cum notis Boerii, Saraina & Molinai,*

*Colo-*

*Coloniæ 1617. 8.* IOANNES NELDELIUS *Lipſiæ 1614. 6.* IOANNES a SANDE, *Lugduni Batauorum 1652. 12.* & præcipue coniunctim editi extant HIERONYMI FRANCI & IACOBI RÆVARDI *Commentarii ad hunc titulum, Lugduni 1593. f.* Præterea inter optimos habendi, IO. IACOBI WISSENBACHII Commentarius, *Franeckeræ 1654. 12.* IO. EICHELII, *Helmſtadti 1684 8.* PETRI MVLLERI, *Ienæ 1679. 4.* & qui accuratiſſimus eſt, IACOBI GOTHOFREDI commentarius *de diuerſis regulis iuris antiqui, Geneuæ 1653. 4.* Egregium eſt PETRI GUDELINI *Syntagma Regularum vtriusque Iuris, Antwerpiæ 1646. f.* in qua potiores iuris materias per regulas maxime notabiles multa cura explicauit Leges Pandectarum & Codicis *notabiliores* in complexu compendioſo exhibet ANTONIUS DANIEL SONNEMANNUS *in Prælectionibus publicis ad Leges Notabiliores Digeſtorum & Codicis Francof. & Lipſ. 1695. 8.* Addimus CHRISTOPHORI GUNTZELII, *interpretationem tituli de Regulis Iuris, Francofurti 1697. 12.* quæ inter Compendia præſtat.

**Commentarii ad Codicem.**

§. CX.

A Pandectis pergimus ad Commentatores in Codicem. Inter Commentarios

rios in Codicem ex antiquis habemus, AZONEM, BALDVM, BARTOLUM, CYNUM, & plures alios, quos adlegare ſuperſedemus, quia hodie parum ſunt vtiles. Inter antiquiores laudem ſuam adhuc habet BARTHOLOMÆUS SALICETUS, *cuius commentarius in nouem libros Codicis* prodiit *Francofurti 1615. f. 2. vol.* Hoc enim proprium eſt antiquorum, vt tres poſteriores Codicis libros communi fere ratione omitterent, idque partim quod ad Statum recentiorem parum conducerent; partim etiam, quod Ius Publicum Romanorum, quod iisdem continetur, ipſis plane eſſet ignotum. AVGVSTINI BARBOSÆ *Collectanea in Codicem*, quæ *Lugduni 1648. f.* prodierunt, pro genio auctoris in farragine auctorum ad ſingulas leges citatorum conſiſtunt, ita, vt potius Locorum Communium quam Commentarii inſtar eſſe poſſint. IACOBI CVIACII *paratitla in aliquot libros Codicis*, a Dionyſio Gothofredo aucta & edita *Francofurti 1605. 4.* ad philologiam tantum iuris faciunt: docta alias. Sic etiam ANTONII MORNACII *obſeruationes in IV. libros Codicis*, quæ prodiere *Pariſiis 1654. f.* ex ipſis antiquitatum fontibus ſunt deſumtæ, & eruditisſimæ. Mornacius enim ſingulas leges ex antiquitatibus & iure Romano illuſtrat

luſtrat, vt inter elegantiſſimos Iureconſultos eundem numerare non dubitemus. Ex hiſtoria conciliorum & eccleſiaſtica potiſſimum explicatum videmus *librum primum Codicis* a PETRO & FRANCISCO, PITHOEIS, *Pariſiis 1689. f.* labore egregio, ita vt dolendum omnino ſit, non ad reliquos libros fuiſſe perductum. HVGONIS DONELLI *Commentarius ad Codicem, Francofurti 1622. fol.* non tam ad leges ſingulas eſt directus, quam potius Commentarius vniuerſalis, quo materias in Codice obuenientes explanat. PETRI GILKENII *Francofurti 1606. f.* IO. SICHARDI prælectiones, *Francofurti 1614. f.* HENRICI ZOESII *Coloniæ 1660. 4.* DIODORI TVLDENI, *Louanii 1656. 1701. f.* editi, non ad leges ſingulas faciunt, titulos tamen pro materiarum ratione explicant & laudem merentur, Donellus præſertim atque Wiſſenbachius. HVBERTI GIPHANII *enarrationes & Commentarii in IIX. librorum Codicis Iuſtiniani Leges celebriores & difficiliores* prodierunt *Francofurti ad Mœnum 1631. 4.* opere poſthumo, neque tamen adeo magni ſunt momenti. Quibus præferendus omnino eſt ob iudicii grauitatem & ſolidam iuris explicationem ANTONIVS PERETZIVS in *prælectionibus ſuis in Codicem, Amſtelodami 1663. 4.* edi-

Digitized by Google

4. editis. Ad ſingulas leges commentatus eſt IO. BRVNNEMANNVS, cuius commentarius per caſus atque rationes legum bene deductus & magna cura, adlegatis etiam fontibus, eſt elaboratus. Optima eſt editio, quæ cura ICtorum Principis, SAMVELIS STRYKII prodiit *Lipſiæ 1699. f.* IO. BRVNNEMANNI etiam eſt *memoriale præcipuarum legum Codicis* per quæſtiones adornatum, *Francofurti ad Viadrum 1605. 12.* quod ad repetionem plurimum facit. Brunnemanno iungimus IOANNEM IACOBVM WISSENBACHIVM, cuius *Commentationes Cathedrariæ in VII libros Codicis* prodierunt *Franeckeræ 1660. 4.* Hic enim commendandus eſt quam maxime. Commentatur ad leges, non quidem omnes, verum potiores: in ſingulis caſum legis proponit, huius deciſionem, rationem, reſponſionem ad argumenta contraria, & quæ ad genuinum alias intellectum faciunt, idque ex ratione non ſolum iuris Romani, ſed etiam praxi: notat inſuper diuerſorum errores communes. ANTONII DADINI ALTESERRÆ *recitationes quotidianæ* extant *in varias partes Digeſtorum & Codicis, Toloſæ 1684. 4.* quæ ex antiquitatibus depromtæ, admodum ſunt eruditæ. *In tres poſteriores Codicis* libros ex antiquis ſaltim fuit commen-

mentatus LVCAS de PENNA, *Lugduni 1582. f.* FRANCISCI ab AMAYA commentarius *in tres poſteriores libros* extat *Lugduni* editus *1667. f.* quod opus eſt ex variis conſarcinatum. Ex recentioribus huc pertinet ABRAHAMI de PAPE *Commentarius Academicus & forenſis in duos libros Codicis Iuſtinianei*, *Amſtel. 1697. 8.* Libri primi Codicis titulos priores tantum per quæſtiones explicauit b. parens, GEORGIVS ADAMVS STRUVIVS in *progymnaſmatibus ſuis ſ. iure ſacro Iuſtinianeo, Ienæ 1668. 4.* edito, quibus etiam Commentarius in priores XIII. titulos libri primi Codicis, olim in academia Ienenſi publice prælectus acceſſit, de cuius vero auctore non ſatis conſtat. Propoſuerat quidem ſibi beatus parens eadem methodo poſteriores Codicis titulos elaborare, ſed grauioribus occupatus, abſoluere illos non potuit. *Authenticas Codicis* expoſuit CHRISTOPH. PHILIP. RICHTERVS, *Ienæ 1661. 4.* & nouiter ALEXANDER PAGENSTECHERVS, *Groeningæ 1702. 4.* non tamen vbique pari induſtria. Vnicam *legem quoties C. quando non petentium partes potentibus accreſcunt*, prolixo ſatis commentatio illuſtrauit LEONORVS, COMES de VALMERANA, *Venetiis 1684 f.* FRANCISCI BALDVINI *Conſtantinus M. Ar-*

gento-

Digitized by Google

*gentorati 1612. 8.* facit ad explicandas Leges Conſtantini M. tam eccleſiaſticas quam ciuiles, quæ ſparſim, maxime vero in libro primo Codicis continentur. Sic etiam habemus BARNABÆ BRISSONII *Commentarium in L. de Spectaculis in C. Theod. & L. omnes dies C. de feriis.*

§. CXI.

*Commentatores ad Nouellas.*

A Codice pergimus ad Nouellas. Rarius Iureconſulti antiqui illas adgreſſi ſunt, ex recentioribus vero habemus FRANCISCI BALDUINI *Iuſtinianum, ſ. de iure nouo* Commentarium, *Francofurti 1615. 8.* in quo, quid Nouellis immutatum, declarat. Quod etiam egit PETRUS GUDELINUS *de iure nouiſſimo, Arnhemii 1661. 4.* qui potiſſimum ad mores Belgii reſpexit. Ad ſtatum Germaniæ potius facit CONRADUS RITTERSHUSIUS in Nouellarum Iuſtiniani methodica expoſitione, *Argentorati 1669. 4.* Non tam Commentarius eſt, quam introductio potius ad intelligendas Nouellas & explicatio diuerſarum authenticarum. Præmittuntur etiam Prolegomena, quibus de Nouellarum nominibus, auctore & cauſſa impulſiua agitur. Ad ipſum textum facit MATTHIÆ STEPHANI *expoſitio Nouellarum, Gryphiswaldi 1653. 4.* Auctior editio cum

notis Io. Brunnemanni prodiit *Witteber-gæ 1700, 4.* Eruditus eſt atque ex antiquitatibus illuſtratus commentarius IACOBI CUIACII, *Lugduni 1570. f.* Ad praxin tamen potius ANTONIUS DANIEL SONNEMANNUS in *Commentario ad Nouellas*, qui *Francofurti ad Viadrum* prodiit *1692. 4.* Breuem earum diſpoſitionem præbet DANIEL VENATORIUS in *enarratione Nouellarum*, *Coloniæ 1580. 8.*

## §. CXII.

*Commentatores ad Iuſtiniani Deciſiones*

Ad deciſiones Iuſtiniani nouas Codici repetitæ lectionis inſertas facit WILHELMI LUDWELLI diſputatio inauguralis *de quinquaginta Iuſtiniani deciſionibus*, quæ adnexa eſt Eiusdem Exercitationibus XVIII ad inſtituta, *Altdorffi 1663. 4.* Ad easdem Deciſiones Iuſtiniani Codici inſertas facit DOMINICI BASSI *Rediuiuus Ingenii partus ſ. D. Iuſtiniani Imp. Quinquaginta Deciſiones, præcipuis controuerſiis ex vniuerſo iure communi deſumtis ſolide illuſtrata, iurique Bauarico paſſim accommodata. Viennæ 1708. 4.* Idem inſtitutum fuit IOANNI STRAUCHIO, cuius *exercitationes ſex ad quinquaginta Deciſiones Iuſtiniani* prodierunt *Gieſſæ 1676. 4.* ſed mancæ iſtæ ſunt cum commentatio ad decem ſaltim leges dirigatur. Alias habemus

Digitized by Google

bemus PETRI FRANCISCI LINGLOIS *Deciſiones L a II vsque ad IX. librum Codicis, Antwerpiæ 1661. f.* Sic & ad easdem fuit commentatus EDMUNDUS MERILLIUS, *Pariſiis 1618. 4.*

## §. CXIII.

*Commentarii ad Iura recentiora Germanica.*

Ab hiſce commentariis pergimus ad alia Germaniæ iura recentiora. Ad *ius Saxonicum* quidem habemus BENEDICTI CARPZOVII *definitiones forenſes* ab ANDREA MYLIO repurgatas atque editas *Lipſiæ 1702. f.* Ad easdem GOSWINUS ab ESBACH *notas* dedit & *obſeruationes, Francofurti 1703. fol.* Huius etiam *ſynopſis* extat edita *Ienæ 1668. 8.* Ad ius Saxonicum faciunt quoque MATTHIÆ BERLICHII *concluſiones, Lipſiæ 1670. fol.* & ex recentiſſima editione, *Lipſiæ 1698. f.* & DANIELIS MOLLERI *ordinationes Saxonicæ, Lipſiæ 1660. f.* quæ omnes ad Auguſti Electoris conſtitutiones ſunt directæ. Facit ad illud quoque SAMUELIS LUFFTII *repertorium, Dresdæ 1674. 4.* in quibus integrum Ius Saxonicum in locos communes videmus digeſtum. Ad *ius Marchicum* commentatus eſt IOACHIMUS SCHEPLITZIUS, *Lipſiæ 1616. f.* & FRIDERICUS MULLERUS in *practica ciuili Marchica rerum forenſium, per reſolutiones*



Digitized by Google

*demonſtrata*, *Berolini 1678. f.* Ad *conſuetudines Auſtriæ ſuperioris* FINSTERWALDERUS, *Salisburgi 1690. f.* Ad eas vero quæ *in Auſtria inferiore* valent IO. BAPTISTA SüTINGER, *Noribergæ 1656. 1669. 4.* Cum hoc non inutiliter conferri poſſunt IOANNIS FRANCISCI THASSERI *Progymnaſmata actionum forenſium totum ordinem iudiciarium tam iuris communis, quam Auſtriaci populariter explicantia*, *Vienn. 1708. 4.* *Ad Ordinationem politicam Ducatus Würtenbergiæ* CHRISTOPHORUS BESOLDUS, *Tubingæ 1662. 4.* GEORGIUS LUDOVICUS LINDENSPUHR. *Tubingæ 1662. 4.* & IOAN. IACOBUS PELBSTIUS, *Francofurti 1614. 4.* *Marchiæ Baadenſis conſuetudines* illuſtrauit IO. HARPRECHTUS, *Tubingæ 1691. 4.* *Obſeruationes ad conſuetudines Leodienſes* edidit CAROLUS de MEAN, *Leodii 1670. f.* *Conſuetudines Luneburgenſes* Commentario illuſtrauit HARDEVICUS a DASSEL, *Lipſiæ 1600. 4.* *Ad ius Lubecenſe* egregius eſt Commentarius DAVIDIS MEVII, *Francofurti 1664. & 1700. f.* qui etiam ad Statuta reliquarum ciuitatum, præcipue Hanſeaticarum quæ iure Lubecenſi vtuntur, poterit inſeruire. CASPAR SCHMIDTIUS edidit *Commentarium in Ius Prouinbiale Bauaricum*, *Monachii 1695. f.* Sic etiam habe-

habemus MATTHIÆ SCHLVTERI *Hiſtoriſch- und Rechts-gegründeter Tractat von denen Erben in Hamburg, Hamburg 1698. 4.*

§. CXIV.

*Decreta Cameræ & Commentatores ad Ordinationem Cameralem.*

Ad fontes iuris Imperii Communis pertinet etiam ius *Camerale* quod continetur in *Ordinatione* Camerali & variis *Decretis*. Inter Collectores illorum primus eſt RAPHAEL SEYLER *Vrtheil und Beſcheid Keyſerlichen Cammer-Gerichts cum enchiridio ordinationis & Indice materiarum, vermehrt durch* CHRISTIANUM BARTHIUM, *Francof. 1604. f.* Eiusdem *Selectæ Sententiæ Cameræ ab anno 1495. ad annum 1570 Francof. 1572. f.* Hunc ſecutæ *Relationes, Deciſiones & Vota Cameralia cum præfatione* THULEMARII *Spiræ 1676. 4.* Porro *gemeine Beſcheide bey den Keyſerlichen Cammer-Gerichte zu Wezlar biß auf das Iahr 1704. Wezl. 1709. f.* Decreta *Viſitationum* Cameralium edidit NICOLAVS CISNERUS *Viſitations-Abſchiede Keyſerlichen Cammer Gerichts, von Anfang derſelben Francof. 1570. f.* Ad *Ordinationem* Cameralem commentatus eſt IULIANUS MAGENHORST *Mogunt. 1661. 8.*

§. CXV.

*Commentatores ad*

*Ad conſuetudines Flandriæ* NICO-

LAUS BURGUNDUS, *Antwerpiæ 1621. 8.* *Aduerſaria iuris ſubciſiua ad conſuetudines Geldriæ* ſcripſit LAMBERTUS GORIS, *Arnhemi 1651. 4.* qui etiam *ad conſuetudines Velauiæ* fuit commentatus, *Arnhemi 1664 4.* *Ad conſuetudines Mechlinenſes* PAVLUS CHRISTINÆUS, *Pariſiis 1624. 4.* & *Antwerpiæ 1642 4* *Statuta diœceſeos Vianenſis & Ameydenſis* commentario illuſtrauit IO. von der MVELEN, *Traiecti 1684. 4* *Introductionem* vero *in ius Belgicum* belgice edidit HUGO GROTIUS, *Dordraci 1644. 4.* cuius frater GVILIELMUS *Iſagogen* dedit *ad praxin fori Batauici*, *Amſtelodami 1655. 4.*

## §. CXVI.

***Commentatores ad Ius Hiſpanicum.***

Ad forum Iudiciorum Hiſpanorum præter DIDACUM COVARRUVIAM & IOANNEM LOPETZIUM, quorum labores adhuc in MSto latent, fuit commentatus RODERICUS SVAREZIUS in *Repetitionibus ſuis*, ſiue *Lecturis in quasdam Leges fori Gothici*, *Salmanticæ 1556. f.* Has poſtmodum DIDACUS VALDESIUS auxit atque edidit *Pinciæ 1590. f.* *Ad Partitarum Leges* commentatus fuit BARTHOLOMÆVS de HUMADA, *Madriti 1588. f.* verum, non vltra primum & ſecundum Partitarum Tomum progreditur. Integrum

Digitized by Google

grum vero Partitarum Corpus Commentariis illuſtrarunt ALPHONSUS DIDACUS de MONTALVO, *Venetiis* 1528. *Compluti* 1542 & *Lugduni* 1550. *f.* GREGORIUS LOPEZIUS & plures alii. *Leges Hiſpanorum Taurinas* illuſtrauit ANTONIUS GOMEZIUS, *Salmanticæ* 1555. & 1598. *f.* ad quas additiones ſcripſit DIDACUS GOMEZIUS, *Venetiis* 1591. 4. ſeparatim editas, poſt cum Gomezii ſenioris commentario. *Francofurti* 1591. *Lugduni* 1602 *Geneuæ* 1607. *Antwerpiæ* 1624. *f* Extat præterea DIDACI del CASTILLO *Commentarius in Leges Taurinas*, *Burgis* 1527. poſt *Medinæ Campi* 1553. *f.* editas. Plures in leges Hiſpaniæ Commentarios adducere ſuperſedemus, cum in noſtris oris horum notitia non adeo ſit magna. Prolixius in iisdem recenſendis eſt GERHARDUS ERNESTUS de FRANKENAU in *ſacris Themidis Hiſpanæ arcanis*, *Hanoueræ* 1703. 8. Ad Leges *Arragonicas* ſpectat IBANDI BARDAXI *Commentarius in foros Arragoniæ*, *Cæſaraug.* 1592. *f.* FRANCISCUS HIERONYMUS de LEON *Cauſarum in Arragoniæ concilio actitarum Tomi III. Valent.* 1646. *f.* Conferri quoque vtiliter poſſunt IOSEPHI de SESSE *Deciſiones Arragonum Tom. II Venet* 1646. *f* CHRISTIANI CRESPI de VALDARONA *Ob-*

*Leges Arragoniæ & Cataloniæ.*



Digitized by Google

*ſeruationes in Deciſiones Arragoniæ & Valentiæ*, *Antwerp*. *1667*. *f*. Obſeruantias Senatus *Cataloniæ* collegit SIGISMUNDUS DESPUIOL *Barcin*. *1608*. *f*. IACOBI a MONTE IVICIO *Commentarius in Leges antiquas Barcinonenſium*, *Barcinon*. *1544*. *f*.

## §. CXVII.

*Commentatores in ius Gallicum.*

De *Iure Gallico* ſupra iam fuit actum. ÆGIDIVS BOURDINUS *paraphraſin in conſtitutiones Franciſci I. Regis Galliæ 1539*. editas ſcripſit atque publicauit *Pariſiis 1628*. *8*. IO. LELETUS vero *obſeruationes in conſuetudines Pictauienſes* gallice ſcripſit, *Pictauii 1683*. *4*. Ad *Conſuetudines Burdegalenſes* BERNARDUS AUTUMNUS, *Burdegalæ 1621*. *4*. Ad *Conſuetudines Ducatus Britannici* facit BERTRANDI ARGENTRÆI Commentarius, *Pariſiis 1608*. *& 1661*. *f*. Ad *conſuetudines Burgundicas* erudite fuit commentatus NICOLAUS CHASSANÆUS, *Geneuæ 1547*. *f*. & HENRICUS BOGNETUS, *Lugduni 1604*. *f*. item TAISAND *Coutime generale des Pays & Duché de Bourgogne Diſon*. *1698*. *f*. Conſuetudines Pariſienſes in ſpecie exhibet LE GRAND *La Coutume de Paris*. *Paris 1691*. *8*. vbi ordine alphabetico conſuetudines Pariſienſes exponit. Cum hoc pot-

eſt

Digitized by Google

eſt coniungi NICOLAS la MEE *Inſtitution a la Coutume de Paris, ou l' explication ſommaire & perpetuelle de tous ſes articles ſuiuant l' ordre des matieres Paris 1691. 12.*

## §. CXIIX.

*Commentatores ad iura Regnorum Septentrionalium.*

Ad iuris Danici explicationem facit CANUTOS, Epiſcopus Wiburgenſis, cuius *expoſitiones legum Danicarum*, concordantiæ cum iure Romano prodierunt *Hafniæ 1508. 4.* acceſſerunt THORDONIS DEGH *articuli & correctiones Legum*, BLASIVS ECKENBERGERVS verſioni ſuæ legum Danicarum Saxonicæ ſubiunxit *Repertorium Alphabeticum, darin die ſchweren Daniſchen Wœrter des Lowbooks, nach Ordnung des Alphabeths erklæret, und mit den Concordantiis Thordonis Deghn, und aller andern Waldemaro II gefolgten Kœnige Conſtitutionen, Receſſen, Priuilegien &c. den Erb-Vertrægen zwiſchen den beyden Fürſtenthümern, Schleswig und Holſtein, auch mit der anno 1593. publicirten Landgerichts-Ordnung verglichen worden; welchen auch hinzu gethan iſt die Conciliation oder Vergleichung des Iütiſchen und Seelandiſchen Lowbookes, Scleswigæ 1603. 4.* Plenius de iisdem egit Io. Mollerus de Iſagoge ad hiſt. Cherſ. Cimbr. parte prima c. XV.



Digitized by Google

## § CXIX.

*Collationes & differentiæ Iuris Ciuilis, Canonici, Criminalis & Cameralis.*

His ſtatim ſubiungimus eos, qui collationes & differentias variorum iurium explicarunt. *Collationem* quidem *iuris Canonici & Ciuilis* dedit IOANNES OLDENDORPIVS, *Francofurti 1697. 8.* *Concordiam iuris pontificii cum Cæſareo* FRANCISCVS VALENS, *Pariſiis 1654 fol.* *Concordiam diſcordem vtriusque iuris* CAROLVS de MANSFELD, *Luxenburgi 1619. 8.* De *differentiis iuris Canonici & Ciuilis* HENRICVS CANISIVS, IACOBVS BRANDMVLLERVS, *Baſileæ 1660. 4.* HIERONYMVS ZANNETINVS in tomo primo Tractatus Tractatuum. HENRICVS HAHNIVS de *differentiis iuris ciuilis & canonici, Helmſtadti 1667. 4.* Extant etiam CONRADI RITTERSHVSII *differentiæ Iuris Ciuilis & Canonici, Argentorati 1668. 4.* & quæ cum eo extant *differentiæ* GEORGII LAVTERBECKS, EMERICI a ROSBACH & THEODORI STREITMANNI. Optimum vero eſt ſcriptum CORNELII van ECK, de *differentiis iuris ciuilis, canonici, hodierni*, quod cum adnotationibus eruditis edidit IO. FRIDERICVS BOECKELMANNVS, *Traiecti 1694 8.* Facit huc etiam IOAN. PAVLVS WINDECK de *Theologia Iure-Conſultorum, Coloniæ 1604. 4.* qua diuerſa

Ro-

Romanæ Eccleſiæ dogmata ex Canonibus & traditione veteris Eccleſiæ & Iuſtiniani Legibus comprobare contra Proteſtantes conatur. In poſteriori libro præcipuos caſus recenſet, in quibus Canones Pontificii & Iura Ciuilia conueniant aut diſſideant, & multa tractantur de Iurisdictione Eccleſiæ. *Differentias iuris ciuilis & criminalis* explicauit HIERONYMVS BVCCARONIVS. *Differentias* vero *inter Ius Commune & Feudorum* illuſtrauit IO. de S. BLASIO. *Iuris Ciuilis & Cameralis differentias* collegit CHRISTOPHORVS SCHWANEMANNVS, *Francofurti 1620. 4.*

## §. CXX.

*Collationes & differentia Iuris Ciuilis & Saxonici.*

*Differentias Iuris Ciuilis & Saxonici* exhibet ſcriptum aliquod anonymi, quod olim magnæ fuit autoritatis, cui titulus: *Differentiæ aliquot Iuris Ciuilis & Saxonici iam tertio aucta & locupletata per D. R. B. Colon. 1573. 8.* Magis tamen ad hodiernam praxin faciunt LODOVICUS FACHSIVS & BENEDICTVS REINHARTVS, *Ienæ 1595. 8.* & CHRISTOPHORVS ZOBELIVS, *Lipſiæ 1610. 4.* qui non ſolum ea mutato tamen ordine, habet, quæ in Fachſio & Reinhardo reperiuntur, ſed etiam varias Scabinorum Lipſienſium ſententias, adiectas ita, vt iuris antiqui quoque habeat ratio-

rationem, Fachſii & Reinhardi differentias plerumque in Germanicum ſermonem tranſtulit GEORG SCHWARTZLOPF, *Helmſtadii 1586. 8.* Optima vero eſt tractatio LüDERI MENCKENII de *differentiis iuris communis & Saxonici*, quæ Huberi prælectionibus nouiter *Lipſiæ 1707. 4.* recuſis eſt adnexa. Diſſenſum inter ICtos electorales & ducales IO. STRAUCHIUS ſingulari ſcripto eſt perſecutus, quod eiusdem diſſertationibus eſt præfixum. IOANNES SCHILTERVS etiam in Indice, Commentario ſuo ad Pandectas ſubiecto plures diſſenſus demonſtrauit. Addimus *Ius Saxonicum discrepans, ſiue differentias Iuris Saxonici Electoralis & communis, ſecundum Ordinem conſtitutionum Electoralium Saxonicarum, Francofurti 1682. 8.*

## §. CXXI.

*Collationes & differentiæ iuris prouincialis Germanici cum iure Ciuili.*

Diuerſarum Germaniæ prouinciarum iura cum iure Romano plures contulerunt PETRUS RUDOLPHUS DEMERATH faſciculum edidit *differentiarum iuris Communis, & Francorum, vulgo des Land-Rechtens des Herzogthumt Francken:* adiunctæ ſunt nonnullæ S. Rom. Imp. quorundam Regnorum, ditionum & ciuitatum conſtitutiones, locales reformationes & conſuetudines, *Herbipoli 1666. 12.* HIERONYMUS

WURF-

WURFBEIN tractatum edidit de *differentiis iuris ciuilis & reformationis Norica, Norібergæ 1666. 8.* *Differentias iuris Ciuilis & Lubecani* ex Meuiano Commentario excerpſit FRIDERICUS MOVIUS, *Sedini 1666. 12.* Easdem *differentias* explicauit IOANNES SIBRANDUS, *Roſtochi 1616. 4.* & qui præcipuus eſt ANDREAS BILDERBECK in diſſertatione de *differentiis iuris Lubecenſis patrii* a Communi Romano, quam ſub præſidio Lynckeriano habuit *Gieſſæ 1672. 4.* EHRENFRIED KLOTZ *differentias* ſcripſit *Iuris Ciuilis & reformationis Francofurtenſis, Francofurti 1682. 4.* WOLFGANG ADAMUS LAUTERBACH *differentias iuris Ciuilis & Würtembergici in cauſis Criminalibus* ſcripſit *Tubingæ 1661. 4.* De *iuris Romani & Boiarii differentiis quoad proceſſum edictalem, vulgo Gand-Proceß* egit IOAN. LUDOVICUS & IOAN. HENRICUS HERWARTUS, *Ingolſtadii 1652. 4.* Melior tamen eſt IOAN. FRANCISCUS BALTHASAR, qui *reſolutionem iuris Ciuilis & Bouarici* ſcripſit, *Vlmæ 1663. 4.* FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHTI habemus *differentias iuris communis & Prouincialis Marchico-Badenſis, Tubingæ 1691. 4.* Ius Prouinciale Dithmarſorum cum iure diuino, Romano, Teutonico, inprimis Saxonum

num & prouinciarum mari Balthico conterminarum conferre inſtituit HENRICUS GISEBERTUS in *periculo Statutorum harmonia practica*, cuius pars prima & ſecunda prodiit *Hamburgi 1652. 4.* Hisce adiungi poteſt *PAVLI KOCHII Specimen Collationis differentiarum iuris Romani, Saxonici, Bremenſis & Hamburgenſis Oldenburgæ 1679. 12.* & *Bremæ 1684. 4.* Prodromum magni operis exhibent *IOANNIS PETRI LVDWIGS Differentiæ Iuris Romani & Germanici, Halæ 1712. 4.* Vbi excellentiſſimus autor in præfatione Scriptores de differentiis Iurium iuxta diuerſas prouincias tam in genere quam in ſpecie non tantum recenſet, ſed etiam breue iudicium de ſingulis addit; In opere ipſo primum procemium Inſtitutionum tangit, & occaſione illius quasdam differentias iuris Romani & Germanici multa eruditione oſtendit. Progreditur ad differentias Iuris Romani & Germanici in *Maternis Tutelis, teſtamentaria legitima, Attiliana, in fructuum attributione, inprimis tutela fructuaria.* Inexhauſti ferre laboris opus eſt, quod omnium ſuperabit induſtriam.

## §. CXXII.

*Collationes & differentiæ*

Inter eos, qui exterorum Iura cum Romano conferunt, habemus etiam varios, e qui-

e quibus vſus iuris Ciuilis, qui in diuerſis Europæ regnis adhuc ſupereſt, facile patebit. IOANNES de ARNONO *differentias* edidit *inter ius commune vtrumque & inter ius regni Neapolitani ac Siciliæ, Venetiis 1535. f. Coloniæ 1598. f. Iuris Gallici & Romani collationes ac differentias* ſcripſit *IACOBVS BVCHERELLVS, Pariſ. 1577. 12.* De *differentiis iuris Romanorum & Longobardorum* egit *IVLIVS CAMILLVS FERRETVS. Collationem iuris Hiſpanici cum Romano, ANTONIVS GOMETZIVS* edidit *Francofurti 1617. fol. Antinomias* vero *iuris Hiſpanici & Romani IO. BAPTISTÆ a VILLALOBOS, Salmanticæ 1596. 4.* Sic etiam de *iisdem differentiis* egit *MICHAEL MVNOTZ, Hiſpali 1556. 4.* De *differentiis* vero *Iuris Communis & Bòhemici CHRISTIANVS KYBLIN a WAFFENBVRG, Pragæ 1664. 8. Collationis Iuris Romani & Hungarici.* Specimen exhibet *IOHANNES OTTO TABOR* inter Opera eius Vol. I. edita *Lipſ. 1688. f.* Collationem *Iuris Romani cum iure Borusſico* exhibet *CHRISTIANVS THOMASIVS* in *Diſſertatione de Vſu Iuris paterni Romanorum ſecundum mores Germaniæ & ius Borusſicum reuiſum, Halæ 1694. 4.*

*iurium exterorum cum iure ciuili.*

§. CXXIII.

Digitized by Google

§. CXXIII.

*Scriptores qui de legibus abrogatis & vſu hodierno egerunt.*

Fuere etiam alii, qui vſum legum modernarum monſtrant, & quid legibus vel abrogatum vel conſuetudine introductum, explicuere. Egerunt illud præ cæteris SIMON a GROENWEGEN de *legibus abrogatis & inuſitatis in Hollandia Nouiomagi 1677. 4.* quem ad Germaniæ quoque fora cogunt, diſpari tamen ratione. Idem etiam egit pleniori adhuc adparatu SIMON a LEVWEM in *cenſura forenſi,* quæ altera parte auctior prodiit *Amſtelodami 1678 fol.* & CYPRIANVS REGNERVS ab OOSTERGA in *cenſura Belgica, Traiecti 1669. 4.* edita. *Cenſuram Gallicam in ius Ciuile Romanorum* ſcripſit BERNARDVS AVTVMNVS, *Pariſiis 1616. 8.* Melior vero & rarus eſt tractatus PHILIBERTI BVGNYONII de *legibus abrogatis & inuſitatis in regno Franciæ,cum additamento* LIBERTI FRANCISCI CHRISTIANÆI, *Bruxellis 1671. 4.* quibus etiam Belgii aliorumque regnorum leges abrogatæ vel vſu receptæ demonſtrantur. De *iure nouiſſimo* egit PETRVS GVDELINVS, *Arnhemi 1661 4.* quo quid Nouellis immutatum, tradit. Optimum vero hac in parte ſcriptum eſt SAMVELIS STRYKII *ſpecimen vſus moderni Pandectarum*

*rum ad V. Libros priores, Francofurti* 1690. 4. quo tamen plures leges pro abrogatis ab aliis habitas vindicat. Acceſſit *continuatio vſus moderni Pandectarum a libro VI vsque ad XII, Halæ* 1704. 4. Porro Eiusdem Continuatio ad librum XXII vsque *Halæ* 1710. 4. Poſt mortem illuſtris Auctoris curante potiſſimum IVSTO HENNINGO BOEHMERO, viceſimus quartus & quintus prodiit *Halæ* 1712. 4. Sic etiam ad vſum & auctoritatem Iuris Germanici egregie facit IOANNIS SCHILTERI *Praxis Iuris Romani in foro Germanico*; de qua ſupra dictum. Addi poteſt CHRISTIANI THOMASII *diſſertatio de vſu actionum pœnalium Iuris Romani in foris Germaniæ, Halæ* 1693. 4. & in *Vindiciis Corollarii de exiguo Pandectarum vſu in foris Germaniæ*, quæ 1692. prodierunt, & nunc tractatui de næuis Iurisprudentiæ Iuſtinianeæ ſunt adiectæ. Addimus HENRICI LINCKII Diſſertationem de *Iuris Iuſtinianei receptione in Germania Altorf.* 1679. *in 4to.*

# CAPUT SEPTIMUM

## De

## SCRIPTORIBVS, QVI HISTORIAM, IDEAS, SYSTEMATA VEL CONTROVERSIAS IVRIS EDIDERVNT.

### §. I.

*Scriptores hiſtoriæ fori Romani.*

IN ipſa vero iuris inſtitutione primo loco veniunt ſcriptores illi, qui hiſtoriam Iuris Romani rite explicarunt. Iſti vero diuerſi ſunt generis, cum alii vel ſtatum fori Romani explicauerint, alii ad tirulum de origine iuris fuerint commentati, alii hiſtoriam Iuſtiniani Imp. deſcripſerint, alii originem & progreſſum iuris Romani expoſuerint, alii Irnerii errores vel examinauerint, vel eundem defenderint, alii hiſtoriam iuris Germanici vel aliarum gentium, & vſum atque auctoritatem Iuris Ciuilis tradiderunt. Inter illos, qui forum Romanum illuſtrant primo loco nominari meretur CAROLVS SIGONIVS, qui *de Iudiciis* libros III ſcripſit, ediditque *Pariſiis 1576. f.* & *Hanouiæ 1609. f.* quos etiam tomo ſecundo theſauri antiquitatum inſeruit Græuius. Tripartitum fecit opus, vt primo loco ageret de iudiciis priuatis,

Digitized by Google

uatis, altero de publicis, tertio demonſtraret, quemadmodum ipſa populi iudicia fierent. Omnia igitur iudiciorum ſubſtantialia exponit, de iudice, actore & reo agit, actiones item, earumque formulas accurate perſequitur, leges etiam, quæ ad iudiciorum faciunt explicationem, rite explicat. Poſt Sigonium commendandus eſt FRANCISCVS POLLETVS, in *hiſtoria fori Romani inſtituta illuſtrata, Francofurti 1576. Duaci 1573. & Francofurti 1676. in 8uo.* Labor eſt egregius in quinque libros diſtributus, quorum priori ipſum forum conſtituitur, altero de aduocatis, cauſſidicis & horum claſſibus agitur, tertius magiſtratibus, quartus accuſatoribus & reis eſt relictus. Quintus actionibus & formulis iudiciorum priuatorum erat deſtinatus, quem auctor cœpit quidem non autem abſoluit. Hinc gener ipſius Philippus Broidæus eundem librum ad finem vsque perduxit & prioribus corollaria ſubinde ſubiecit. GEORGIVS OBRECHTVS *adumbrationem* dedit *proceſſus in foro Romano, Argentorati 1585. 4.* ſed per breuem iſtam, atque in haut paucis fallentem. Nec perfectus eſt IACOBI RÆVARDI *protribunalium liber ſingularis, Burgis 1565. 8. & Francofurti 1601. 8.* editus. Præ cæteris æſtimanda eſt CHRISTOPHORI CEL-

LARII Iunioris diſſertatio Inauguralis ſiſtens *Proceſſum Iuris Romani antiquum*, præſide SAMVELE STRYKIO, *Halæ* 1701. 4. habitam.

§. II.

*Commentatores ad tit. de origine Iuris.*

Ad titulum de origine iuris habemus commentarium MARCI ANTONII MVRETI cum catalexi VENTVRÆ COECI *Francofurti* 1601. 8. ANTONII GARRONIS, *Bremæ* 1631. 12. IOANNIS LAVTERBACHI, *Lipſiæ* 1606. 4. IACOBI CVIACII *Coloniæ* 1598. 8. GEORGII EBERLINI, *Witteberga* 1513. 4. Sed optimi ſunt GERARDVS COCCEIVS, *Græningæ* 1660. 12. CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTI, *Noribergæ* 1661. 12. & præcipue GERARDVS van der MVELEN, qui in hanc Pomponii hiſtoriam ſcripſit *exercitationes* eruditas, *Traiecti* 1691. 8. Cum his non ſine fructu conferri meretur WERNERI THEODORI MARTINI Diſſertatio de *Iure Ciuili Romano ante Iuſtiniani tempora vel ſub Regibus, vel magiſtratibus liberæ Reipubl. vel Imperatoribus condito. Leucop.* 1674. 4. Atque iſta quidem ad ipſam tituli & l. 2. π. de Or. Iuris faciunt explicationem, licet plenior omnino notitia petatur ex ſcriptoribus hiſtoriæ iuris.

§. III.

Digitized by Google

## §. III.

Sæpius in iure Romano mentio fit Iuſtiniani Imperatoris, quare etiam ipſius hiſtoria & de eadem Scriptores erant conſiderandi. Inter antiquiores primas fert PROCOPIVS, qui de *rebus Iuſtiniani* octo libros conſcripſit, quorum editio eſt optima, quæ græce & latine, Interprete *MALTRETO* cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus prodiit *Pariſiis* ex typographia regia *1662. f.* His autem octo libris nonum poſtea ſupplementi quaſi loco addidit, quem *ἀνέκδοτα* inſcripſit. Primus hæc ex MSto protulit NICOLAVS ALEMANNVS, quibus narrat Procopius, quæ ſcelerate a Iuſtiniano ac Theodora fuerunt geſta. Iniurius tamen videtur in Iuſtinianum, cum ex odio multa ſcripſerit, quæ veritati minus videntur eſſe conſentanea, licet in ambitione, auaritia & ruditate Imperatoris non adeo videatur a veritate eſſe alienus. Prodiit græce & latine cum Alemanni notis, *Lugduni 1624. f* & cum aliis Procopii *Pariſiis 1663. fol.* Licet autem Alemannus pro defendenda Procopii veritate collatis aliorum Scriptorum locis adlaboret, eandem tamen in dubium vocauit THOMAS RIVIVS in *defenſione Iuſtiniani contra Alemannum*, & prolixius IOANNES EICHELIVS in *apologia*

*Scriptores qui ad hiſtoriam Iuſtiniani Imp. faciunt.*

logia ſua & *animaduerſionibus in Procopium*, quæ cum ipſo Procopii textu & Riuii defenſione prodierunt, *Helmſtadii 1654. 4.* Totus in defendendo Iuſtiniano eſt Eichelius, nec tamen vbique ſatis feliciter. Contra eundem Procopium agit quoque GABRIEL TRIVORIVS in *obſeruatione apologetica ad inſcriptionem orationis ad Antecesſores Digeſtis Iuſtiniani præpoſitos*, *Pariſiis 1631. 4.* Hac multa illuſtrat, quæ ad vitam Iuſtiniani faciunt, & cauillationibus Procopii ſæpius reſpondet. Ita etiam IOANNES CHIFLETIVS *apologeticam diſſertationem* ſcripſit de *iuris vtriusque architectis, Iuſtiniano, Triboniano, Gratiano & S. Raymundo*, quæ edita eſt *Antwerpiæ 1651. 4.* Hos igitur contra diuerſorum iniurias defendit, denuo eosdem minime eſſe ſugillandos concludit. FRANCISCVS BALDVINVS in *Iuſtiniano*, qui *Geneuæ 1596. 8.* prodiit, hiſtoriam omnium illarum Conſtitutionum, quæ a Iuſtiniano ſunt publicatæ, explicauit. HVBERTI GIPHANII & FRANCISCI GVINETTI Commentarius de *Iuſtiniano*, cura CHRISTOPHORI ARNOLDI prodiit *Norib ergæ 1660. 12.*

§. IV.

*Scriptores hiſtoriæ Romanæ.*

Primus, qui hiſtoriam Romanam ſcripſerit, quem noui, eſt AYMARVS

RI-

RIVALLIVS in *hiſtoria iuris vtriusque*, *Moguntiæ 1533.* & *1539. 8.* Potiſſimum Riuallii inſtitutum eſt, vt, poſtquam breuiter Reipublicæ ſtatum expoſuiſſet, in Leges duodecim tabularum commentetur, & leuem quandam de reliquis Romanorum legibus, principum decretis & Iureconſultis antiquis notitiam præbeat. Hunc ſecutus eſt DAVID CHYTRÆVS, cuius extat *Oratio de Iurisprudentia Romana origine & ſtudio iuris recte incboando 1585. 8.* Breuis eſt hiſtoria legum Romanarum, cui in fine ſubiicitur breuis iurisprudentiæ Romanæ chronologia. VALENTINVS GVILIELMVS FOERSTERVS in *hiſtoria iuris Ciuilis, Moguntiæ 1607. & 1615. 4.* edita, non ſolum originem & progreſſum iuris, ſed etiam hiſtoriam Iureconſultorum exponit, ſed parum eſt accuratus, a Conrado Rittershuſio etiam plagii accuſatus. Hos excipiunt THOMAS LINDEMANNVS, in *hiſtoria iuris Romani*, *Roſtochi 1627. 4.* HENRICVS RAHLA, de *origine & progreſſu iurisprudentia Romana, Franeckeræ 1641. 8.* DANIEL KEYSER in *hiſtoria iuris Ciuilis*, *feudalis*, *Canonici & Publici*, *Coburgi 1693. 4.* FRANCISCVS BRVEVS in *chronologia hiſtorica totius iuris*, *Pariſiis 1622. 4.* Sic etiam WOLFGANG FREYMONIVS *ſymphoniam* ſcripſit *iuris vtriusque Chronologicam*,

*Francofurti* 1584. *f.* in qua perpetua ſerie, ſecundum Olympiades, annos vrbis conditæ, annos a nato Chriſto, Iureconſultos & leges præcipuas enumerat, licet non vltra Iuſtiniani tempora procedat. MARTINVS LIBERGEVS *vniuerſæ iuris hiſtoriæ deſcriptionem* dedit *Pictauii* 1567. 4. Breuis quidem, aſt accuratus eſt IACOBVS GOTHOFREDVS in *manuali iuris*, & qui cum eo prodiit IOSEPHVS MARIA SVARESIVS in editione vltima, *Amſtelodami* apud Elzeuirios 1663. 4. SIMONIS van LEVWEN libellus de *origine, progreſſu, vſu atque auctoritate iuris ciuilis, cum notis Vinnii* editus, *Lugduni Batauorum* 1671. 8. haud ita pridem apud nos recuſus, quæ legum veterum, librorum iuris & variarum editionum ſit ratio, erudite perſequitur. IOHANNIS DOVIATII *Hiſtoria Iuris Ciuilis Romanorum, Pariſ* 1678. 12 in hoc ſcripto origo & progreſſus Iuris Ciuilis, autoritas & vtilitas, tum etiam iuris Iuſtinianei partes atque ordo partium demonſtrantur; ſimulque Gallici Iuris origo perſtringitur. *Breuis introductio in hiſtoriam iuris priuati, quo hodie in terris Germaniæ vtimur*, quæ *Guelferbyti* 1687 12. edita, modos quidem allegandi docet, alias vero ob breuitatem non ſufficit. Maioris omnino ſunt æſtimandæ GEORGII SCHVBARTI de *fatis*

*Iuris.*

Digitized by Google

*Iuriſprudentiæ Romanæ exercitationes academica, Ienæ 1696. 8.* His leges & legum actiones, atque magiſtratus iuri dicundo præfectos, qui fuerunt ſub Regibus & libera Republica, erudite perſequitur. Egregius eſt IOANNIS VINCENTII GRAVINÆ de *ortu & progreſſu iuris Ciuilis liber*, quem ad Clementem XI ſcripſit atque edidit *Neapoli 1702. 8.* recuſus *Lipſiæ 1704. 8.* Iterata eademque locupletior editio prodiit *Lipſiæ 1704. 4.* Hæc non librum primum ſolum continet, verum libros duos poſteriores, qui in priori editione non comprehendebantur. Primo quidem libro ſtatum ciuitatis & iuris Romani, huius originem atque progreſſum, qui fuit vsque ad reſtauratam per Irnerium Iuriſprudentiam Iuſtinianeam, demonſtrat. De Iureconſultis etiam non Romanis ſolum, ſed illis etiam, qui poſt Irnerii tempora clauerunt, breuiter agit. Alter liber iuris naturæ & Gentium originem, legum etiam XII Tabb. explicationem continet. Tertius legibus & Senatus conſultis eſt deſtinatus. Fateor, elegans eſſe opus & reliquis facile præferendum; ob ſtyli etiam venuſtatem æſtimandum, in quo hiſtoria iuris Romani, quale fuit ante Iuſtiniani tempora concinne illuſtratur. Verum, parcus eſt in iure Iuſtinianeo, parcus in iure Græco, parcior in progreſſu iuris poſt



Digitized by Google

reſtaurationem, de quo nil agit, niſi quod de potioribus Iureconſultis aliqua proponat. Primordia iuris naturæ & Gentium, quæ altero libro aperiuntur, breuia ſunt atque adhuc ieiuna; melior explicatio iuris Papiriani & LL. XII Tabb. In legum etiam atque SCtorum explicatione prolixior eſt ac in earundem hiſtoria. Ad hiſtoriam iuris mediæ ætatis faciunt potiſſimum notæ Gothofredianæ ad Codicem Theodoſianum, vna cum adiecta notitia dignitatum & Proſopographia.

§. V.

*Scriptores de Irnerio & huius erroribus.*

De Irnerio multa inter ICtos fuit controuerſia. Irnerium quidem erraſſe non ſolum in extrahendis, ſed etiam ordinandis authenticis præter Bartolum & Baldum primus ſpeciali ſcripto docuit IOANNES IACOBVS WISSENBACHIVS in *ſylloge errorum Irnerianorum, Franeckeræ 1640. 8.* edita. Hunc ſecutus eſt GEORGIVS RITTERSHVSIVS, qui *promulſidem* ſcripſit *errorum Irnerianorum. Argentorati 1669. 4.* Cauſſam Irnerii egit IO. STRAVCHIVS in *Irnerio non errante, Ienæ 1682.* & inter alia opera, *Gieſſæ 1679. 4.* qui tamen ad vnicam ſaltim facit authenticam, *quas actiones de S. S. eccleſiis.* Deinde plenius ALEXANDER ARNOLDVS PAGENSTECHERVS

*Irne-*

*Irnerium non vapulantem* edidit, *ſ. Commentarium ad authenticas Codicis. Gröningæ 1702. 4* in quo Irnerium contra Wiſſenbachium & Rittershuſium ab imputato errore defendit, atque eum non eſſe auctorem monſtrat, eo quod authenticæ iam a Gregorio M. & Iuone adlegentur: alias cum Nouellis conueniant. Refutauerat quidem eum in diſſertatione ſua *de auctore, auctoribusue authenticarum* CORNELIVS BINDERSHOEK, cui tamen per corollarium ſaltim breuiſſimis reſpondet. Exinde AVGVSTVS HOVCKIVS *Breue Anti-Byndershoekianum* ſcripſit, quod cum aliorum, qui Pagenſtecheri opinionem defenderunt, acceſſionibus vna cum ipſius Pagenſtecheri admonitoriis ad Pandectas prodiit *Coloniæ 1706. 8.*

## Th. VI.

*Scriptores qui faciunt ad hiſtoriam iuris Germanici.*

Iſti vero, quos adlegauimus, ad hiſtoriam iuris Ciuilis ſaltim faciunt: alii vlterius ad rationem iuris Germanici fuerunt progreſſi. IOANNES SITHMANNUS in *Speculo* ſuo *Imperii Romani*, *Stetini 1661. 8.* edito, non ſolum hiſtoriam iuris ab origine vrbis deſcribit vsque ad Iuſtiniani tempora, ſed agit etiam de origine iurium Gothicorum, Longobardicorum, de iure Doctorum & academiarum, acceſſione

iuris

iuris feudalis, Canonici, & iuris publici introductione, licet mediæ ætatis hiſtoriam per tranſennam ſaltim exponat, nec vbique ſatis ſit accuratus. Præſtat omnino HERMANNI CONRINGII tractatus *de origine Iuris Germanici, Helmſtadti 1665. 4.* editus. Hic enim iuris Germanici tam generalis tam prouincialis & diuerſorum populorum ante plane ignotam aut fabulis contaminatam ita explicauit, vt ſatis fecerit eruditis. Addi tamen poteſt IUSTI GEORGII SCHOTTELII tractatus *von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland, Francofurti 1671. 8. & 1702. 8.* In hoc tractatu particularia quædam iura apud Germanos olim in diuerſis prouinciis, partim etiam nunc vſitata, vtpote *vom Mann-Recht, Gan-Recht, Hageſtocken-Recht Baar-Recht*, & ſimilia, ſecundum originem ſuam & antiquitates probe illuſtrat. Addi poſſunt diuerſa mediæ ætatis Gloſſaria.

## §. VII.

*Scriptores qui faciunt ad hiſtoriam iuris Gallici & gentium aliarum.*

Francici iuris hiſtoriam præter Conringium de origine iuris Germanici, perſecutus inſimul eſt IOANNES DOVIATIVS in *hiſtoria iuris Ciuilis Romanorum, Pariſiis 1678. 4.* qua etiam Gallici iuris origo explicatur: IOANNES BOSCAGERIVS edidit tractatum *de iuſtitia & iure, Pariſiis*

1689.

Digitized by Google

*lib. 12.* In hoc quidem prima iuſtitiæ initia proponit, potius tamen originem iuris Ciuilis, Canonici & Francogallici declarat, auctores, interpretes & collectores commendat. MATTHÆI HALE *Hiſtoria & Analyſis Legum Angliæ*, liber nondum typis exſcriptus, adlegatur in Actis Eruditorum menſe Iulio 1703. *p. 315.* Ad hiſtoriam iuris Hiſpanici facit egregie GERHARDUS ERNESTUS de FRANCKENAU cuius *ſacra themidis Hiſpanæ arcana, Hanouera 1703. 8.* comprehendunt iurium legumque ortus, progreſſus, varietates & obſeruantiam, cum præcipuis gloſſarum, commentariorumque auctoribus & fori Hiſpanici praxi hodierna, qui inſimul refert binos Hiſtoriam Danicam ſibi propoſuiſſe ſcribendam, PETRUM RESENNIUM atque OTTONEM SPERLINGIUM, quorum iſte *Chronologiam Danico-Latinam Iuris Ciuilis & Eccleſiaſtici Danici, Norwegici, Islandici & Grönlandici*; hic vero *Hiſtoriam Iuris Danici* meditetur; Neutrum tamen prodiit. Ad hiſtoriam iuris Danici facit IOANNES MOLLERVS in *Iſagoge ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, Hamburgi 1691. 8.* Speciatim ad iura *Arragoniæ* extat MICHAELIS MOLINI ſ. DEL MOLINO *Repertorium fororum & Obſeruantiarum Regni*

*Arragoniæ, Cæſaraug.* 1585. f. Subnectimus IO. LVCÆ CORTESII *Hiſtoriam Iuris Hiſpanici.* Ad hiſtoriam iuris Suecici præter Loccenium, facit CAROLVS LVNDIVS in *Zamolxi, Vpſaliæ* 1687. 4. atque alii, quos ſupra capite quinto §. XV. adduximus.

## §. VIII.

*Scriptores qui de vſu atque auctoritate iuris Ciuilis egerunt.*

Plures ſunt, qui de auctoritate iuris ſcripſerunt, GVILIEMVS BENEDICTVS, *Lugduni* 1674. 4. IOACHIMVS HAGEMEYERVS, *Francofurti* 1663. 4. HELFRICVS VLRICVS HVNNIVS *de auctoritate iuris, Gieſſæ* 1629. 8. IACOBVS RÆVARDVS *de auctoritate prudentum, Helmſtadti* 1660. 4. *De libris iuris Ciuilis & Canonici* tribus diſſertationibus egit ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ* 1605. 8. *De librorum iuris Romani quantitate & qualitate* ADAMVS RICCIVS, *Regiomonti* 1635. 8. Omnium vero inſtar eſt ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctoritate iuris Ciuilis Romanorum in dominiis principum Chriſtianorum, Londini* 1653. 8. qui non in genere ſolum, quæ iuris Ciuilis fuerit auctoritas, demonſtrauit, ſed etiam quis eius adhuc in diuerſis Europæ regnis atque rebuspublicis ſit vſus, licet maiorem nonnunquam Ciuili iuri auctoritatem

tribuat

Digitized by Google

tribuat, ac hodie obſeruatur. Addi poteſt IOANNES VOETIVS *de vſu iuris Ciuilis & Canonici in vnito Belgio, Traiecti* 1657. 12. & CHRISTIANI THOMASII diſſertatio *de vſu actionum pœnalium Iuris Romani in foro Germaniæ, Halæ* 1693. 4. & in *vindiciis corollarii de exiguo Pandectarum vſu in foris Germaniæ* anno 1692. publicatus, & nunc tractatui de næuis Iurisprudentiæ Iuſtinianeæ adiectis. Præcipue nota eſt controuerſia, quæ iuris Romani ratio ſit atque auctoritas in foris Germaniæ. Vulgaris Iureconſultorum eſt ſententia, Ius Ciuile abolitis prioribus Germaniæ legibus in foris Germaniæ ſolum fuiſſe receptum. Hanc autem Io. Schilterus Exercitatione I. ad Pandectas §. XI. atque in reſponſo XXX. §. CXXXVIII. ita emendat, vt ſtatuat, præter ius patrium & veteres Leges Germanicas Francorum, Saxonum, Alemannorum, receptum ſuperioribus ſeculis fuiſſe etiam Ius Romanorum, non peculiari conſtitutione, ſed vſu & conſuetudine fori, ita, vt fundatam intentionem habeat allegans legem Romanam Iuris Iuſtinianei, nec oporteat, vt obſeruantiam eius actor probet, ſed reo incumbat probare, illam propter contrarium ius Germanicum non potuiſſe recipi. Hanc & priorem impugnauit CONRA-

DVS

DVS SINCERVS, ſiue potius IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS in ſua diſſertatione epiſtolica *de Germanicarum Legum Veterum ac Romani Iuris in Republica noſtra origine auctoritateque praſenti, Lipſia 1682. 12.* In eadem peculiari diſſertatione contendit, leges Germanicas adhuc eſſe in vigore, & fundatam allegantibus dare intentionem, ius vero ciuile ſecundario duntaxat & velut inſtrumentum adhiberi, nec ſuppeditare intentionem fundatam allegantibus, niſi probent, peculiari conſtitutione, conſuetudine ac re iudicata illud eſſe receptum. Huic tamen Schilterus reſpondet in Actis Eruditorum anni 1682. p. 366. Nouiter demum ſingulari ſcripto Kulpiſio & ſectatoribus reſpondit IO. CASPAR HEYDELMANN, ſub titulo: *Diatribe Hiſtorico-Iuridica de Receptione iuris Romani, eiusdemque ac Legum Germania veterum, uti & Saxonici & Sueuici Speculorum in foris vſu, autoritateque praſenti.*

## §. IX.

*Scriptores qui de methodo iuris egerunt.*

Methodum iuris vel docendi vel diſcendi deſcribunt varii. Collegit tales ſcriptores ante ſeparatim editos NICOLAVS REVSNERVS in *cynoſura iuris, Spira 1588.* edita. Continet illa REVSNERVM

RVM de *arte Iuris Iuſtinianei*, FRANCISCI DVARENI *de ratione docendi diſcendique iuris epiſtolam*, EGVINARII BARONIS eadem de re commonefactionem, MATTHÆI WESENBECII *de iuris arte & ſcientia comparanda prolegomena*. Eiusdem *epiſtolam de ſtudio iuris recte inſtituendo*, FRANCISCI BALDVINI *fragmentum de optima iuris docendi diſcendique ratione*, IACOBVM THOMINGIVM *de modo & ratione diſcendæ iurisprudentiæ*, SVFFRIDI PETRI *de iuris arte fragmentum*, HIERONYMI ELENI *de optima facillimaque iuris ciuilis perdiſcendi ratione*, CLAVDII CANTIVNCVLÆ *parænefin de ratione ſtudii legalis* CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI *epitomen tyrocinii iuris ciuilis*, MATTHÆVM GRIBALDVM *de methodo ac ratione ſtudendi in iure*, MODESTINI PISTORIS *locos communes totius iuris*, CHILIANI GOLDSTEINII *de præcipuis materiarum iuris ſedibus*, NICOLAI EVERHARDI *ordinem ſtudendi in iure ciuili*, eiusdem *leges* præcipuas perdiſcendas, IACOBI MENOCHII *conſilium de legendis interpretibus ſuper principaliores iuris tractatus*, IO. APELII *de ſtudio iuris ac legum*, *Anonymi librum, de iurisconſulto perfecto*, IVLII PACII *de iuris ciuilis difficultate ac docendi methodo*, FRANCISCI



Digitized by Google

HOTTOMANNI *Iuriſconſultum, ſeu de optimo genere iuris interpretandi*, MARCI ANTONII DELRII *de principiis ſeu elementis iuris epitomam*, IOANN. THOMÆ FREIGII *ideam boni & perfecti Iureconſulti*, ANDREÆ ALCIATI & MATTHÆI GRIBALDI *de iuris interpretibus*, NICOLAVM REVSNERVM *de ICtis Italiæ, Galliæ, Germaniæ*, & STEPHANI BRODÆI *proſopopæiam Iurisprudentiæ*. Poſt hosce prodierunt MICHAELIS TEVBERI, HERMANNI VULTEII & ÆGIDII MOMMERII tractatus tres *de modo diſcendi, docendi & exercendi iura, Licha 1605. 8.* Habemus alias HIERONYMVM HASTÆVM *de iurisprudentiæ methodis, Venetiis 1615. 4.* IOANNEM CALVINVM *de ſtudio iuris recte inſtituendo, Francofurti 1600. 8.* CHRISTOPHORI BESOLDI diſſertationem *de addiſcenda & exercenda iurisprudentia, Tubingæ 1616. 4.* CLAVDII de CHAILLON de CABINOL *methodum breuem ediſcendi iuris, Pariſiis 1644. 8.* CHRISTOPHORI WALTHERI *methodum ſtudendi iura, Coloniæ 1639. 8.* VDALRICI ZASII *methodum diſcendi iuris* quæ inter Opera extat, OTTONIS PHILIPPI ZEPPERI *cynoſuram legalem, Bremæ 1664. 8.* ANGELVM MATTHÆACIVM, *Venetiis 1591. 8.* DIODORI TVL-

TVLDENI *viam conſultiſſimam ad iuriſprudentiam*, *Coloniæ* 1624. 4. OTTONEM MELANDRVM *de modo diſcendi & docendi iura*, *Lichæ* 1605. 8. PETRVM GREGORIVM TOLOSANVM *de iuris arte & methodo*, *Francofurti* 1599. 12. CHRISTIANI HENELII *ſtatuam Mercurialem*, *ſ. viam rectam ad Auguſta adyta ſacra Themidos*, *Coloniæ Marchicæ* 1661. 12. IO. LOCCENII *de ſtudio iuris diſſertatiuncula* cum diſſertationibus variorum extat de ſtudiis inſtituendis, *Amſtelodami* 1645. 12. & plures alii, qui tamen multum adhuc difficultatis ſecum habent, nec ad noſtra tempora poſſunt accommodari. Alias pro hodierna iuris tractandi ratione ſeligenda HENRICI ERNSTII *methodus iuris ciuilis diſcendi*, *Soræ* 1647. 4. GEORGII GVILIELMI LEIBNITII *iurisprudentiæ diſcendæ docendæque methodus*, *Francofurti* 1668. 12. & PETRVS MVLLERVS *de ſtudio iuris tractando*, *Dauderſtadti* 1670. 4. VLRICVS HVBERVS digreſſionibus Iuſtinianæis *de Oratione docendi & diſcendi Iuris* diatriben edidit per modum dialogi, in qua contenta dialogi exhibet inter Georgium Conradum Crauſium & Ioannem Fridericum Böckelmannum, anteceſſores Lugdunenſes, an per compendia iuris melius addiſcatur iuriſprudentia, quod adfir-

mabat Crauſius, quam ex ipſis textibus, quæ opinio erat Böckelmanni. Recentiſſimus eſt HENRICI ERNESTI KESTNERI tractatus *de prudentia ſtudendi iura, Eiusdemque introductio vlterior ad ſtudium Iurisprudentiæ, Francofurti 1707. 4.* in qua methodum ſtudendi iura præſcribit, & ad præcipuos ſcriptores introducit. Noviſſime prodierunt CHRISTIANI THOMASII *Cautelæ circa præcognita Iurisprudentiæ Halæ 1710. 4.* vbi ea, quæ ad culturam iurisprudentiæ ſint neceſſaria ex principiis doctrinæ ſuæ moralis deducit. Addi poteſt IO. CHRISTOPHORI BARTENSTEINII oratio *de cauſſis corruptæ Iurisprudentiæ*, Argentorati habita.

## §. X.

*De requiſitis interpretis Iuris.*

Quid in iuris interprete requiratur, erudite perſequitur ALBERICVS GENTILIS, dialogis ſex *de iuris interpretibus, Londini 1582. 4. Ideam boni ICti, ſ. de optimo genere docendi & interpretandi Iuris* ſcripſit HARDEVICVS DASSELIVS, *Hamburgi 1590. 8.* & qui *de Iurisconſulto perfecto* egit VINCENTIVS PLACCIVS, *Hamburgi 1693. 8.* Errores vero in docenda iurisprudentia propoſuit & expendit IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS *in iurisconſulto vero & perſonato, Noribergæ 1604.*

Digitized by Google

ge 1664. 12. licet plures adhuc poſſint addi. Idem præſtitit PHILIPPVS SEBASTIANVS LIETNIVS in *defenſione Iuſtinianea, i. e. demonſtratione errorum Ictorum, qui Iura Cæſarea corrumpunt, Gieſſæ 1685. 12.* nec tamen eadem induſtria. Addimus IOACHIMI HOPPERI *Seduardum, ſiue de vera Iuriſprudentia, libros VII.* qui cura HERMANNI CONRINGII prodierunt *Brunſuigæ 1656. 4.* & non ſolum ea tradunt quæ legum condendarum ſcientiam, ſed etiam quæ ad iuris interpretationem faciunt.

## §. XI.

*Scriptores qui naeuos Iuriſprudentiæ Iuſtinianeæ tangunt.*

Nec tamen Ictorum tantum errores ſunt qui tangunt, ſed etiam ipſos iuriſprudentiæ næuos. Id quod egit CHRISTIANUS THOMASIUS *de naeuis Iuriſprudentiæ ante-Iuſtinianeæ, Halæ 1707. 4.* Hoc ipſo de Iuris Romani defectibus, legis actionibus & næuis Codicis Theodoſiani potiſſimum agit. Et cum ex hisce Iurisprudentia Iuſtinianea quoque fuerit deſumta, illius etiam incertitudinem tradit, quam in præfatione maxime proponit; acceſſit Eiusdem Programma de exiguo Pandectarum vſu apud Germanos. PANDULPHVS GRŌNINGI *epiſtolica diſſertatio de naeuis iuris Romani* prodiit *Ham-*

*burgi 1701. 8.* & næuos in iure medicos, politicos & ſimiles oſtendit atque modum præſcribit abbreuiandi lites, maiori auſu quam effectu. *Iuſtitiam quarundam legum Romanorum* contra Iacobum Mæſtertium defendit CYPRIANVS REGNERUS, *Lugduni Bat 1674. 12.* Cui tamen reſpondere conatur IACOBUS MÆSTERTIUS *de legum Romanarum iuſtitia, Lugduni Bat. 1647. 12* atque ex repetita lectione, *Lugduni Bat. 1676 4.* Alias eſt FRANCISCI BVRCHARDI *de hodierna iurisprudentia næuis & remediis* diſcurſus, *Hanouiæ 1682. 12.* editus, quibus incertitudinem iuris hodierni ex commentariis Ictorum & communibus opinionibus reprehendit, & methodum proponit, vt codex iuris patrii conſcribatur. Huc etiam facit CHRISTFRIEDI WÆCHTLERI *de Vetere Iure enucleando liber*, in quem notas dedit & animaduerſiones NICANOR AVTODIDACTOS, *Veronæ 1686 12.* Recentiſſimus eſt HENRICI ERNESTI KESTNERI *de defectibus Iuris Communis in Republica Germanica*, liber, quibus prodromus concluſionum ad reformandam Iurisprudentiam ſpectantium continetur: accedit PHILIPPI BURCHARDI de *hodiernæ Iurisprudentiæ næuis & remediis diſcurſus, Rintbelii 1708. 4.* Varia ſunt problemata,

quæ

quæ proponit, quæ partim ad Iuriſprudentiæ Romanæ reformationem; iuris Romani auctoritatem & receptionem apud Germanos, huius etiam næuos & ſimilia faciunt. Prodiit poſthac eiusdem KESTNERI *Diſcurſus de Iurisprudentia Papizante Rintel 1711. 4.* vbi multas adducit leges, in quibus papizans aliquid aut ſuperſtitioſum comprehendi notat. Fuerunt alii, qui paſſim in ſcriptis ſuis leges Romanas iniquitatis inſimularent, Guilielmus Ameſius, Antonius Matthæus, Ioannes Iacobus Wiſſenbachius, Simon a Grœnevvegen, Bernardus Autumnus atque alii, præ cæteris vero ANTONIUS FABER, in erudito ſuo ſcripto de *erroribus pragmaticorum & interpretum iuris, Lugduni 1598. 4.* in quo non ſolum declarauit varios errores interpretum, & præcipue eorum, qui in foro verſantur, ſed etiam ipſos nonnunquam errores iuris tangit. Contra hos tamen VLRICUS HUBERUS *Eunomiam* ſcripſit *Romanam ſiue Cenſuram Cenſuræ Iuris Iuſtinianæi*. Quod opus poſthumum, curante ZACHARIA HVBERO, filio, editum *Franeckeræ 1700. 4.* Opus eſt magni laboris, per diſputationes olim in academia Franeckerana propoſitum, quod tamen auctori, dum fato præuentus, abſoluere non licuit, ſed tan-



Digitized by Google

tum ad titulum de Ritu nuptiarum illud perduxit. Non negandum quidem, multas leges in hac eunomia explicari, & ab emendatione vindicari magna eruditione, nec tamen omnes næui plane ſunt ſoluti & ius ab incertitudine ſua liberatum. Hanc autem iuris incertitudinem & rationem a Chriſtianorum moribus nonnunquam alienam ipſe aliquando docebo in *iurisprudentia Chriſtiana*, cum gentium iura & ad ſtatum Romanum accommodata male adplicentur ad Germaniam: peius ad ſtatum Chriſtianum.

## §. XII.

*Scriptores qui compendia iuris ediderunt.*

Pergimus nunc ad eos, qui minores iuris ideas atque prudentias ſcripſerunt. Horum omnium ſi numerum & recenſionem inire velimus, tempus non ſufficeret. Olim quidem magni fiebat IOANNIS ALTHVSII *iurisprudentia Romana*, *Herbornæ 1 23 8.* quem ſequebatur HERMANNUS VULTEIUS, *Hanouiæ 1652 8.* cuius *iurisprudentiam contractam* edidit IOANNES ARNOLDUS CORVINUS, *Amſtelodami 1665. 12* & MATTHIAS STEPHANI in *ſynopſi iurisprudentiæ Iuſtinianeæ*, *Roſtochi 1624 12.* IOHANNIS SHILTERI *Iurisprudentiæ totius tam Romanæ quam Germanicæ priuatæ legitimæ Elementa*, *Argento-*

*rata 1698. 8.* IOANNES a RHEDEN *ideam* ſcripſit *iuris Romano Germanici, Bremæ 1687. 12* editam, quæ ex ſyntagmate beati parentis eſt excerpta, & primas tantum iuris lineas continet. Sic etiam IOANNES FERDINANDVS BEHAMB *ſciagraphiam Struuianam Iuris priuati* edidit *Lincia 1672 8.* Ad prima quoque iuris Romani fundamenta facit IOANNIS VOETII *Compendium Iuris, Lugduni Batauorum 1683. 8.* THEODORI SCHöPFERI *iurisprudentia* & SEBAST. SCHELKENS *elementa iurisprudentiæ Romanæ. Franecqueræ 1681. 8.* ad ius ciuile tantum faciunt. In quo tamen optimum eſt IOACHIMI HOPPII *examen inſtitutionum imperialium, Francofurti 1696. 12.* in quo non ſolum prima rudimenta, ſed etiam ſolidiora fundamenta typorum diuerſitate videmus diſtincta, ſingula per leges & conſuetudines Germaniæ probata: additum quoque memoriale actionum, ſingula ad vſum Iuris ſtudiorum perquam accommodata. RICHARDI ZOVCHÆI quoque *elementa iurisprudentiæ, Lugduni Batauorum 1653. 12.* ſuam adhuc habent commendationem. PETRI MüLLERI *iurisprudentia elementaris* ad inſtitutionum ordinem eſt diſpoſita, *Ienæ 1673. 4* Sic etiam IOANNIS OTTONIS TABORIS *partitiones iurisprudentiæ methodicæ elementaris* eandem ratio-



Digitized by Google

nem habent. Idem inſtitutum fuit IOANNI EISENHARTO, in *doctrina generali inſtitutionum iurisprudentiæ, Helmſtadti 1683 4.* & SAMVELI RACHELIO in libris quatuor *Inſtitutionum iurisprudentiæ, Kiloni 1684. 4.* quos ex Ariſtotelis moralibus depromſit. SAMVELIS PVFFENDORFFII *elementa iurisprudentiæ, Hagæ-Comitum 1660. 8.* ex naturalis æquitatis principiis eandem deducunt. Commendanda tamen præ cæteris eſt *b. parentis iurisprudentia Romano Germanica forenſis* ad vſum fori, Saxonici præſertim, accommodata, quam per additiones ſuas ſupplere adgreſſus fuit LüDERVS MENCKENIVS, ICtus Lipſienſis, vt eo melius introduceret in Pandectas. Melius tamen ab inſtitutis aditus paratur ad Pandectas per dictam iurisprudentiam, ſi addantur VLRICI HVBERI *poſitiones iuris contractæ ſecundum Inſtitutiones & Pandectas* ad primordia diſciplinæ vſumque attemperatæ, *Franekeræ 1682. 8.* & *cum ſcholiis* CHRISTIANI THOMASII, *Lipſiæ 1685. 8.* qui liber egregius eſt ad ius Iuſtinianeum, vſumque fori modernum quem addidit Thomaſius, optime introducens. IOANNIS MARTINI VNVERFÆRTI *pædia iurisprudentiæ*, quæ *Halæ* recuſa *1699. 8.* ſuam hæbet æſtimationem, & quæ nouiter prodierunt IOANNIS OR-

ORTVINI WESTENBERGII *principia iuris*, quibus accedunt diſſertationes IV de portione legitima, liberis, parentibus & fratribus relinquenda, *Amſtelodami 1699. 8.* quæ ſecundum ordinem inſtitutionum fuerunt diſpoſitæ, atque DANIELIS GALTIERI *Theophilus renouatus, ſiue leuis ac ſimplex via ad inſtitutiones iuris Ciuilis*, *Toloſæ 1678. 4.* & qui æque ad ius Ciuile tantum faciunt, IOANNIS van MVYDEN *compendioſa Pandectarum tractatio, Traiecti 1695. 8.* & CORNELII van ECK *principia iuris ciuilis, Traiecti 1694. 8.* Sic etiam ſumma iuris Romani capita in *hypomnematibus* ſuis *iuris* ad ſeriem Inſtitutionum abſoluit HENRICVS COCCEIVS, *Francofurti ad Viadrum 1698. 8.* & GEORGIVS BEYERVS in *poſitionibus ad Inſtitutiones, Lipſiæ 1703. 8.* Nouiter prodiit IOAN. PAVLI KRESSII *ſpecimen Iurisprudentiæ Ciuilis forenſis, Ienæ 1709. 8.* in quo ſingulari vtitur methodo pro ordine materiarum, relicta vulgata alias ſecundum Pandectas vel Inſtituta diſpoſitione. Inferit etiam ea, quæ ad praxin vel mores Germanorum faciunt hodiernos. Item FRIDERICI GOTTLIEB STRUVII *Compendium Digeſtorum, Ienæ 1711. 8.* ad methodum Syntagmatis Struviani conſcriptum. Haut ita pridem recuſa fuit IACOBI FRIDERICI LUDOVICI *Doctri-*



Digitized by Google

*na Pandectarum*, cum Hiſtoria earundem & Wiſſenbachii Emblematibus Triboniani, *Halæ* 1714. 8.

§. XIII.

*Scriptores ſyſtematum iuris Ciuilis.*

Subſequuntur iſti, qui ſyſtemata ad Pandectas compoſuerunt. Illi autem duplices ſunt, vel ad Pandectarum ordinem agunt, vel propria methodo. Inter illos quidem magnæ induſtriæ eſt *Collegium Argentoratenſe*, quod IVSTI MEYERI cura prodiit *Argentorati* 1657. 4. atque ad cauſſarum methodum eſt directum, a diuerſis auctoribus compilatum. Confert autem Pandectas & Codicem, & collatis textibus oſtendit, vbi materia vel extenſionem vel limitationem admittat. Quod dein *enucleatum* edidit GEORGIVS BICCIVS, *Argentorati* 1667. 4. IO REBHAHN edidit *Paralipomena Meierianorum*, *ſiue Quæſtionum Iuris Selectarum ad vberiorem Collegii Argentoratenſis interpretationem directarum decades octo*, *Argentor.* 1672. 4. Eandem methodum ſecutus eſt AMADEVS ECKOLD in *compendiaria Pandectarum tractatione*, *Witteberga* 1670. 4. & FRIDERIC SCHRAGIVS, in *introductione ſua ad Pandectas*, *Argentorati* 1688. 8. qui ad docendam iuris connexionem plurimum conducit, IOANNIS a FELDE *elementa iuris vniuerſi & in ſpecie*

*ſpecie publici Iuſtinianei, Francofurt 1664. 4.* edita, in quibus vera iuris principia methodo analytica eruere conatur, ex principiis moralibus, nec tamen adplauſu adeo magno. IOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI *exercitationes ad π.* quæ *Heidelbergæ* prodierunt *1664. 8.* ipſa iuris fundamenta & controuerſias compendioſe tradunt. GEORGII ENGELBRECHTI vero *diſſertationes ad Pandectas* ab eo, quod vel plurimas quæſtiones illuſtres & caſus ſpeciales ex conſtitutionibus, præſertim Brunſuico Lüneburgenſibus decidunt, ſunt commendandæ, recuſæ *Helmſtadtii 1697. 4.* VLRICI HVBERI *prælectionum ad ius Romanum pars ſecunda & tertia, Franeckeræ 1689. & 1690. 4.* edita, ad ſolidam iuris Romani prout in Pandectis continetur, rationem, eiusdemque vſu forenſi collationem faciunt, ſingulares etiam caſuum deciſiones continent. Nouiter demum prodierunt cum ſcholiis Chriſtiani Thomaſii, cura Lüderi Menckenii, *Lipſiæ 1707. 4.* In ſcholiis Thomaſius ſe contra Huberum defendit, ſæpius tamen in ipſius transit ſententiam. Menckenius vero differentias iuris Ciuilis & Saxonici addidit, vt Huberus illis etiam, qui in foris Saxonicis eodem vtuntur, vtilis reddatur. Selectas tantum iuris quæſtiones pertractauit IOANNES IACOBVS WISSEN-

SENBACHIVS in *exercitationibus ad Pandectas, Franeckeræ 1661. 4.* HENRICI HAHNII *obſeruationes theoretico practicæ ad Weſenbecium*, quæ prodierunt *Helmſtadti 1668. f.* ad vſum forenſem multum conducunt: Receptum in academiis plerisque eſt *Syntagma Struuianum.* Hoc poſtea perpetuis remiſſionibus ad Pandectas contulit *ADRIANVS BEYERVS*, in *harmonia Struuiano-Schnobeliana, Ienæ 1674. 4.* In idem ſyntagma prodierunt *HENRICI ERNESTI FLOERCKII* adfinis amiciſſimi, *adnotationes, Magdeburgi 1707. 4.* Hoc inſecutum eſt *Compendium Lauterbachianum*, quod ob minutum caracterem breuius eſt, ex eiusdem collegio ad Pandectas a Schützio extractum, licet & illud ipſum *Collegium*, quod *Tubingæ 1690. 4.* prodiit, & nuper demum fuit abſolutum, ob deciſiones variorum caſuum ſingularium ſuam laudem mereatur. Ad illud vero Compendium illuſtris *STRYKII* habemus *adnotationes ſuccinctas, Lipſiæ 1701. 4.* quæ Lauterbachium admodum faciunt perſpicuum. *ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI ſicilimentorum ad Compendium Lauterbachianum manipuli tres, Coloniæ 1694. & 1696. 8.* controuerſias tractant ex toto compendio. Nouiter demum prodierunt GOTTLIEBI GER-

HARDI

Digitized by Google

HARDI TITII *obſeruationum ratiocinantium in Compendium iuris Lauterbachianum centuria V, Lipſiæ* 1703. 8. in quibus vulgaria præiudicia euellere conatur. *BERNHARDI KLEPPERBEINI examen & repertorium compendii iuris Lauterbachiani* prodiit *Lipſiæ* 1705. 8. Singula, quæ in Lauterbachio continentur, per quæſtiones deduxit, atque indicem rerum adiecit, item definitiones actionum forenſium cum formulis petendi Germanicis. Præter hæc prodiit *IVSTI HENNINGI BOEHMERI introductio in ius Digeſtorum; acceſſerunt tituli de V. S. & R. I. ad ſeriem materiarum, Halæ* 1704. 8. Ordine Pandectarum progreditur, ita, vt in ſingulis titulis præter definitionem & diuiſionem certa ſtatuat requiſita, eademque reiectis inutilibus ex antiquitatibus & praxi hodierna illuſtret, ſubiunctis vbique legibus notabilioribus. GEORGII BEYERI *delineatio Iuris Ciuilis, Lipſiæ* 1704. 8. edita, pro ordine Pandectarum certis poſitionibus eſt propoſita. IO. KLEINII *annotationes ad Schœpferi Synopſin Pandectarum, Roſtochi* 1806. 4. ſatis ſunt prolixæ. Ad hunc porro vſum ſpectat LUDERI MENCKENII *Tractatio Synoptica Pandectarum Theoretico-Practica Iuri Communi vſuique moderno Imperii & præcipue Saxonico accommodata, ita, vt vice Supplementi Lauterbachiani eſſe queat,*

in

Digitized by Google

*in Tabulas redacta & axiomatibus applicatis illuſtrata, Lipſ. 1697. f.*

§. XIV.

*Syſtemata iuris qui propria ediderunt.*

Propria methodo ſyſtema iuris præſcripſerunt alii : vt OSWALDVS HILLIGER in *Donello enucleato, Ienæ 1627. 4.* & *Antwerpiæ 1642. f.* qui liber accuratus eſt, ad iuris ciuilis principia faciens egregie. HENNINGUS RENNEMANNUS in *iurisprudentia, Francofurti 1651. 4.* edita, nimium philoſophatur. Inter maiores, qui ſyſtematum more iura tractant, habemus PETRI GREGOR. THOLOSANI *ſyntagma iuris vniuerſi, Francofurti 16.1. f.* in quo tamen plura congeſſit quam digeſſit, methodo etiam vtitur iniuſta, dum ius Rerum iuri perſonarum præferat, FRANCISCI CONNANI *commentaria Iuris Ciuilis, Hanouiæ 1610. f.* in iure Ciuili ſunt prolixa. HELFRICI VLRICI HVNNII *encyclopædia iuris vniuerſi, Coloniæ 1675. f.* Singulari methodo vſus eſt NICOLAVS VIGELIVS, dum ſeparatim ederet *Methodum iuris vniuerſi, Francofurti 1628. f. Methodum Iuris Pontificii, Baſileæ 1616. 8. Methodum Iuris Ciuilis controuerſi, Moguntiae 1652. f. Methodum iuris feudalis, Hanouiæ 1597. 8.* quibus omnem iuriſprudentiam abſoluit, ita, vt certas regulas, harum exceptiones & replicationes

per

per breuia axiomata proponat; addita ſemper lege, qua ſingula confirmet. Et ne praxis deſit, addidit *praxin forenſem*, methodo ſuæ nouæ adaptatam & *reſponſorum iuris centurias quatuor*, *Francofurti* 1620. 8 *Methodum Obſeruationum Cameræ Imperialis*, *Baſileæ* 1581. & *Coloniæ* 1601. 8. Licet autem ipſius methodus a multis adprobaretur, recepta tamen non fuit. Plenius de eodem agit MORHOFIVS *Polyhiſtore tom. III. ſ. V*. Ex Scriptoribus nouiſſimis huc pertinent GOTTLIEB GERHARD TITII *Iurisprivati Romano-Germanici Libri duodecim*, *Lipſiae* 1709. 4. qui ſingulari plane methodo iuris præcepta tradit.

## §. XV.

Alii paratitla Iuris ciuilis ediderunt, quibus cuiuslibet tituli Pandectarum connexionem docent. Hæc autem paratitla, quæ dicantur, explicauit Ægidius Menagius in amœnitatibus Iuris cap. XV. Æſtimabantur olim BERNHARDI AUTUMNI *paratitla*, *Pariſiis* 1617. 12. IACOBI CVIACII, *Coloniae* 1615. 8. & quæ maximi fiebant MATTHIÆ WESENBECII, quarum repetitionem edidit IOANNES BRVNNEMANNVS, *Francofurti ad Viadrum* 1665. 8. Optima vero nunc ſunt CLAV- *Scriptores qui paratitla iuris ediderunt.*

DII COLVMBET *paratitla Digeſtorum, Pariſiis 1683 12.* edita, quæ etiam cum ſyſtemate quodam iuris couiungenda. Huc etiam ſpectant IO. DOMATI *Legum delectus ex libris Digeſtorum & Codicis, Amſtelodami 1703. 4.* CLAUDII IOSEPHI de FERRIERE *Noua & methodica Iuris Ciuilis Tractatio, ſiue noua & methodica Paratitla in quinquaginta Libros Digeſtorum, Pariſiis 1706. 8.*

§. XVI.

*Scriptores qui Germanico idiomate iurisprudentiam ſcripſerunt.*

Sed, non ſolum latino idiomate iurisprudentiam exhibuerunt, verum etiam Germanico idem alii egerunt. ANDREAS PERNEDERVS quidem primum inſtitutiones in Germanicum idioma tranſtulit atque edidit *Ingolſtadti 1567. f.* Hanc ſecuta eſt verſio alia in terris electoralibus facta, cuius liber primus *1580. 4.* prodiit, & præter textum latinum cum translatione, in fine cuiuslibet tituli conſtitutionem Iuris Saxonici continet, & prout cum iure ciuili vel conueniat vel diſcrepet, docet. Sic etiam periculum in translatione Pandectarum factum, primis libris quatuor in germanicam linguam translatis atque editis *1584. 4.* Locus impreſſionis additus non eſt, inſignia tamen electoralia, quæ editione præfixa, coniecturam faciunt, auctoritate

tate electorali fuiſſe factam. Plures libros translatos eſſe non conſtat: intermiſſus ſine dubio labor cum adplauſum non reperiret. Prodierunt etiam eiusdem Pernedeti *proceſſus, ius feudale, criminale ſumma Rolandina de contractibus, Regulæ iuris Socini*, in germanicum translata, *Ingolſtadti 1567. f.* Idem poſtea egit NOEMEVRERVS in libro, cui titulus: *Liberey Kayſerlicher auch Teutſcher Nation Land- und Stadt-Recht, Heidelbergæ 1582. f.* in quo proceſſum, materiam contractuum, teſtamentorum & ſucceſſionum pertractauit. GEORGII ADAMI STRUVII *teutſche Iurisprudenz* ſatis eſt nota, olim iuſſu Erneſti Pii compoſita, poſt, variis acceſſionibus aucta, haut ita pridem cura *Henrici Erneſti Flœrkii* prodiit *Lipſiæ 1704. 4.* recuſa *1706. & 1711. 4.* quo non ſolum quid iuri Ciuili & Saxonico ſtatutum, exponitur, ſed etiam pleraque ex ſtatutis prouincialibus deducuntur. Antea prodierat HENRICI ANTONII GEISII *Teutſches Corpus Iuris, oder Kern und Auszug aller des Heiligen Rœmiſchen Reichs Kayſerlichen, Teutſchen Bürger- und peinlichen Lehn, Geiſt- und Weltlicher, Land- See- und Kriegs-Rechten mit gewœhnlichen Proceſſionen 1703.* in forma ſyſtematis iuris ciuilis. Poſt hanc prodiit IEREM. FRANCKENBERGII *illuſtrium materiarum iuris praxis*



Digitized by Google

*moderna Lipſia 1704. 4.* Deciſiones ſunt rerum iudicatarum, quæ potiſſimum in foro occurrunt, ſecundum ordinem Inſtitutionum diſpoſitæ, atque ex ſcriptis recentiorum ICtorum compilatæ.

§. XVII.

*Scriptores Polemici.* Succedunt ſcriptores Polemici, qui controuerſias iuris & antinomias enodare conantur. Horum autem habemus quamplures. *Nucleum* quidem *iuris controuerſi* edidit IOANNES WURMSERUS, *Tubingæ 1643. 4.* Alias quoque EVERHARDI BRONCHORSTI extant *ἐναντιοφανῶν centuriæ VI, Lugduni 1621. 4. Francof. 1695. 8.* NICOLAI de PASSERIBVS *liber antinomiarum, Coloniæ 1618. 8. Gothæ 1685. 4.* & IVLII PACII *centuriæ X, Coloniæ 1643. 8.* HVBERTI GIPHANII *antinomia iuris feudalis & ciuilis, Francofurti 1666. 4.* IACOBI BRANDMULLERI *dubia Iuridica ad Inſtitutionum librum primum, Baſileæ 1663. 4.* nullius ſunt momenti. BERNARDI SCOTANI *examen iuridicum* cum diſſertationibus IOANNIS SCHMIDELII, *Ienæ 1667. 4.* editum, multas docet argutias diſputatorias. Maioris adparatus & vſus ſunt ANDREÆ FACHINÆI *libri X Controuerſiarum, Coloniæ 1669. 4.* ANTONII MERENDÆ *controuerſia iuris, Francof. 1626. 4.* &

& qui inter Polemicos hodie præcipuus habetur REINHARDVS BACHOVIVS in *notis & animaduerſionibus ad Treutleri diſputationes, Heidelbergæ 1617.* & *Coloniæ 1675. 4.* 3. Tomis. Eodem tempore in lucem edebantur HELFRICI HVNNII *reſolutiones abſolutiſſimæ in Treutlerum,* quæ ex iterata editione prodierunt *Francof. 1670. 4.* 3. Tomis. Cum autem vno tempore cum Bachouio prodirent, multæ de eo inter vtrosque æmulationes & controuerſiæ; Vtrique parum ad ſtatum Iurisprudentiæ hodiernæ conducunt. NICOLAI VIGELII *methodus iuris controuerſi* ad diſceptationes forenſes potiſſimum facit, prodiit *Moguntiæ 1652. fol.* Ad diſputationes academicas proſunt IOANNIS IACOBI WISSENBACHII *exercitationes ad Pandectas & Inſtituta, Franeckeræ 1653. 4.* GEORGII ADAMI STRUVII *euolutiones* ſæpius editæ; editio nouiſſima de anno 1713. reliquis eſt correctior & locupletior, atque ad ſyntagma eſt directa. In horum ſupplementum ſucceſſit FRIDERICI GOTTLIEB STRUVII *Sylloge Controuerſiarum Ciuilium, Ienæ 1706. 4.* Eiusdemque *Gothofredi Immo, Francofurti ad Mœnum 1695. 4.* in quo leges obſtantes a Gothofredo in notis adlegatæ conciliantur. Quibus etiam addimus LVDERI MENCKENII, inſignis



Digitized by Google

ICti Saxonici *Gymnaſium Polemicum Iuris, Lipſiæ 1689. 4.* complectens plures quam DCXV ſelectas controuerſias, maxime commendandum. Præcipue, quod in hoc vnico ſcripto plures quam in reliquis leges fuerint conciliatæ. Ad Compendium Lauterbachianum habemus IOANNIS HENRICI BERGERI *reſolutiones legum obſtantium, Witteberga 1692. 8.* Huc etiam faciunt controuerſiæ, quas inter ſe habent Iureconſulti: vti CASPAR SCHIFERDEGGERVS libros tres *ad Antonium Fabrum* ſcripſit, *Oppenheimi 1610. f.* quibus eiusdem Rationalia illuſtrat, & multorum ICtorum ſententias perſtringit, atque ſubtiliter diſputat. Contra *Fabri Codicem* ſcripſit IACOBVS LECTIVS, *Aureliæ Allobrogum 1607. 8.* Eiusdem Fabri coniecturas refutauit HIERONYMVS BORGIAS in *libris XX inueſtigationum iuris ciuilis, Neapoli 1678. f.* Alias etiam defenſarum ſententiarum decades ſcripſit aduerſus decades errorum Antonii Fabri. IOANNIS ROBERTI & IACOBI CVIACII *ſcripta contraria* coniunctim edita *Marpurgi 1604. 8.* Cuiacii vero defenſionem contra Antonium Fabrum in materia condictionis furtiuæ ſuſcepit ANTONIVS MERCATOR, *Lugduni Batauorum 1616. 8.* Nota præterea ſunt ſcripta contraria Petri Stellæ & Vdalrici

Vdalrici Zaſii, Franciſci Duareni & Franciſci Balduini, Franciſci Hottomanni & Iacobi Cuiacii, Claudii Salmaſii & Hannibalis Caroli Fabrotti.

# CAPUT OCTAVUM

## De

## SCRIPTORIBVS, QVI INTEGRA OPERA IVRIS, DECISIONES ET CONSILIA EDIDERVNT.

### §. I.

PErgimus nunc ad eos, qui integra opera iuris ſcripſerunt, inter quos eminet TRACTATVS TRACTATVVM, iuſſu Gregorii XIII in vnum congeſtus a FRANCISCO ZILETTO, *Venetiis 1584. fol. XXVII Tomis.* In hoc opere videmus ſelectos tractatus ſecundum ordinem Pandectarum iuris congeſtos. Nec inutilis pro ſtatu illorum temporum erat collectio. Hodie vero, cum de ſingulis materiis recentiores, ſæpe etiam accuratiores habeamus ſcriptores, tantam ac olim æſtimationem non habet. Promiſerunt quidem Bibliopolæ Veneti nouam editionem ſcriptoribus recentioribus adornatam, vix tamen ſpe-

*Scriptores qui integra opera Iuris ediderunt.*



Digitized by Google

ſperandum ob ſumtus nimios: eos promiſſa eſſe adimpleturos. Sic etiam varios habemus tractatus de ſingulari quadam materia congeſtos. Huic ſubiungimus *Repetitiones ſeu Commentarios in varia Iureconſultorum reſponſa*, *Lugduni 1553. f.* 8 volum. quibus diuerſi minores tractatus in certas leges videmus congeſtos. *Corpus ſelectorum tractatuum de pignoribus & hypothecis, Francofurti 1586. f. Tractatus variorum de dote, Francofurti 1586. f. Selectos tractatus in materia aſſecurationis & cautionis, Coloniæ 1569. f. Selectos tractatus de ſucceſſione, Coloniæ 1596 f.* aliosque. Habemus alias opera integra ANDREÆ ALCIATI, VDALRICI ZASII, FRANCISCI HOTTOMANNI, BARTOLI, IVLII CLARI, aliorumque, ANDREÆ TIRAQVELLI *Opera, Francofurti 1616. f. II Tomis* edita multa continent ſingularia. MARTINI AZPILCVETÆ, *Venetiis 1600. f.* edita *VI Tomis*. FRANCISCI de CALDAS PEREYRA, *Lugduni 1661. f. VII Tomis*. IACOBI CVIACII, quorum optima editio, quæ cura CAROLI ANNIBALIS FABROTTI prodiit *Pariſiis 1658, fol. VIII Tomis*. CARDINALIS de LVCA *theatrum veritatis & iuſtitiæ, Coloniæ 1680.* & ſequentibus, *VIII Tomis*. IOANNIS OTTONIS TABORIS opera, cura ANDREÆ MYLII edita, *Lipſiæ 1685. fol.*
FRAN-
Digitized by Google

FRANCISCI BORDONI *opera*, *Parmæ 1688. & 1689. f.* HVLDERICI ab EYBEN *ſcripta*, quæ de iure ciuili, priuato, publico & feudali edidit ex MStis etiam locupletata & in partes tres digeſta cum præfatione Ioan. Nicolai Hertii, *Argentorati 1708. f.* DIODORI TVLDENI *opera Iuridica omnia*, *Louanii 1702. f.* Tomi VI. CASP. MANTZII *Opera*, *Francofurti 1605. fol.* & plura alia. His addi poſſunt diſſertationes ICtorum coniunctim editæ, inter quas eminent Baſileenſium volumina nouem, Diſputationes Strykii, Lauterbachii, Hertii, Menckenii, Vlrici Huberi aliorumque.

§. II.

*Qui Deciſiones & Conſilia ſcripſerunt.*

Subſequitur Decidentium claſſis atque Conſiliorum, quorum ingens eſt numerus. Primum quidem veniunt generales, qui nulla habita ratione, nec ordine conſilia congeſſerunt, vti habentur *conſilia* FRANCISCI BVRSATI, *Francofurti 1601. Tomis 4.* ALEXANDRI TARTAGNI, *cum ſcholiis Raueſcallæ, Francofurti 1610. VII Vol.* ERNESTI COTHMANNI *conſilia & reſponſa, Francofurti 1609. 1662. II Tomis*, AYMONIS CRAVETTÆ *conſilia, Francofurti 1661 fol.* MATTHÆI WESENBECII *conſiliorum volumina VII, Wittenbergæ 1619. fol.*

BARTHOLOMÆI & MARIANI SOCI-NI, *Venetiis 1580. & Argentorati 1607. fol.* IOANNIS PETRI SVRDI *deciſiones, Francofurti 1629.* HIPPOLYTI RIMINALDI *conſilia, Francofurti 1609. fol.* NICOLAI REVSNERI *conſilia, Noribergæ 1661. fol.* IACOBI MENOCHII *conſilia, Francofurti 1628. f. XIII Tomis.* RAPHAELIS FVLGOSII *Conſilia*, ex recenſione Conradi Rittershuſii, *Ambergæ 1607. 4.* LAVRENTII KIRCHOVII atque aliorum ICtorum Tomi V, *Francofurti 1594. f.* & *Auguſtæ 1603. f.* IO. SICHARDI, *Francofurti 1590. & 1677. f.* Iſti vero omnes varios quidem caſus proponunt, raro tamen ſingulares, quos debili ſæpe argumentorum ratione decidunt, & immenſis fere adlegatis vtuntur. Eichardus tamen, Weſenbecius & Surdus accuratiores ſunt & præ cæteris Reusnerus atque Cothmannus. IOANNIS WAMMESII *reſponſa iuris ciuilis, Louanii 1643. f.* edita admodum rara ſunt & graui iudicio elaborata. Propius ad noſtra tempura accedunt CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *conſilia, Ienæ 1665. f.* edita 2 *Tomis*, IOAN. BRVNNEMANNI *conſilia, Francofurti ad Viadrum, 1677. f.* edita ex rationibus, quæ adducunt, commendanda, vti & IOANNIS STVCKII *conſilia, Francofurti 1666. f* DAVIDIS MEVII *conſilia, Francofurti 1680. f.* magni

Digitized by Google

magni ſunt iudicii. FRANCISCUS SADARINUS nouo more *reſponſa* ſua *Bononiæ 1681. f.* edita, ex ipſis ſcriptoribus priſcis illuſtrare conatus fuit. Id quod ante eum iamdum egerat PETRUS ÆRODIUS in *Pandectis rerum iudicatarum*, quæ primum *Pariſiis 1618.* dein iterata editione, cura PHILIPPI ANDREÆ OLDENBURGERI prodierunt *Geneuæ 1677. f* & ſola veterum Romanorum in variis caſibus facta præiudicia continent. Exinde ratio etiam fori Romani erit dilucidior. Singulares quinquaginta caſus eruit atque decidit IO. CHRISTOPHORUS HEROLDUS in *conſiliis Deciſiuis*, *Lipſiæ 1686. 4.* Plura etiam ex autographis ſuis promiſit Conſultiſſimus auctor, de quo vero poſt mortem ipſius vix amplius ſperandum.

§. III.

In Germania noſtra plures ſunt, qui certorum collegiorum & iudiciorum conſilia publicarunt. *Deciſiones* quidem *Camerales* edidit IOANNES MEICHSNERUS, *Moguntiæ 1663. f.* & RAPHAEL SEYLERUS, *Francofurti 1572. f.* & *Spiræ* per CHRISTIANUM BARTH *1604.* CASPARIS KLOCKII *conſilia*, quorum Tomi IV, prodierunt *Francofurti 1653. f.* cauſſas multas publicas & feudales in Ca- *Deciſiones Germaniæ*

mera

mera deciſas exhibent, inter quæ tamen illa cæteris præferenda, quæ THOMAM MERKELBACHIUM auctorem habent. In iſtis autem ſingula per rationes dubitandi & decidendi ex genuinis fontibus videmus declarata. DAVIDIS MEVII *deciſiones ſummi Tribunalis Wismarienſis* communes hodie ſunt practicis, ob caſuum multitudinem præ cæteris commendandæ. Nouiter iſtæ iterum cum additamentis variis prodierunt ſub hoc titulo: *Codex Meuianus, h. e. deciſiones ſummi Tribunalis regii Wiſmarienſis quondam voluminibus nouem a Dauide Meuio repraſentata, nunc ad ordinem librorum ac titulorum Codicis Juſtinianai, quantum fieri potuit, accommodata, induſtria quorundam Profeſſorum Moguntinenſium, accesſit ſupplementum titulorum ab auctore non attactorum, cum Ottonis Philippi Zaunſchleifferi Commentario, Guſtavi Schärenborſtii diſquiſitionibus ac conciliationibus, cura Chriſtiani Leuchtii, Francofurti 1703, fol.* Ex quo titulo ſatis patebit, quid fuerit præſtitum. CASPAR MANTZIUS & IOANNES WOLFGANGUS TEXTOR ediderunt *deciſiones Palatinas, Francofurti 1693. 4. Tubingenſia conſilia* edidit CHRISTOPHORUS BESOLDUS, *Tubingæ 1661. f.* Hæc continuauit FERDINANDUS CHRISTOPHO-

RUS

RUS HARPRECHTUS, cuius volumen primum *Tubingæ 1695. f.* & *volumen II. 1696. f. Volumen III. & IV. Tubingæ 1697. f. Volumen V. & VI. Tubingæ 1699. f.* Secuta ſunt eiusdem *Reſponſa Iuris Criminalia & Ciuilia*, quorum *Volumen I. & II. Tubingæ* prodiit *1701. f. Volumen III. Tubingæ 1702. f. Volumen IV. Tubingæ 1706. f. Volumen V. Tubingæ 1707. f. Volumen VI. Tubingæ 1708. f.* Hæc autem tum ob frequentes rationes, tum ob Autores præſtantiores, qui adlegantur; vſum ſane præbent non minimum. HERMANNUS VULTEIUS, *Francofurti 1652. f. Kilonienſia* & *Tubingenſia* ERICUS MAURITIUS, *Francofurti 1693. 4. Altdorffina* CONRADUS RITTERSHUSIUS, *Francofurti 1603. f.* & ex ANDREÆ DINNERI MStis locupletata, cura CHRISTIANI LEONHARDI LEUCHTII, *Altdorffi 1690. f. Argentoratenſia* IO. FRIDERICUS SCHMIDT, *Argentorati 1652. f.* 2. vol. Tertium etiam promiſit neque tamen editum. Huius tamen inſtar eſſe poterunt *Conſilia Argentoratenſia* MARCI OTTONIS, horum Vol. Nouum curante IO. SCHILTERO prodiit *Argentorati 1701. f.* In quibus multæ etiam quæſtiones iuris publici deciduntur. Wittebergenſia & quidem quæ ipſe elaborauit, congeſſit CASPAR HENRICUS HO-

HORNIUS, *Dresdæ & Lipſiæ 1711. 8.* quibus diuerſi iuris argumenta probe declarantur. Ienenſia edidit Dominus NICOLAUS CHRISTOPHORUS S. R. Lib. Baro & eques de LYNCKER in *deciſionibus* ſuis, quarum iam partes tres, ſiue centuriæ XVI. prodierunt *Ienæ 1701. 4.* quæ ob multitudinem & varietatem caſuum æſtimantur. Secutæ ſunt Eiusdem Autoris *Deciſiones D CC Diſceptationum forenſium Ienæ 1713. 4.* eadem methodo perſcripta. Inde habemus Eiusdem *Conſilia & Reſponſa*, quibus inſignes & difficiles caſus, rerum tam priuatarum quam publicarum, maximam partem auſpiciis inclytæ Facultatis Ienenſis deciduntur, *Ienæ 1704. f.* Ad terras electorales Saxonicas ſpectant BENEDICTI CARPZOVII *deciſiones, Lipſiæ 1690 f. & reſponſa electoralia, Lipſiæ 1683. f. Deciſionum illuſtrium Saxonicarum ſynopſin* dedit PETRUS PANCRATIUS KRAUSE, *Lipſiæ 1686. 8. Synopſin* vero *reſponſorum iuris electoralium* PAULUS BAUMANNUS, *Lipſiæ 1683. 8.* IO. BURCARDI RöSLERI *Deciſionum Iuris Saxo-Coburgicarum Specimen* prodiit *Coburgi 1696. 4.* eodemque ius ſucceſſionis hæreditariæ in terris Coburgicis vigens luci exponitur. His porro adiungi merentur IOANNIS HENRICI BERGERI *Reſponſa*

*ex*

Digitized by Google

*ex omni iure, quo inprimis Germania vtitur, repetita Lipſ. 1708 f.* Vbi pleraque iuris tam Communis quam Saxonici capita ſolide & neruoſe deciduntur & ad vſum ac praxin moderni fori applicantur.

§. IV.

Alii certorum tantum Tribunalium vel collegiorum conſilia ediderunt, vti habemus deciſiones Iudicii, ſiue Rotæ Romanæ, quarum variæ prodierunt. Sic *practica & deciſiones Rotæ Romanæ* prodierunt *Venetiis 1590 f. III. Vol.* & *Lugduni 1618. Vol. IV.* Ad quæ ſpectant IOANNIS GALLEMART *declarationes Cardinalium, quæ in IV. voluminibus deciſionum Rotæ Romanæ continentur, Duaci 1615. 8.* IOANNIS MOHEDANI *deciſiones Rotæ Romanæ, Marpurgi 1603. f Romæ 1589. 4. & Bononiæ 1578 8.* MARTINI ANDREÆ, *Romæ 1635. 4.* PAULI ÆMILII, *Francofurti 1587. f.* & *Venetiis 1582. f.* ÆGIDII de BELLAMERA, MATTHÆI BVRATTI, *Lugduni 1661. f.* IACOBI PUTEI, *Coloniæ 1582. f.* ACHILLIS & CÆSARIS de GRASSIS, *Marpurgi 1601. f.* PETRI CARILLO, *Lugduni 1665. f.* GVILIELMI CASSADORI, *Pariſiis 1542. 8.* LUDOVICI CENCII, *Lugduni 1538. f.* PAULI GVERILII, *Venetiis 1636. f.* IOANNIS

*Scriptores Rotæ Romanæ.*

GY-

GYMNICI cum additionibus Rebuffi, Melli, Papazoni & Realis, *Coloniæ 1581. f.* PAVLI RVBEI *Venetiis 1642. f.* Sic etiam THEODORI RUBEI extant *ſingularia ex deciſionibus Rotæ Romanæ ſelecta* cum ANTONII AUGUSTINI *repertorio, Romæ 1637. f.* Ex recentioribus IOANNES BAPTISTA COCCINUS *deciſiones Rotæ Romanæ* edidit, quas argumentis, ſummariis & indicibus, nec non additionibus ornauit DOMINICUS de ZAULIS, *Romæ 1672. f.* Sic etiam IOSEPHI DOMITII *nouiſſima deciſiones ſacræ Rotæ Romanæ* prodierunt, quæ cum IO. ANTONII NOVARII Bullario, additis nonnullis additionibus Abbatis MICHAELIS IUSTINIANI prodierunt *Romæ 1667. fol.* IOANNIS BAPTISTÆ de LUCA *relatio curiæ Romanæ*, in qua omnium congregationum, tribunalium & iurisdictionum vrbis praxin deſcribit, prodiit *Coloniæ 1638. 4.*

## §. V.

*Scriptores qui deciſiones Gallicas, ediderunt.*

Ad Regnum Galliæ & in eodem Deciſiones faciunt IO. LUCII *Placita Curiæ Gallicæ, Pariſiis 1559. f.* & SYLLOGE *decretorum parlamenti Pariſienſis* quam cum commentariis dedit PETRUS BARDETIUS, cum notis & diſſertationibus CLAUDII BERROYERI, *Pariſiis 1690. f.*

*3. To-*

*3. Tomis.* Ante annos aliquot bini apud Gallos Iureconſulti, CLAUDIUS BLONDELLUS & G. GVERETUS ſingularem ſuſceperunt laborem, vt in diario Iuridico colligerent præcipuas Parlamentorum & Supremarum Galliæ deciſiones, illud autem ſub hoc titulo ediderunt: *Iournal du Palais ou recueil des principales deciſions de touts les Parlamens, & Cours Souueraines de France.* Huius vndecim iam Tomi prodierunt, quorum nonus *Pariſiis 1684.* Decimus *Pariſiis 1686.* atque vndecimus *Pariſiis 1689. 4.* prodiit. Hic autem vltimus ſolum Blondellum adgnoſcit auctorem, cum Gueretus ſub finem anni 1688. fuerit defunctus. Aliud eſt *Iournal des principales audiences du Parlement.* Continet illud arreſta & deciſiones maxime notabiles Curiæ ſupremæ, curiæ rei tributariæ, conſilii maioris & conſilii procuratorii & multas controuerſias illuſtres deciſas. Diarium hoc CAROLUS du FRESNE anno 1680. cœpit, continuauit autem FRANCISCUS IAMET de la GVESSIERE. Tomum quintum edidit NICOLAVS NVPIED, *Pariſiis 1707. f.* vti nos docent Noua Litteraria Hamburgenſia menſis Decembris 1708. p. 457. Extat quoque LVCIANI SVAVI *Noueau Recueil de pluſieurs quæſtions notables, tant de droit que*

V *de con-*

*de couſtumes, iugées par Arrets d' Audiances du Parlament de Paris Tom. I. II. Paris 1682. f.*

## §. VI.

*Deciſiones Belgicæ.*

*Belgicas Deciſiones* edidit PAVLVS CHRISTINÆVS, quæ *Antwerpiæ 1636. f.* prodierunt duobus Tomis, & multos caſus ſingulares ex iure Ciuili & moribus Belgicis ſolide decidunt. Sic etiam extant IOANNIS SANDII *deciſiones Friſicæ, Coloniæ 1663, 4.* & ENGELBERTI KETTLERI *deciſiones Oſt-Friſiæ, Bremæ 1675. 4.* Plura eſſe apud Belgas conſiliorum volumina docent ABRAHAMI de PAPA *obſeruationes ad Conſilia Ictorum Batauicorum, Lugduni Batauorum 1702. 12.* Hic enim nonnulla Conſilia obſeruationibus ſuis illuſtrare, & quæ minus certa videbantur, emendare adgreſſus eſt.

## §. VII.

*Deciſiones diuerſarum Gentium aliarum.*

Nec defuerunt, qui aliarum Gentium Deciſiones ſcriptis illuſtrarent. NICOLAO DATO debemus *fragmenta hiſtorica tribunalis regiæ Camerae Neapolitanæ, Neapoli 1693. 4.* FRANCISCI MILANENSIS extant *deciſiones Regiæ Curiæ Regni Siciliæ, Venetiis 1596. f.* ANTONIVS de GAMMA *Deciſiones Supremi Senatus*

Re-

Digitized by Google

*Regni Luſitanici*, *Francofurti* 1599. *f.* OCTAVII CACHERANI *deciſiones Pedemontanæ* prodierunt *Venetiis* 1610. *f.* Elegantiſſimus eſt ANTONII FABRI *Codex Sabaudicus*, *Francofurti* 1612. *f.* Hic ad ordinem librorum & titulorum Codicis eſt accommodatus, ita, vt ſub ſingulis titulis eo ſpectantes materiæ per definitiones in Senatu Pedemontano factas illuſtrentur. Adiectæ fuerunt notæ, ſingula per leges & Ictorum auctoritates confirmantes. Recentior editio prodiit *Lipſiæ* 1706. *f.* quæ non ſolum reliquis eſt emendatior, ſed etiam in notis adiectum, quid iuribus Imperii nouiſſimis & Saxonis de materiis obuenientibus ſit ſtatutum, nec non recentiorum pragmaticorum celebriorum auctoritates, vt ideo hæc editio ad praxin & fora Germaniæ longe ſit vtilior. IOSIAS MASTRILLVS edidit *deciſiones regni Caſtiliæ*, *Coloniæ* 1660. 4. IOSEPHVS ROMANVS *conſilia & ſententias Senatus regis Cataloniæ*, *cum obſeruationibus* IACOBI BALDVCCI, *Bononiæ* 1689. *f.*

## §. VIII.

Alii deciſiones & reſolutiones aliorum ſcriptorum in vnum volumen congeſſerunt. D. MARTÆ *digeſta nouiſſima* *Scriptores qui deciſiones &*

*reſolutiones variorum in vnum volumen congeſſerunt.*

ex omnibus deciſionibus vniuerſi orbis fuere collecta, *Francofurti 1621. f. 1680. f.* Hoc opus in ſex Tomos eſt diſtinctum, ita, vt primus materias iudiciorum Ciuilium, ſecundus Criminalium, tertius Contractuum, quartus Feudorum, quintus *vltimarum voluntatum*, ſextus ſpiritualia in ſe contineat. In ſingulis ſub certis titulis pro ordine alphabetico, quid in diuerſis terrarum orbis partibus fuerit deciſum, declarat. ARISMINI TEPATI *deciſiones*, *Francofurti* prodierunt *1682. f.* & non niſi congeſtas de variis materiis iuris deciſiones continent. Idem maiori adhuc adparatu egit Cardinalis TVSCHVS in *concluſionibus practicis*, quarum optima eſt editio, quæ *Francofurti 1623. f.* prodiit IV. Volum. Alii relationes & conſultationes forenſes ediderunt. STEPHANVS quidem GRATIANVS *diſceptationes forenſes* edidit cum PAVLI SCHOPPÆ *obſeruationibus Neapoli 1676. f.* FRANCISCVS NIGER *controuerſias forenſes, Geneuæ 1652. f.* PHILIPPI CASTALDI *conſultationum forenſium volumen primum Mutinæ 1681. fol.* & *ſecundum Parmæ 1688. f.* editum. Extant quoque ALEXANDRI TRENTACINQVII *reſolutiones, Francofurti 1663. f.* IO. PETRI ACTOLINI *reſolutiones forenſes, Geneuæ 1686. f.* MARCI ANTONII SABEL-

BELLI *Summa diuerſorum Tractatuum ac reſolutiones cum indice generali* ex recentiori editione a Guidone Antonio Sabello locupletata prodiit *Coloniæ 1707. f.* Hiſce addimus *obſeruationes iuris practicas* ex deciſionibus electoralibus Saxonicis caſuum iuris dubiorum anni 1661. collectas ac præmiſſo cuiusuis deciſionis textu Germanico & latino celebriorum Ictorum præiudiciis exornatas cura IO. PHILIPPI, *Lipſiæ 1694. 4.*

## §. IX.

Alii certas quæſtiones per rationes explicant, eas decidunt ac prudentum ſententiis confirmant. Id quod fecit Meuius, Carpzouius, Richterus. IO. KöPPENIVS in *obſeruationibus ſuis & deciſionibus Ienæ 1663. f.* editis. PETRVS HEIGIVS in *quæſtionibus iuris Saxonici 1629. 4.* DOMINICVS ARVMÆVS *libris II. deciſionum Ienæ 1608. 4.* DANIEL MOLLERVS *V. libris Semeſtrium, Lipſiæ 1631. 4.* MODESTINUS PISTORIS in 4. partibus *quæſtionum* cum additionibus IACOBI SCHVLTESII, *Lipſiæ 1613. 4.* HARTMANNVS PISTOR. in *obſeruationibus & quæſtionibus* ſuis. GEORGIVS FRANTZKIVS in *tribus libris reſolutionum, Ienæ 1656. 4.* quæ egregiæ ſunt, &

*Scriptores qui certas quæſtiones per Ictorum ſententias confirmant.*

IOANNES GEORGIVS NICOLAI in *reſolutionibus caſuum iuris dubiorum practicis* editis ab Auguſto Coſelio, *Noribergæ 1695.* 4. Ex Cameralibus idem egerunt Gailius, Mynſingerus, Hartmannus & Wurmſerus. Alii ad materiam ſpecialem faciunt, vti MICHAELIS GRASSI *receptæ ſententiæ* extant de teſtamentis, *Roſtochi 1582. f.* STRUVIVS in *deciſionibus Sabbathinis* de contractibus agit, *Ienæ 1677. 4.* FABIVS CAPYCIVS GALEOTTA pro defenſione regii patrimonii in regno Neapolitano *reſponſa fiſcalia* dedit ſelectiora, *Geneuæ 1686. f.*

§. X.

*Scriptores qui communes opiniones collegerunt.*

Alii ſententias receptas & communes opiniones collegerunt. Habemus ita *theſaurum communium opinionum, Francofurti 1616. f.* In eodem continentur lucubrationes ſ. communes opiniones *Franciſci Turzani, Io. Bapt. Villalupi, Io. Fichardi, Franc. Viuii, Matth. Gribaldi, Benedicti de Capra, Iulii Clari Raimundi, Pii Fichardi, Emanuelis Soaretzi, Mariani Socini Sen. & Iun. Laurentii Kirchoſii, Michaelis Graſſi, Hippoliti Banacoſſæ, Franciſci Burſati, Caſſiani a Puteo, Rolandi a Valle.* Separatim habemus IVLII CLARI *receptarum ſententiarum* librum, *Francofurti 1622.*

ſ. Extat porro LEANDRI GALGANETTI *Communium Opinionum iuris ſ. Receptarum ſententiarum Syntagma. Auguſt. Taur. 1595. f. Tom. IV.* ANTONII item GABRIELII *communes opiniones, Francofurti 1574. fol.* Hiſce addendum eſt HIERONYMI CÆVALLOS *ſpeculum aureum Communium Opinionum*, quod denuo *Coloniæ 1664. fol.* editum, & communes opiniones continet contra Communes. Nec minus aliorum Doctorum habemus *Singularia*, qualia coniunctim edita *Francofurti 1566. f.* Alias habemus PAVLI FVSII *ſingularia* in iure Pontifici & Cæſareo, *Francofurti 1600.* Sed nec alia, nec communes iſtæ opiniones ad praxin fori hodie multum faciunt, cum ad conſuetudinem potius & præiudicia reſpiciatur. HENNINGI RENNEMANNI *de Abuſuum & quarundam Opinionum Communium, quæ Iurisprudentiæ praxin forenſem conſpurcarunt, ſanitatibus pentas una* prodiit *Erfurti 1633. 4.* quæ diuerſos Iudiciorum Erfurtenſium monſtrat abuſus.

## Th. XI.

*Compilatores Diſſertationum.*

Ad particulares iuris materias illuſtrandas inprimis etiam faciunt compilatores *Diſſertationum*. Et habemus varia coniunctim editarum Volumina. Ita extant

tant ERICI MAVRITII *Diſſertationes ex Iure Publico, Feudali, & priuato in vnum Volumen collectæ, Francofurti 1692. 4.* CASPARIS ZIEGLERI *Diſceptationes ſelectæ varii argumenti*, ex editione GEORGII BEYERI prodierunt *Lipſiæ 1712. 4.* & potiſſimum ſcripta Ziegleri ad ius Ciuile facientia continent. Optandum vt eadem ratione ſcripta etiam Iuris Canonici coniunctim edantur. Laudem promerentur omnimodam IO. NICOLAI HERTII *Commentationum atque Opuſculorum, de ſelectis & rationibus ex Iurisprudentia, vniuerſali, Publica, Feudali & Romana, nec non Hiſtoria Germanica argumentis*, Tomi tres, *Francofurti 1700. 4.* Succeſſit Volumen Secundum, *Francofurti 1613. 4.* In hisce Diſſertationes Hertianas videmus congeſtas, de argumentis rarioribus eaſdemque accurate & ſolide deciſas.

C 4

# CAPUT NONUM

## De

## SCRIPTORIBVS, QVI REGVLAS, LOGICAS, ANTIQVITATES ET LEXICA IVRIS SCRIPSERVNT.

§. I.

PErgimus ad eos, qui regulas, fallentias & ſententias iuris ſcripſerunt. Quales quidem ſcriptores varios coniunctim habemus editos *Venetiis 1592. fol.* & *Lugduni 1579. f.* Separatim extant PETRI CORNELII BREDERODII *repertorium ſententiarum & regularum iuris, Francofurti 1664. 4.* DYNVS MVXELLANVS *ad regulas iuris, cum notis Boëri, Saraina atque aliorum, Coloniæ 1617. 8.* IO. BAPTISTÆ NICOLAI *regulæ cum ſuis fallentiis, Francofurti 1586. f.* CHRISTOPHORI COLERI *ſententiæ ex vtroque iure denuo collectæ & in ordinem Alphabeti adfabre diſpoſitæ* prodierunt, *Argentorati 1595. 8.* BARTHOLOMÆI SOCINI *regulæ & fallentiæ iuris, Coloniæ 1663. 8.* CHRISTOPHORI STVRCII *regulæ iuris* emendatius editæ *Helmſtadti 1658. 4.* Ex recentioribus extat

*Scriptores regularum & fallentiarum iuris.*

tat PETRI GVDELINI *ſyntagma regularum iuris, Antwerpiæ 1646. f.* CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI *centuriæ regularum iuris cum commentariis, Ienæ 1661. 4.* & inter breuiores commendandæ regulæ, quæ in manuali Gothofrediano continentur. Omnium autem inſtar eſt AVGVSTINI BARBOSÆ *theſaurus locorum communium iurisprudentiæ* per axiomata deductus, atque a IOANNE OTTONE TABORE continuatus, editus cura filii TOBIÆ OTTONIS TABORIS, *Francofurti 1670.* & poſtea SAMVELIS STRYKII, *Lipſiæ 1690. f.* Addimus STANISLAI LOCHOWISKI *regulas iuris & locos communes forenſes*, quorum de iure & praxi communi tritus eſt & verſatus in foro vſus & allegatio, *Cracouiæ 1701. 8.* Aeſtimandi quoque ſunt IO. NICOLAI HERTII de *paroemiis iuris Germani* libri tres, qui cum eiusdem Diſſertationibus iunctim editis prodierunt. His autem plures centum quinquaginta apud Germanos receptas paroemias erudite ſatis explicauit.

§. II.

*Scriptores logicarum iuris.* Nec prætereundi ſunt, qui dialecticas, logicas & metaphyſicas iuris ſcripſerunt. Olim æſtimabatur NICOLAI EVER-

HARDI

HARDI *Topica iuris, ſiue loci argumentorum legales, Lugduni* 1596. 8. *Epitomen locorum Euerhardi* edidit ABRAHAMVS MARCONETVS, *Montisbergartenſis* ICtus *Magdeburgi* 1655. 12. quæ melior eſt ac *ſynopſis locorum legalium Euerhardi*, cura GEORGII ADAMI BRVNNERI, *Regensburgi* 1671. 12. DANIELIS OTTONIS *dialectica, Heidelbergæ* 1664. 8. edita. IO. THOMÆ FREIGII, *Baſileæ* 1587. 8. PETRI CORNELII BREDERODII, *Francofurti* 1593. 8. MARTINI SCHICKARDI *Herbornæ* 1615. 8. IO. HENRICI POTT *compendium dialectica iuris*; *Ienæ* 1688. 8. IOAN. SCHILTERI *analytica iuris*, *Ienæ* 1687. 8. NICOLAI HARRES *Specimina Iurisprudentiæ Analytica, Francofurti* 1691. 8. & præcipue ADRIANI BEYERI, antecesſoris in hac academia celeberrimi, *logica iuris*, quæ *Ienæ* 1696. 8. prodiit, quam, cum non pro omni parte abſoluta, plenius edere meditatus fuit. Nec male ad Iurisprudentiam accommodatur CHRISTIANI THOMASII *introductio ad philoſophiam aulicam*, *Lipſiæ* 1688. 8. edita, & quæ poſt hanc prodiit *introductio ad Logicam cum praxi Logices*, *Francofurti* 1694. 8. quæ etiam poſtea germanice edita, *Halæ* 1699. 8. *Metaphyſica* iuris extat IO. HARTVNGI, *Ienæ* 1701. 8. & quæ mole ſua laborat VALEN-

LENTINI VELTHEMII *metaphyſica* per exempla iuridica æque deducta. Licet iurisprudentia hodierna non tam in terminis quæratur ac olim. Conferri etiam poteſt ALEXANDER RAVDENSIS de *Analogis, Æquiuocis & Vniuocis, Venetiis 1587. f.* Nouiter prodiit ANDR. SIMSONIS BIECHLINGII *notitia terminorum Philoſophicorum ad vſum Iuris hodiernum, Ienæ 1714. 8.*

§. III.

*Scriptores qui iurisprudentiam ex antiquitatibus illuſtrarunt.*

Fuerunt etiam qui iurisprudentiam ex antiquitatibus illuſtrarunt, quos quidem in ſyntagmate antiquitatum Romanarum parte generali §. IX. iam adduximus, hic vero breuiter, cum materiæ ratio id poſtulet, repetemus. Inter Gallos primo loco eſt commendandus BARNABAS BRISSONIVS, cuius *ſelectarum ex Iure Ciuili antiquitatum* libros quatuor ex editione quinta, *Heidelbergæ 1664. 8.* facta habemus. Immo pleraque alia eius opera, quæ *Pariſiis 1607. 4.* ſimul edita, ad illuſtrandum ius ciuile ex antiquitatibus faciunt. Inprimis vero egregium eius opus eſt de *formulis & ſolennibus populi Romani* libris octo comprehenſum *Pariſiis 1583. fol. Francofurti 1592. fol.* & *Moguntiæ 1649. 4.* impreſſum, quo omnes tum in ſacris tum ciuilibus, tum

etiam

etiam militaribus occurrentes formulas congeſſit, adductis ipſis veterum teſtimoniis quam plurimis. Ex antiquioribus plures tractatus coniunctim editi reperiuntur in *Nouarum Declarationum, variarum lectionum & reſolutionum iuris libris XVII, Coloniæ 1609. 4.* Continent iſtæ VACONII a VACVNA *nouarum declarationum libros VI,* ANTONII GOVEANI *variarum lectionum libros II,* ANTONII CONTII *lectionum ſucciſiuarum libros duos,* IACOBI RÆVARDI *variorum libros V,* RAINOLDI CORSI *indagationum libros tres.* NICOLAI BELLONI *ſupputationum libros IV.* Alias ex antiquioribus huc faciunt ALBERICI GENTILIS *lectionum & epiſtolarum, quæ ad Ius Ciuile pertinent libri IV, Londini 1584. 8.* IANI LANGLÆTI *Semeſtria cum obſeruationibus Autumni, Pariſiis 1611. 4.* FRANC. MARTII GORDANI *prætermiſſorum iuris Ciuilis liber primus, Pariſiis 1629. 4.* FRANCISCVS SARMIENTVS in *ſelectarum interpretationum libris tribus, Romæ 1571. 4.* IOANNES ROBERTVS in *ſententiarum libris quatuor, Lutetiæ 1588. f.* EMVNDVS MERILLIVS, in *Quæſtionum* libris tribus, *Pariſiis 1638. 4.* CAROLVS IALLONGVS in *racemationibus, Meſſanæ 1605. fol.* CONSTANTINVS LANDVS in *libello ſparſim*

*conten-*

*contentarum Exercitationum in ius Ciuile*, *Placentiæ 1549. f.* GVILIELMVS FORNERIVS in *ſelectionum* libris duobus, *Hanoniæ 1597. 8.* Ex recentioribus huc ſpectant DOMINICI MARTVCII *Variarum Explanationum iuris Libri III*, quæ cum præfatione GEORGII ADAMI STRUVII prodierunt *Ienæ 1683. 4.* Nec non HIERONYMI de ROSIS *Selectæ Iuris Obſeruationes*, *Neapoli 1689. f.* Inter hos vero egregii ſunt VINCENTII CABOTH *variarum iuris publici & priuati diſputationum libri duo*, *Pariſiis 1598. & Hanouiæ 1598. 8.* quibus diuerſæ leges aliæque iuris materiæ ex ipſis antiquitatum & pragmaticæ hiſtoriæ fontibus deducuntur. MICHAELIS NIZOLII *Allegationes* prodierunt *1602. 4.* in quibus leges, noua conſideratione explanantur doctrina Interpretum & Reſponſa prudentum perpenduntur vel declarantur, vel quandoque confutantur, ANTONII AVGVSTINI *Emendationum & Opinionum libri IV*, *Lugduni 1591. 8.* omnium habent æſtimationem. Omni laude digniſſimus eſt IACOBVS CVIACIVS, cuius elegantiorem litteraturam non ſolum omnia eius opera, tum vel maxime *obſeruationum libri XXIV*, quos ad XL vsque perducere decreuerat, *Coloniæ 1596. 8.* qui dein ad XXVIII vsque fuere aucti *Vr-*

*ſellis*

Digitized by Google

*ſtellis 1651. 8.* & ſæpius editi reſtantur. Eius diſcipulus PETRVS FABER, ſcripſit nunquam ſatis commendandos *Semeſtrium libros tres*, ſucceſſiue editos, Lutetiæ, Lugduni & Coloniæ impreſſos, optima vero videtur *Lugdunenſis* editio anni *1595. 4.* quibus, maxime vero libro tertio, ad ductum quarundam legum, in amœniſſimum hunc antiquitatum campum digreditur, & dum leges, tum antiquitates, quæ ad illas pertinent e ſcriptoribus Romanis Græcisque pro merito illuſtrat. Ex recentioribus præſtat DESIDERIVS HERALDVS in *quæſtionibus ſuis quotidianis, Pariſiis 1650. fol.* editis, quibus aliquas iuris partes de legitimatis maxime, expoſitione infantum, nothis ſpuriisque ex antiquitatibus hisce explicat. Idem quoque egit in *animaduerſionibus ſuis in ius Atticum & Romanum* cum iisdem editis. HVGO GROTIVS *florum ſparſionem ad ius Iuſtinianeum* edidit, cuius prima & optima editio *Pariſiis 1642. 4.* prodiit, dein *Amſtelodami 1643. 12.* recuſa, in qua peculiares quasdam leges ex vniuerſo iure Iuſtinianeo, Inſtitutis, Pandectis, Codice & edictis iuſto ordine ex antiquitatibus illuſtrat. Inter Italos primus laudari meretur GVIDO PANCIROLLVS, qui *Theſaurum variarum lectionum vtriusque iuris* conſcripſit in IV libros diſtinctum, in

quo

quo intricatiſſimas leges ex ipſo antiquitatum fonte eruditiſſime explicat, editus eſt *Venetiis 1611. f.* & *Lugduni 1617. 4.* Diſcipuli eius LAVRENTII PIGNORII *ſymbolarum epiſtolicarum liber*, in quo nonnulla ex antiquitatum Iuris Ciuilis & hiſtoriæ penu depromuntur & illuſtrantur, *Patauii* prodiit *1628. 8.* Elegantiſſima ſunt IANI VINCENTII GRAVINÆ *opuſcula Romæ 1696. 12.* in quibus ſingula ex primis principiis iuris Romanorum deriuantur. VLRICI HVBERI *Digreſſiones Iuſtinianeæ, Franeckeræ 1688. 4.* ſunt florum ſparſiones in varias iuris Ciuilis partes, quas erudite explicat. Acceſſerunt etiam animaduerſiones ad ius in re & rem, aduerſus Benedicta Gerhardi Feltmanni. ZACHARIÆ HVBERI *Diſſertationes Iuridicæ & Philologicæ, Franeq. 1702. 4.* in quibus plura legum capita obſeruationibus humanioribus illuſtrantur. Nouiter GVILIELMVS BEST, *rationem* ſcripſit *emendandi Leges, Vltraiecti 1707. 12.* quo libello ſecundum certas regulas plurimæ leges emendantur, nonnullæ explicantur & Pandectarum Florentinarum auctoritas ſtabilitur. Poſt hunc ex Belgis GERHARDVS NOODT ſcripſit *Obſeruationum* libros duos, in quibus complura iuris Ciuilis, aliorumque veterum Scriptorum loca aut illuſtrantur aut emen-

Digitized by Google

emendantur, *Lugduni Batauorum* 1706. 4. Ex Gallis hæc præſtitit ÆGIDIVS MENAGIVS, in *amœnitatibus iuris*, tractatu elegantiſſimo, quæ *Pariſiis* 1664. & 1677. tandem etiam *Lipſiæ* 1680. 8. prodierunt. M. ANTONII MVRETI *Variarum Lectionum libri XV* prodierunt ex Plantiniana *Antwerpiæ* 1580. 8. Hiſce acceſſerunt *Variarum Lectionum libri IV*, & *Obſeruationum Iuris liber ſingularis*, *Auguſtæ Vindelicorum* 1600. 8. iisdemque multa continentur ſingularia. Ex Hiſpaniis vnicum nouimus FRANCISCVM ab AMAYA, qui ſcripſit *obſeruationes iuris*, *Geneuæ* 1633. 4. quibus ſæpius quidem ad illuſtrandas peculiares iuris materias, quas proponit, in antiquitatum hunc campum deſcendit, plura tamen ſub titulis promittit quam præſtat, farraginem præterea ſcriptorum Hiſpanorum, rudi mole conſarcinat. E noſtris, non tamen eodem, quo priores adparatu, habemus CHRISTOPHORI COLERI *parergorum ad varios π. & Codicis locos librum ſingularem*, *Altdorfi* ex editione ſecunda 1664. 8. Non inutilis quidem eſt liber, arrident tamen magis SCIPIONIS GENTILIS *parergorum ad π. libri II & Originum liber ſingularis*, *Altdorfi* 1664. 8. Addimus ANTONIVM MORNACIVM, qui in *Obſeruationibus* leges ex fontibus

ſuis ſolidiſſime explicat. Faciunt huc etiam PETRI ÆRODII *Pandectæ rerum Iudicatarum* & IACOBI GOTHOFREDI *Codex Theodoſianus.*

§. IV.

*Scriptores locorum communium & lexicorum iuris.*

Succedunt illi, qui lexica, locos communes iuridicos, theſauros practicos vel ſimilia collegerunt. Inter theſauros quidem CARDINALIS TVSCHI habemus *concluſiones practicabiles, Francofurti 1623. f.* IV volum. quibus practicorum ſententias congeſſit. ARNOLDVS de REYGER in *theſauro iuris*, qui, per AHASVERVM FRITSCHIVM auctus atque editus *Francofurti 1668. f.* ſub certis titulis & auctoribus multa excerpſit & in iure Ciuili quantum ad remiſſiones varias eſt æſtimandus. Sic etiam habemus CHRISTOPHORI BESOLDI, PAVLI MATTHIÆ WEHNERI & IOANNIS IACOBI SPEIDELII *theſauros*, quos continuauit AHASVERVS FRITSCHIVS & CHRISTOPHORVS LVDOVICVS DIETHERRVS, in *Theſauro Beſoldo Speideliano*, qui *Noribergæ 1686. f.* prodiit, nec tamen adeo rara ſunt, quæ ſub titulis continentur, niſi quod quandoque aliqua ad antiquitates Germanicas facientia, fuerint inſerta. Huc etiam facit PAVLI MATTHIÆ WEHNERI

Ad *legem Pompeiam de parricidiis* commentatus eſt HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Francofurti 1594. 8. Errores* vero *Triboniani circa pœnam parricidii* oſtendit IOANNES RAMOS del MANZANO, *Mediolani 1659. 4.* de *Partus Expoſitione* extat GERARDI NOODT *Iulius Paulus ſiue de Partus Expoſitione & nece apud Veteres liber ſingularis, Francof. 1700. 4.* Ad *legem Corneliam de Falſariis* HIPPOLYTVS de MARSILIIS, *Francofurti 1584. 8.* De *crimine repetundarum* extat diſſertatio IOANNIS OTTONIS TABORIS, *Argentorati 1653. 4.* De *peculatu & maleficiis* BONIFACIVS de VITALINIS, *Francofurti 1604. 8.* De *ſacrilegiis & ſacrilegiorum pœnis* ADRIANVS SERAVIA, *Londini 1590. 4.* De *plagiariis & ſcriptorum alienorum compilatoribus* egit FRANCISCVS DVARENVS, qui tractatus inter

opera

Digitized by Google

opera eius extat. De *Incendii* crimine commendanda ENOCH GLÆSERI *Diſſertatio de Incendiis Helmſt. 1663. 4.* & qui ex antiquitatibus & iure Romano illam materiam illuſtrat LAVRENTIVS ANDREAS HAMBERGERVS, in diſſertatione *de Incendiis*, præſide IO. PHILIPPO SLEVOGTIO habita *Ienæ 1712. 4.* De *abolitione criminum* ſcripſit IO. ALOYSIVS CATALANVS, *Venetiis 1644. f.* MENTETVS KETTWIG *de ambitu antiquo & hodierno Bremæ 1696. 8.* vbi fraudes maxime aduocatorum perſtringit. De *iure adgratiandi* DANIEL CLASENIVS, *Magdeburgi 1666. 4.* De *confiſcatione bonorum* GVAZZINVS, *Francofurti 1614. 4.* De *exilii iure* NICOLAVS ANTONIVS, *Antwerpiæ 1659. f.* IOSEPHVS FERNANDVS de RETES *de interdictis & relegatis, Lugduni 1660. 4.*

## Th. XI.

*Scriptores qui ad proceſſum Criminalem commentati.*

Inter practicos illi veniunt, qui ad proceſſum Criminalem faciunt, vtpote BENEDICTI CARPZOVII *peinlicher Achtsproceſs & Proceſſus Criminalis Altenburgenſis.* De *Cautione Criminali* contra Sagas in ſuperioribus iamdum fuit dictum. De *ſagarum denunciatione* & iis quæ ad eam recte intelligendam faciunt, e contrario ſcri-

ſcripſit, ERICVS MAVRITIVS, *Tubingæ 1666. 4.* De *inquiſitione criminali* egit HENRICVS MICHAELIS, *Lubecæ 1676. & 1689. 4.* & præcipue IO. BRVNNEMANNI *proceſſus inquiſitorius*, qui cum ciuili extat. Ad hunc etiam IO. IACOBVS WINTZIGER notas dedit & obſeruationes germanicas, *Halæ 1706. 8.* De *indiciis delictorum generalibus & ſpecialibus, nec non de proceſſu iudiciorum Criminalium*, optime egit CHRISTOPHORVS CRVSIVS, *Francofurti 1668. 4.* denuo prodiit cum *Obſeruationibus & Notis ſpecialibus* IACOBI ANDREÆ CRVSII *Francofurti 1704. f.* Ad *defenſionem reorum* facit IACOBI NOVELLI *tractatus criminalis, Venetiis 1565. 8.* IACOBI BOVRICII *captiuus, ſeu enchiridion defenſionum, Leouardia 1644. 12.* Accuratiſſima vero eſt TOBIÆ GRANTZII *defenſio reorum*, quæ *Lipſiæ 1702. 4.* prodiit, in qua quidquid ad iuquiſitorum defenſionem facit, exacte præſcribit, atque ſingula ex Ictorum illuſtrium deciſionibus deducit. De *Carceribus* extat FRIDERICI KRAVSOLDI *Tractatus Iuridico-Politicus de miraculis & egregiis vſibus S. Raſpini* i. e. *Ergaſteriorum publicorum. Martisb. 1698. 4.*

§. XII.

*De indiciis delicto-*

De *indiciis delictorum & tortura* egit IO-

IOANNES OTTO TABOR, *Gieſſæ 1667.* 4. Extant variorum antiquorum tractatus coniunctim editi *de indiciis & tortura, Lugduni 1547.* 4. Optimus vero in hac materia eſt IO. ZANGERVS *de torturis reorum Witteberga 1665.* 4. & IVSTVS OLDEKOP in *cautelis criminalibus, Hildeſiæ 1639.* 8. quibus acceſſit appendix iniuſte tortorum. *Torturam in rebus publicis Chriſtianis tolerandam non eſſe, demonſtrauit* IACOBVS SCHALLERVS, in diſſertatione *Argentorati 1658.* habita, *Iena* vero recuſa *1688.* 4. Præ cæteris vero Bælius Dictionario Hiſtorico p. 1399. commendat *Tribunal reformatum, in quo ſanioris & tutioris iuſtitiæ via iudici Chriſtiano in proceſſu criminali commonſtratur, reiecta & fugata tortura, cuius iniquitatem, multiplicem fallaciam, atque illicitum inter Chriſtianos vſum libera & neceſſaria diſſertatione aperuit* IOANNES GREVIVS *Cliuenſis, quam captiuus ſcripſit in ergaſtulo Amſtelodamenſi, Hamburgi 1624.* De Iudicio antiquo Duellico optimi facit EPHRAIM GERHARD *Diſſertatio Iuris Germanici de Iudicio Duellico Iena 1711.* 4. *rum & tortura.*

§. XIII.

De *poenis* & variis pœnarum generibus conferri poteſt IACOBI DÖPLERI *Schau-* *Scriptores de executione.*

*Schauplaz derer Leibes-und Lebens-Straffen, welche vor alters und heute zu Tage gebräuchlich*, *Sondersh.* 1693. 4. Ad ius Romanorum pertinet H. F. SALOMON *de iudiciis & pœnis & de officio vitæ Ciuilis Romanorum*, *Burdig.* 1695. 8. De *executione in veſtibus* habemus ANTONIVM MONACHVM, *Coloniæ* 1620. 8. De *confrontatione* diſputationes quinque extant IO. OTTONIS TABORIS, *Gieſſæ* 1663. 4. De *expenſis executionum criminalium, bonis damnatorum & cadaueribus punitorum* egit ADRIANVS BEYERVS, *Ienæ* 1679. 4. & qui nuper eiusdem tractatus editus prodiit *de eo quod iuſtum eſt circa carnifices excoriatores*, *Ienæ* 1702. 4. De *confiſcatione* bonorum ex crimine magiæ egit MELCHIOR GOLDASTVS *Rechtliches Bedencken von Confiſcation der Zauberer und Hexen-Güther*, *Bremæ* 1661. 4 Nouiter prodierunt IO. DANIELIS THOENNIKERI *aduocatus prudens in foro Criminali, ſiue ſuccincta inſtructio Aduocati circa inculpati defenſionem*, *Francof.* 1703. 4. & SALOMONIS AVGVSTI CLAVDERI *Inquiſitus ex vario crimine defenſus*, *Altenburgi* 1709. 4. Ad proceſſum criminalem contra *Academicos* cognoſcendum pertinet Reſponſum Iuris in caſu Academiæ Roſtochienſis anno 1611 obueniente datum

cui

cui titulus: *Reſponſum Iuris in criminali caſu Caſtriciano ſ. gründliche und ausführliche Rechts-Belernung, welcher geſtalt in Criminal von einer ſtudierenden und in matriculam uniuerſitatis einverleibten Perſon begangenen Miſſethat, dem Senatui academiæ der Angriff, Verhafftung und condemnation der misthätigen Perſon, vor-mit oder ohne den Ciuil-oder Stadt-Magiſtrat zuſtehe und gebühre, Roſtoch.* 1618. 4.

§. XIV.

De *Abolitionibus* criminum extat IOANNIS ALOYSII CATALANI *Tractatus Criminalis Amneſtiæ præſertim Abolitionis & indultus, Venet.* 1605. 1644. f. De *iure aggratiandi* extat OTTO PHILIPPVS ZEPPERVS de *aggratiandi iure, Brem.* 1661. 4. & plenius DANIEL CLASEN *de iure aggratiandi, Magd.* 1668. 4. *Scriptores de abolitione criminum.*

# CAPVT DVODECIMVM
## De
# BIBLIOTHECA
## FEVDALI.

§. I.

AD Bibliothecam feudalem primo loco venit ERICI MAVRITII *nomenclator Scriptorum in ius feudale*, qui cum aliis *Fontes iuris feudalis.*



Digitized by Google

eiusdem opuſculis prodiit *Françofurti 1692. 4.* in quo præcipui auctores feudales ordine alphabetico, additis plerumque iudiciis & librorum ratione recenſentur. GOTHOFREDI ANTONII quoque iuri feudali præmiſſa eſt *notitia auctorum iuris feudalis*, ſed in ſolis titulis librorum conſiſtit.

## §. II.

*Scriptores ad hiſtoriam feudalem.*

Ad Iuris Feudalis Hiſtoriam faciunt potiſſimum *Selecta Feudalia Thomaſiana, Halæ 1708. 8.* Hæc autem continent ſelecta Capita Hiſtoriæ iuris Feudalis Germanici, Auctorem Veterem de Beneficiis diu hactenus deſideratum ab Ictis, Diſſertationem de libri Veteris de beneficiis auctore, fato, vetuſtate ac raritate, aliisque ad hanc eius editionem pertinentibus, Diſſertationem de vſu huius libri veteris de beneficiis. Inter hæc præcipuam laudem habet hiſtoria iuris feudalis, qua non tam ius commune, quam potius Germanicum ex medii æui antiquitatibus egregie illuſtrat. Plura etiam promiſit illuſtris auctor, vtpote conſtitutionem de expeditione Romana cum nouis ſcholiis & diſſertatione de vero eiusdem auctore, quæ tamen nouo reſeruauit ſpecimini. Eadem methodo perſcripta eiusdem Autoris *Diſſertatio* de O-

Digitized by Google

*de Originibus feudalibus* prodiit *Halæ 1710. 4.* qua diuerſas de iisdem recenſet opiniones easdemque demum Germanis Francisque variis adductis teſtimoniis tribuit, & diuerſos Interpretum Iuris Feudalis næuos declarat. Huc præterea referri meretur Danielis Keyſeri *Hiſtoria iuris* nec non Schilteri præfatio ad Ius Alemannicum; De quibus ſcriptis iam ſupra actum fuit. De *Methodo* Iuris Feudalis egit NICOLAVS VIGELIVS in *methodo Iuris Feudalis*, *Hanou. 1597. 8.*

## §. III.

In ipſo iure primo loco conſiderandi veniunt fontes iuris feudalis, & quidem *Ius Feudale Commune*, quod Corpori Iuris additum, ſub collationis decimæ titulo. Collectum illud ex GERARDI NIGRI & OBERTI de ORTO compilatione variarum conſtitutionum feudalium & rerum iudicatarum ab HVGOLINO, priuata tamen auctoritate, Friderici II. Imp. vero auctoritate atque conſuetudine in fora & academias Germaniæ eſt introductum. *Gloſſas iuris feudalis* ſcripſerunt BVLGARVS, VGOLINVS, VINCENTIVS & qui præcipuus IACOBVS COLVMBINVS. Reformationem quidem iuris Feudalis ſub Sigismundo confecit MINVCIVS



Digitized by Google

VS de PRADO, ſed vſu recepta non eſt. Quod eodem fere tempore auſus BARTHOLOMÆVS BARATERIVS, vtrosque cum iure Alemannico edidit Schilterus. IACOBVS CVIACIVS edidit quinque *libros de feudis, Lugduni 1566. f.* quorum primus eſt GERHARDI NIGRI, ſecundus & tertius OBERTI de ORTO, quartus ex variis & incertis auctoribus antiquis eſt collectus, quintus Imperatorum conſtitutiones, quæ ad feuda pertinent, complectitur. *Ius Alemannicum feudale*, in Comitiis Noricis 1208. publicatum fuit atque Argentorati primum cum interpretatione latina typis fuit excuſum. *Ius Saxonicum feudale* ab EPKONE de REPKAV fuit compoſitum. Vtrumque cum Minucio, Baraterio & commentariis eruditiſſimis edidit IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1697. 4.* in quibus etiam varias antiquitates feudales egregie videmus illuſtratas. Acceſſit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de origine feudorum Gallicorum* & ANTONII DOMINICI *disquiſitio de prærogatiua allodiorum.* Extat etiam in bibliotheca Salana egregium *manuſcriptum Iuris Saxonici feudalis.* Quibus addendæ variæ conſtitutiones feudales prouinciales, ordinationes & ſimilia. Ad fontes Iuris feudalis ſpectat quoque

*Con-*

Digitized by Google

*Conſtitutio Caroli III.* f. Craſſi de Feudis, ad quam extat commentatio MARQVARTI FREHERI *Hanou. 1699. 8.* qua non ſolum illam Conſtitutionem antiquitati vindicare nititur, ſed etiam illuſtrat. GVILIELMI FARNESII & ANTONII CONTII *Tractatus de feudis* qui denuo prodierunt *Francof. 1678. 12.* ex editione MAGNI WEDDERKOPEFI.

## §. IV.

*Commentatores ad Ius Feudale.*

Veniunt poſt hos, qui commentati fuerunt in libros feudorum. Qualis ex antiquis eſt IO. ANTONIVS de S. GEORGIO, *Francofurti 1629. f.* ANDREAS de RAMPINIS ISERNIENSIS, *Francof. 1629. f.* IACOBVS de BELLOVISV, *Lugduni 1511. f.* BALDVS de PERVSIO, *Lugduni 1593. f.* FRIDERICVS SCHENCK, *Heidelbergæ 1584. f.* EGVINARIVS BARO, *Coloniæ 1574. 8.* IO. BORCHOLT, *Helmſtadti 1581. 4.* IO. SCHNEIDEWINI *epitome in vſus feudorum* cum notis LEOPOLDI HACKELMANNI, *Magdeburgi 1604. 4.* & qui præcipui ſunt MATTHÆUS de AFFLICTIS: *Francofurti 1629. f.* IACOBVS ALVAROTTVS *in vſus Feudorum, Francofurti 1589. f.* in quibus ſingula videmus optime explicata. Ex recentioribus habemus CYPRIANI REGNE-



Digitized by Google

RI *cenſuram in conſuetudinem feudorum*, *Vltraiecti 1669. 4.* qui ad feuda Belgii potiſſimum facit. Ex noſtris CASPAREM BITSCHIVM, cuius commentarius *Argentorati 1673. 4.* prodiit, cui tamen præferendus eſt IO. FRIDERICI RHETII Commentarius, qui *Francofurti ad Viadrum* 1681. 4. prodiit.

## §. V.

*Scriptores de feudis diuerſarum Germaniæ Regionum.*

Fuere quidam, qui ad conſtitutiones certarum Germaniæ Prouinciarum commentati. Inter hos ad feuda tractus inferioris Rheni facit WERNERVS THVMMERMüTH *in votiua relatione compromiſſi cuiusdam feudalis, Krumbſtab ſchleuſt niemand aus, 1643. f.* qua potiſſimum demonſtrare conatur, feuda Colonienſia eſſe mere hereditaria. Cui tamen ſingulari ſcripto ab Electoralibus fuit reſponſum. Ad aliorum Epiſcopatuum feuda facit LEOPOLDVS ALBERTVS SCHOPPIVS in *theſauro feudali practico, Halberſtadti 1670. 4.* Nouiter prodiit PETRI TORNOVII *tractatus de feudis Mecklenburgicis, eorumque Iure, Güſtrouiæ 1708. 4.* cuius pars poſterior prodiit *Güſtrou. & Lipſ. 1711. 4.* in quibus partibus prolixius ſtatum & naturam eorundem feudorum declarat. Ad feuda *Pomeraniæ* illuſtranda facit

Digitized by Google

facit MARCI RHODII *Diſſertatio de Seruitiis feudalibus vaſallorum Pomeraniæ orientalis Francof. 1706. 4.* Ad Feuda *Sileſiæ* pertinet SAMVELIS STRYKII *Diſſertatio de Feudis Ducatuum Sileſiæ Schwidnicenſis & Iaurienſis, Halæ 1704. 4.* De *Feudis Fuldenſibus* habemus Diſſertationem HENRICI COCCEII, *Francofurti ad Viadrum 1685. 4.*

## §. VI.

*Scriptores qui ad vſus feudorum variarum regionum commentati.*

Alii in ius feudale certarum terrarum atque prouinciarum fuerunt commentati. ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de origine & ſtatu feudorum* ſcripſit de moribus Galliæ, *Argentorati 1697. 4.* extat cum Schiltero. FRIDERICVS SANDE *ad Ius Feudale Geldriæ & Zutphaniæ Commentarium* edidit *in Gelriæ & Zutphaniæ Conſuetudines Feudales, nec non de effeſtucatione cum collatione Iurium & Conſuetudinum, quæ in Gelria vicinis ditionibus obtinent, Arnhemi 1658. 4. & Coloniæ 1698. f.* Hic itaque in omni iure feudali locum habet. Ad *feuda Angliæ & Scotiæ* THOMAS CRAGIVS, *Londini 1655. f.* qui multas etiam feudorum antiquitates eruit, & perquam rarus eſt. Addi poteſt RICHARDI ZOVCHÆI *Deſcriptio iuris feudalis pro introductione ad Iurisprudentiam Anglicanam.*

*Oxon.* 1634. 8. Sic etiam ad Scotiæ leges Feudales facit IO. SKENÆI *Regia Maieſtas Scotiæ, Edinburgi* 1609. 4. quæ ad feudorum antiquitates eruendas plurimum conducunt. Singularia ſunt, quæ Franciſcus Hottomannus de verbis Feudalibus, *voce Feudum* profert dicens: *Stephan. Pasquerius excellenti vir ingenio, & inter Pariſienſes cauſidicos dicendi facultate præſtans, libellum mihi Anglicanum Liteltonium dedit, quo feudorum Anglicorum iura exponuntur: ita incondite, abſurde, & inconcinne ſcriptum, vt facile appareat, veriſſimum eſſe, quod Polyd. Virgil. in Anglica Hiſt. de iure Anglicano teſtatus eſt, ſtultitiam in eo libro cum malitia & calumniandi ſtudio certare.* Ad *Sicula* MARIVS GIVRBA in *repetitionibus de ſucceſſione feudorum inter adſcendentes & deſcendentes maſculos, Lugduni* 1679. *f.* Ad feuda Belgii facit CORNELII NEOSTADTII tractatus *de ſucceſſione feudi ſcripti Hollandici, Amſtelodami* 1603. 4. Ad Hiſpaniæ atque Portugalliæ feuda MICHAEL ab AGVIRRE in *reſponſo de ſucceſſione Portugalliæ pro Philippo Hiſpaniarum rege, aduerſus Bononienſium, Patauinorum & Peruſinorum collegia, Venetiis* 1581. & 1599. *f.* *Maioratus* autem in regno Hiſpaniæ defendit LVDOVICVS MOLINA, in ſuo de iu-

de iuſtitia & iure tractatu. Ad *Ducatum & Vicariatum Ferrarienſem* pertinet ſpeciale *Reſponſum Feudale* in quo præter plurimas quæſtiones de primatu, prærogatiua & iurisdictione Pontificis oſtenditur Ducatum & Vicariatum Ferrarienſem donatum eſſe pleno iure, non autem in feudum conceſſum *Francof. 1616. 4.*

## §. VII.

Succedunt illi, qui compendia vel ſyſtemata iuris feudalis ſcripſerunt. Ex antiquis habemus IO. CALVINI *iurisprudentiam feudalem*, 6. libris comprehenſam, *Francofurti 1611. 8.* FRANCISCI CVRTII *tractatum feudalem*, *Coloniæ 1600. 8.* ARNOLDI BARTS *iuris feudalis nucleum*, GVILIELMVM FORNERIVM, ANTONIVM CONTIVM, IO. GEMMELIVM, GVILIEMVM HANNETONIVM, LIBORIVM HATTYSERVM, MATTHÆVM WESENBECIVM, GVERNERVM PISONEM SOACIVM. Quibus tamen adhuc meliores ſunt CONRADI RITTERSHVSII *partitiones iuris feudalis*, *Hanouiæ 1659. 8.* & HERMANNI VULTEII *libri II. de feudis*, horumque iure, *Francofurti 1629. 8.* & qui prolixior eſt FRANCISCUS HOTTOMANNVS in *Commentatione de feudis tripartita*, e quibus prima di-

*Scriptores qui compendia vel ſyſtemata iuris feudalis ſcripſerunt.*

ma diſputationem de iure feudali, ſecunda commentarium in vſus feudorum, tertia dictionarium verborum feudalium continet, prodiit *Lugduni 1573. f.* FRANCISCI DVARENI *Commentarius in conſuetudines feudorum, Colon. 1564. 8.* PETRI NICOLAI MOZZII *Tractatus nouus de feudis Colon. 1581. 8.* Olim quoque magni æſtimabatur IACOBI ab ARDIZONE *ſumma in ius feudale, Coloniæ 1562. 8.* Inter recentiores eſt IO. VOLCKMARI BECHMANNI *vſus practicus feudalis, Ienæ 1671. 4.* IO. ARNOLDI CORVINI *ius feudale* per aphoriſmos explicatum, prodiit *Amſtelodami 1660. 12.* BENEDICTI CARPZOVII *ſynopſis feudalis, Lipſiæ 1651. 4.* edita, non omnia exhaurit, plenius cum aliis eius operibus prodiit *1666. f.* WILHELMI LVDWELLI *ſynopſis iuris feudalis, Altdorfi 1653. 8.* minoris eſt momenti, vti & GEORGII SCHVLTZII, *Francofurti 1652. 12.* edita. Melius eſt IO. STVCKII *ſyſtema iurisprudensiæ feudalis, Baſileæ 1620. 8.* EVERHARDI BRONCHORSTI *methodus feudorum*, cum notis CYPRIANI REGNERI recuſa eſt *Vltraiecti 1652. 8.* in quibus tamen potiſſimum ad mores Galliæ atque Belgii reſpexit. Inſerta etiam eſt breuis interpretatio iuris Tranſiſulanici IO. IACOBI WISSEN-

BA-

BACHII *compendium iuris feudalis Franeckeræ* editum *1666. 4.* ad controuerſias tantum feudales facit. Extant etiam HENRICI ZOëSII *prælectiones de iure Feudorum, Louanii 1641. 4.* It. cum PETRI GVDELINI *Commentariis cum Iure feudorum & Pacis Colon. 1663. 8.* PAVLVS FRANCISCVS ROMANVS *de Feudis Francof. & Lipſ. 1712. 4.* HENRICI GüNTHERI THVLEMARII *ſyſtema iuris feudalis, Francofurti 1641. 4.* IACOBI RITTERI *lucubrationes iuris feudalis, Lipſiæ 1686. 12.* HENRICI COCCEI *hypomnemata iuris feudalis*, quæ *Francofurti ad Viadrum 1693. 12. & 1702. 8.* prodierunt, nimis breuia ſunt. IO. SCHILTERI *Inſtitutiones ad Ius Feudale vtrumque Germanicum & Longobardicum, ſeu Inſtitutiones ex genuinis principiis ſuccincte concinnatæ, & ad fori feudalis hodierni vſum directæ, Argentorati 1695. 8.* Breues iſtæ quidem ſunt, ſed ad mores hodiernos directæ. Germanico idiomate prodiit GOTTLIEB GERHARDI TITII *Teutſches Lehnrecht, nach ſeiner eigenen Beſchaffenheit und Verfaſſung des Teutſchen Staats, Leipzig 1707. 8.* qui licet diuerſas fouet opiniones ſingulares, quid tamen in foro hodie obtineat feudali haut incongrue declarauit. Reliquis vero omnibus præferendum eſt b. parentis

GEOR-

GEORGII ADAMI STRUVII *ſyntagma iuris feudalis*, quod ex editione octaua prodiit *Francofurti 1703. 4.* Acceſſerunt ſupplementi loco *obſeruationes & conſilia feudalia & centuria deciſionum, quaenam res feudales, quaenam allodiales, cum ſemicenturia obſeruationum de feudo haereditario* quae *Francofurti* prodierunt *1698. 4.* Sane hoc ſolum ſyntagma in iure feudali ſufficere poſſit, nec aberrabimus, ſi illud praecipuum inter ſcripta paterna habeamus. Ad illud Syntagma notas edidit IOANNES SCHILTERVS, *Argentorati 1704. 4.* quibus adiecit nonnulla reſponſa & conſilia iuris feudalis antehac inedita. Breuem epitomen facit SAMVELIS STRYKII *examen iuris feudalis*, ſeptima vice editum *Halae Magdeburgicae 1697. 12.* atque per quaeſtiones diſpoſitum, quibus ſaepius etiam ad ſyntagma Struuianum remittit: acceſſerunt variae relationes de caeremoniis inueſtiturarum feudalium. Annotationes ad hoc examen feudale ſcripſit IOANNES WINTZIGERVS, *Lipſiae 1708. 8.* Inſtar Commentarii ad hoc Examen eſſe poterit CASPARIS HENRICI HORNII *Iurisprudentia Feudalis Longobardico-Teutonica, Witteb. 1705. 4.* qui eandem cum Strykio methodum ſequitur, atque ad vſum hodiernum probe reſpexit, adiecit etiam

varia

Digitized by Google

varia conſilia de caſibus haut adeo obuiis.

## §. VIII.

Statim ſuccedunt, qui maiora opera feudalia ſcripſerunt, atque communiter dicuntur Feudiſtæ. Quales ex antiquis ALVAROTTVS & ISERNIA. LVDOLPHVS SCHRADERVS in *tractatu feudali*, *Francofurti 1594. f.* edito admodum perſpicuus eſt, atque ad praxin eſt directus. PARIDIS de PVTEO *opera feudalia* recuſa *Noribergæ 1677. 4.* IO. MELONI *theſaurus iuris feudalis, Ciuilis & Criminalis* germanice editus *Noribergæ 1645. fol.* Inter hos vero optimus habetur HENRICVS a ROSENTHAL in tractatu *de feudis*, *Francofurti 1662. fol.* recuſo, qui in congerendis Feudiſtarum ſententiis nimis eſt operoſus, ad quem hodie recurrunt communiter. Idem inſtitutum fuit CAMILLO de la RATHE in *theatro feudali*, quod *Neapoli 1637. fol.* prodiit, nec tamen vbique pari iudicio eſt elaboratum, licet differentias feudorum Italiæ videamus probe declaratas. Neque omittendus eſt PETRI GVDELINI *Commentarius de feudis*, *Lugduni 1641. 4.* in quo potiſſimum mores Belgii reſpexit.

*Scriptores qui maiora opera feudalia ediderunt.*

§. IX.

Digitized by Google

## §. IX.

*Scriptores quæſtionū obſeruatorum & controuerſiarum iuris feudalis.*

Alii quæſtiones & controuerſias feudales pertractarunt, vt IOANN. RVDINGERVS, *Argentorati 1608. 8.* quas etiam tractatibus ſuis feudalibus inſeruit WILHELMVS LVDWELLVS, *Altdorfi 1665. 8.* IOANNES GOEDDEVS in *medulla iuris feudalis, Coloniæ 1655. 8.* GOTHOFREDUS SVEVUS in *exercitationibus feudalibus, Wittebergæ 1655. 4.* & ERNESTVS FRIDERICVS SCHROETERVS in *commentario ad ius feudale, Ienæ 1654. 4.* GEORGIVS DANIEL LOCAMERVS, in *harmonia Struuio-Schnobeliana, Ienæ 1669. 4.* in qua Struuii doctrinam feudalem cum Schnobeliana confert. GEORGII BEATI *antinomiarum feudalium deciſiones, Lipſiæ 1606. 4.* HVBERTI GIPHANII *antinomiæ iuris feudalis, Francofurti 1666. 4.* IOANNIS NIELLI *controuerſiæ iuris feudalis, Lipſiæ 1629. 4.* DOMINICI ARVMÆI *diſputationes Ienæ 1613. 4.* CASPARIS FRIDERICI HORNII *exercitationes feudales, Wittebergæ 1695. 4.* OTTONIS MELANDRI *Loci Communes iuris feudalis controuerſiarum, Lichæ 1601. 8.* Præcipuum vero eſt GOTHOFREDI ANTONII *ius Feudale,* antea per exercitationes editum, poſt vero ſuccinctis additamentis ex nouiſſimis feudo-

feudorum interpretibus auctum, cura IO. SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1699. 4.* in quo nihil videmus intactum, quod adduci mereatur, idque maxime per additas notas egregias ad vſum hodiernum eſt accommodatum. Huc etiam faciunt ERICI MAVRICII *poſitiones iuris feudalis controuerſi, Kiloni 1643. 4.* & inter Opuſcula cum præfatione IO. NICOLAI HERTII edita *Francofurti 1692. 4.* HVLDERICI vero EYBENII *electa iuris feudalis, Gieſſæ 1669. 4.* edita, ſelectiora tractant, ea præſertim, quæ ad originem, antiquitates & feuda imperii faciunt, atque multa illuſtrat egregie. GEORGII ÆGIDII VON SICKENHAVSEN *Obſeruationes feudales Iuridico-Politico Practicæ, Nurnbergiæ 1689. 8.* germanico idiomate conſcriptæ ſingulares quosdam caſus accurate decidunt.

§. X.

*Scriptores qui deciſiones & conſilia feudalia ſcripſerunt.*

Succedunt nunc, qui deciſiones & conſilia feudalia ſcripſerunt, vti de *feudis* extant *conſilia variorum, Spiræ 1603. fol.* atque alia *Francofurti 1573. fol.* OCTAVII CORSETTI *conſilia feudalia, Venetiis 1617. fol.* IOANNIS KOEPPENS *obſeruationes iuris feudalis, Francofurti 1630. 8.* IACOBI CRAMERI *conſilia feudalia, Venetiis 1567. f.* SIGISMVNDVS LOFFREDI, *Francofurti*

1573.

1573. *f.* IACOBI KLEISTI, *feudalium conſtitutionum decades IV Francofurti* 1668. 8. IANI ab ARCEDVRA *concluſiones feudales, Francofurti* 1605. 4. Præ cæteris ad feuda Germaniæ egregie facit *Tomus II conſiliorum* CASPARIS KLOCKII.

§. XI.

*Scriptores de ſpecialibus feudorum materiis.*

Tandem etiam non prætereundi, qui ſpeciales feudorum materias ſcriptis illuſtrunt: vt IO. GEORGIVS BESOLDVS de *origine feudorum* ſcripſit, *Tubingæ* 1621. 4. cui tamen præferenda eſt oratio THOMÆ FRANTZII, ſyntagmati ſeudali ſubnexa. De *generibus & qualitate feudorum* egit IO. THOMAS MARINVS de MARINIS, *Coloniæ* 1582. 8. De *natura qualitate & differentia feudorum* HENRICVS BOCERVS,, *Tubingæ* 1600. 8. Huc etiam pertinet IOH. PETRI LVDWIGS *Diſſertatio* exhibens *Iura Feudis vicina, Halæ* 1708. 4. De *feudo ſolari* AHASVERVS FRITSCHIVS, *Ienæ* 1674. 4. De *feudis oblatis* extat b. parentis GEORGII ADAMI STRUVII in hac Academia habita diſſertatio, Reſpondente *Theophilo Friderico Borries, Ienæ* 1678. 4. & CHRISTIANI THOMASII de eadem materia diſſertatio, *Lipſiæ* 1687. 4. Præſtat vero IO. NICOLAI HERTII de feudis

feudis oblatis liber, qui primum *Gieſſæ 1680. 12.* prodiit, poſtea tomo ſecundo Commentationum acceſſit, qui hiſtoriam conſtitutionem & naturam feudorum oblatorum declarat, chartas quasdam ad hoc argumentum facientes adnectit, atque multa, quæ ad antiquitates non ſolum, ſed etiam ſtatum hodiernum & feuda Imperii faciunt, proponit. In eodem tomo ſecundo extat eiusdem diſſertatio *de feudo nobili.* Subnectimus Eiusdem diſſertationem de *feudis ex illis, quæ data & oblata dicuntur mixtis & de pecunia vaſallitica, vulgo ſtatumgeld, Gieſſæ 1710. 4.* De *feudis oblatis* IOANN. NICOLAVS HERTIVS, *Gieſſæ 1680. 12.* De *feudo in pecunia conſiſtente vom Lehn-Stamm* egit ANDREAS MYLIVS, *Lipſ. 1693. 4.* de *Feudo pignoratitio* ARNOLDVS KRVPP, *Gieſſæ 1689. 4.* de *Feudo Franco* HERMANN. RICHARDVS POLMANN, *Gieſſæ 1699. 4.* De *feudo ex pacto & prouidentia & feudo hereditario* CAROLVS a KIRCHBERG, *Auguſtæ 1616. 4.* De *feudis impropriis* IOANNES WVRMSERVS, *Tubingæ 1657. 8.* De *recta feudorum interpretatione* ANTONIVS MONACHVS, *Taurini 1635. f.* De *feudi conceſſione* PETRVS GREGORIVS, *Moguntiæ 1600. 8.* De *Particulari territorio ſubinfeudato* GEORGIVS HENRICVS



Digitized by Google

BRVCKNERVS, *Erfurt.* 1686. 4. ROMANVS TELLERVS, de *feudo pluribus promiſſo* egit *Lipſiæ* 1675. 4. FRANCISCVS de AMICIS *de his* egit, *qui feuda dare poſſunt, Venetiis* 1600. *f.* PETRVS VRSINVS de *feudorum ſucceſſione, Neapoli* 1639. *f.* CORNELIVS NEOSTADIVS de *ſucceſſione feudi ſcripti & Hollandici, Amſtelodami* 1603. 4. De *teſtamento feudali* VLRICVS MARBACHIVS, *Argentor.* 1709. 4. Ad ſucceſſionem ſpecialem *Feudi Hohenbergici* controuerſam ſpectat *Deductio* ad Regimen Auſtriacum Inſprugæ exhibitum, cui Titulus: *Schiedliche Gegen-Nothdurfft im Namen Herrn Carl Ioſeph von Neuhauſen zu Hoven, in puncto ſucceſſionis feudalis des von der communi ſtipite Wernero II, Tucher genannt, beſeſſenen, und von ſeinen Sœhnen Wernero V, und Reinhardo I, zu gleicher Helfte Lehnweiſe innen gehabten Stamm- und Nahmen-Guthes Neuhauſen,* 1702. *fol.* HENRICVS BOCERVS, de *inueſtitura feudorum, Tubingæ* 1608. 8. & de eadem ANTONIVS CAPYTIVS, *Neapoli* 1573. *f.* IACOBVS ALEMANNVS, de *iure ſimultaneæ inueſtituræ, Magdeburgi* 1616. 8. De *inueſtitura Saxonica in rebus allodialibus Immobilibus* egit ANDREAS MEYERVS, *Francofurti* 1667. 4. De *reuocatione feudi alienati* IO. de ANANIA, *Lugduni* 1546. 4.

LAV-

Digitized by Google

LAVRENTIVS SYLVANVS, de *feudi recognitione, Coloniæ 1596.* BENEDICTVS CARPZOVIVS de *oneribus vaſalli feudalibus, Lipſiæ 1655. 4.* De *Prodomino Feudi directo* IO. SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1711. 4.* ANTONIVS BORRINIVS, de *Caualcata & vaſallorum ſeruitiis pacis & belli tempore* præſtandis, *Spiræ 1614. 8.* ANDREAS KOHL, de *ſeruitiis feudalibus & ſubfeudis cum notis* GVILIELMI ANDREÆ de FREVNDENBERG, *Marpurpi 1631. 4.* qui priori longe eſt præferendus. Eodem referri meretur SAM. STRYKII *Vaſallus deſertor, Francofurti 1679. 4.* BARTHOLOMÆVS CAMERALIS, de *prohibita feudi alienatione* ſcripſit *Romæ 1561. f.* De *feudo ab vxore marito in dotem dato* egit PAVLVS CHRISTIANVS SCHROETERVS, *Witteberga 1712. 4.* De *Felonia* habemus FRIDERICI GEISLERI diſſertationem, *Lipſiæ 1673. 4.* De *laudemio* GEORGIVS FRANZKIVS, *Ienæ 1664. 4.* De *coniugio feudalitio* GEORG. HINTZKE, *Ienæ 1690. 4.* Idem inſtitutum plenius perſequitur PHILIPPVS KNIPSCHILD, de *obligatione domini & vaſalli, Vlmæ 1687. 12.* ſtylo germanico hanc materiam ad vſum vbi maxime hodiernum exponit. De *Transmutatione feudi in allodium* peculiari diſſertatione egit IACOBVS BORNIVS,



Digitized by Google

*Lipſiæ 1693. 4.* De *debitis feudalibus* IO. EICHELIVS. De *Excuſſione allodii ante feudum* HENRICVS HILDEBRANDVS *Altorf. 1712. 4.* cui addi poteſt IOH. PHILIPPI SLEVOGTII *Diſſertatio de Executione in bona feudalia, Ienæ 1692. 4.* De *vaſallorum grauaminibus* IOANNES MARIA NOVARIVS, *Geneuæ 1686. f.* ERASMVS a CHOCKIER, de *aduocatiis feudalibus, Coloniæ 1624. 8.* & qui in hac materia optimus eſt MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG, de *aduocatia armata, ſeu clientelari patronorum iure & poteſtate, clientumque officio & obligatione, Baſileæ 1625. f.* & *Francofurti 1628. f.* IOANNIS HENRICI BERGERI *quæſtio, vtrum & quousque ſurdi ac muti feudorum ſint capaces, Lipſiæ 1707. 4.* De *eo, quod iuſtum eſt circa Ruſticos in materia feudali* egit HENRICVS COCCEIVS, in *Diſſertatione* habita *Francofurti 1693. 4.* De *feudis* vero *imperii* eruditiſſimus eſt tractatus IOANNIS WILHELMI ITTERI, *Francofurti 1685. 8.* quem non ſolum ex iure feudorum Longobardico, ſed etiam publicis & pragmaticis ſanctionibus atque hiſtoria Germanica deduxit. Eodem conducit elegans *Diſſertatio de Vaſallo non Statu Imperii* ſub præſidio CHRISTIANI SCHROETERI habita *Ienæ 1704. 4.* De *Bonis Laudemialibus*

extat

Digitized by Google

extat Diſſertatio IOANNIS SCHILTERI, *Argentorati 1690. 4.* De *Iure Caſtrenſi ſiue von Burg-Rechten* commentatus eſt ADRIANVS BEYERVS, *Ienæ 1694. 4.*

§. XII.

Ad ſolidam feudalis iuris interpretationem faciunt potiſſimum Gloſſaria, quæ diuerſos terminos ex iure Feudali & Alemanico reliquos probe illuſtrant. Huc potiſſimum *CAROLI du FRESNE Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ latinitatis, Pariſiis 1678. f.* & *Francofurti 1681. f. HENRICI SPELMANNI Gloſſarium archæologicum, Londini 1687. f. STEPHANI SKINNERI Etymologicon linguæ Anglicanæ, Londini 1671. f.* & ſimiles. Huc facit etiam *Gloſſarium* quod Codici Legum antiquarum ſubnexit *LINDENBROGIVS*, quem ſecutus eſt *STEPHANVS BALVTZIVS*, qui Capitularibus regum Francorum tale quid ſubiunxit. Similia adiecta videmus Freheri Scriptoribus rerum Germanicarum & Matthæi Pariſii Hiſtoriæ, quæ ſingula ſane lucem præferunt haut minimam verbis, terminis atque antiquitatibus feudalibus. Optandum eſſet, vt locupletiſſimum *IOANNIS SCHILTERI Gloſſarium Saxonicum*, in quo tot annis deſudauerat, aliquando lucem adſpiceret, quod vt Argen- *Gloſſaria & Concordantiæ ad Ius Feudale.*

 torato

Digitized by Google

torato ad me perſcriptum eſt, propediem prelo ſubiicietur & omnibus ſine dubio palmam præripiet. Ad ius Longobardicum ſaltim facit *FRANCISCI HOTTOMANNI dictionarium verborum Feudalium, Lugduni 1575. f.* & *NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI Concordantia iuris Feudalis, Jenæ 1688. fol.*

# CAPVT DECIMVM TERTIVM

## De BIBLIOTHECA IVRIS CANONICI.

### §. I.

*Scriptores ad hiſtoriam iuris Canonici.*

Bibliotheca alia eſt iuris Canonici, alia iuris eccleſiaſtici. In iſta fontes ſunt canones eccleſiæ. Horum collectores deſcribit PETRVS de MARCA *de veteribus Canonum collectionibus*, qui cum aliis eiusdem opuſculis, cura STEPHANI BALVTZII editis, prodiit *Pariſiis 1681. 8.* Poſt hunc idem egit GERHARDVS von MASTRICHT in *hiſtoria iuris eccleſiaſtici, Duisburgi* edita *1676. 8.* quæ *cum præfatione* CHRISTIANI THOMASII de ne-

glecta

glectu ſtudii iuris Canonici, eiusque vſu frequente & methodo denuo prodiit *Halæ* 1705. 4. Liber eſt egregius, in quo fontes Iuris Canonici a prima ſua origine a Canonibus ſcilicet Conciliorum per ſubſequentia ſecula declarat, ita vt ſingulos Canonum Collectores, Iuris Canonici compilatores dilucidiſſime exponat auctor celeberrimus. Idem inſtitutum plenius adhuc perſequitur in *Cautelis circa præcognita Iurisprudentiæ Eccleſiaſticæ in vſum Auditorii Thomaſiani, Halæ* 1712. 4. vbi maxime defectus Iuris Canonici in hiſtoria eccleſiaſtica demonſtrat. Idem quoque egit IOANNES STRAVCHIVS, in *prolegomenis ad Gratianum.* Et plenius adhuc in *Diſſertationibus Canonicis* de *Origine, libris nec non auctoritate Iuris Canonici, Ienæ* 1673. 4. Sic etiam HVNOLDVS BLETTENBERGIVS in *introductione* ſua *ad Ius Canonicum*, quæ *Hildeſiæ* 1692. 8. prodiit, de collectoribus canonum & conciliis generalibus egit. Addimus ZEGERI BERNHARDI von ESPEN *tractatum Hiſtorico Canonicum exhibentem ſcholia in omnes Canones Conciliorum tam Græcos quam Latinos vnanimi vtriusque eccleſiæ græcæ & latinæ conſenſu probatos, nec non famoſiores Canonum Codices ſiue collectiones tam veteres quam recentiores, quibus modernum Corpus Ca-*

*nicum conſtat. Vna cum variis reflexionibus, regulis & principiis perueniendi ad veram & vtilem ſacrorum Canonum & iuris Canonici notitiam, Leodii 1693. 4.* De *emendatione Gratiani* erudita eſt commentatio ANTONII AVGVSTINI, quam cum notis STEPHANI BALVTZII denuo edidit GERHARDVS von MASTRICHT, *Arnhemi 1678. 8.* De *origine & vſu iuris Canonici in terris proteſtantium* erudita eſt diſſertatio HVLDARICI EYBENII, *Helmſtadti 1672. 4.* ADAMVS RICCIVS de *librorum iuris Canonici quantitate & qualitate* egit *Regiomonti 1637. 8.* Sed melior eſt ALBERICI GENTILIS tractatio de *libris Iuris Canonici, Helmſtadti 1674. 4.* Alias *hiſtoriam Iuris Canonici* publicauit IOACHIMVS CLVTENIVS, *Argentorati 1609. 4.* contra quem tamen ſcripſerunt Colonienſes *1621. 4.* Erudita eſt *Hiſtoria Iuris Canonici* a IOANNE DOVIATIO edita, *Pariſiis 1676. 12.* cum explicatione locorum, in quibus celebrata fuerunt concilia, gallice.

## §. II.

*Collectores Canonum.*

Ad fontes Iuris Pontificii faciunt Canones, horumque Collectores. Primo loco veniunt *Canones Apoſtolorum* vulgo dicti, licet tales non ſint. Hos edidit *IO.*

ZO-

*ZONARAS, Pariſiis 1618. f.* & cum Commentario *THEODORVS BALSAMO, Pariſiis 1620. f. IOANNES BOVIVS, Pariſiis 1564. 8. FRANCISCVS TVRRIANVS, Venetiis 1563. 4.* qui eosdem contra Centuriatores Magdeburgenſes defendere conatus, & *DIONYSIVS GOTHOFREDVS, Lugduni 1583. 4.* Eosdem vna cum Canonibus Concilii Niceni, Ancyrani, Neo-Cæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodiceni, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſis, Sardicenſis, Carthaginenſis, Conſtantinopolitani in Trullo Niceni II e Canonicorum Diui Hilarii Pictauienſis & Auguſtana Bibliotheca edidit *ELIAS EHINGERVS, Witteberga 1614. 4.* Licet autem hi Canones Apoſtolis a Binio Labbeoque adſcribantur, a Proteſtantibus tamen ſatis eſt exploſum, iisdem non deberi, immo inter pontificios ipſi Natali Alexandro. Huic tamen P. *ANTONIVS CONSTANTINVS a Caſtrouillare*, Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula Ex-prouinciali oppoſuit *diſſertationem de Canonibus Apoſtolorum, Roma 1697. 4.* Verum, ſuppoſititias easdem iterum innuit *THOMAS COMBENVS*, qui *fraudes Romanas* in editione Conciliorum priorum quatuor ſeculorum commiſſas detexit *Londini 1689. in 4to.*



Digitized by Google

## §. III.

*Canones eccleſiæ.*

Poſt hos cœperunt Collectiones ſiue Codices Canonum, inter quos primus eſt *Codex Canonum eccleſiæ vniuerſæ.* Hic poſt concilium Nicenum fuit collectus, vt certam regulam haberent, qua vterentur in eccleſia, & quidem auctore incerto, poſt ex diuerſis Conciliorum Canonibus auctus. Hunc primum edidit *CHRISTOPHORVS IVSTELLVS, Pariſiis 1610. 8.* poſtea recuſum cura *GEBHARDI THEODORI MEYERI, Helmſtadti 1643. 4.* Demum eundem Iuſtellus filius in Bibliotheca Iuris Canonici veteris denuo publicauit *Pariſiis 1661. fol.* additis Canonibus Epheſinis & Chalcedonenſibus. Ex hoc potiſſimum deſumtus eſt *Codex Canonum eccleſiæ Africanæ,* quem *CHRISTOPHORUS IUSTELLUS* edidit, *Pariſiis 1615. 8.* Inde ſecutus fuit *Codex Canonum veterum eccleſiæ Romanæ a FRANCISCO PITHOEO* ad veteres manuſcriptos Codices reſtitutus & notis illuſtratus, quem edidit *CLAVDIVS PELLETIERVS, Pariſiis 1687. f.* Acceſſerunt *PETRI PITHOEI miſcellanea eccleſiaſtica, ABBONIS FLORIACENSIS apologeticus, epiſtolæ & formulæ antiquæ Alſaticæ.* Licet quam maxime dubium ſit, an hic ipſe codex ſit, quo eccleſia Romana olim

olim fuerit vſa. Alium Canonum eccleſiaſticorum Codicem congeſſit *DIONYSIVS EXIGVVS, Pariſiis 1642. 8.* editum, qui poſt illum veterem Codicem collectus, in quibusdam ab eo diſcrepat, præcipue vero circa Canonum dinumerationes. Faciunt huc etiam *Capitularia Regum Francorum*, de quibus in ſuperioribus, quæ multa etiam ex Canonibus excerpta in ſe continent. Hos atque ſimiles Canones collegit HENRICVS IVSTELLVS & GVILIELMVS VOëLLVS in *Bibliotheca Iuris Canonici veteris, Pariſiis 1661. f.* Duobus Tomis iſta abſoluitur, quorum priori continetur *Codex Canonum eccleſiæ vniuerſæ a concilio Chalcedonenſi & Iuſtiniano Imper. confirmatus, græce & latine emendatior quam in prima patris, Chriſtophori Iuſtelli editione, cum ipſius notis, Codex Canonum Eccleſiaſticorum DIONYSII EXIGVI, Epiſtola Synodica S. CYRILLI & Concilii Alexandrini contra Neſtorium a Dionyſio Exiguo in latinum ſermonem translata, Collectio Decretorum Pontificum Romanorum, auctore DIONYSIO EXIGVO, Priſca Canonum editio latina, complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Niceni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis ex vetuſtiſſimo Codice edita, Codex Canonum Eccleſiæ*

Afri-

Digitized by Google

*Africanæ, græce & latine ex editione Chriſtophori Iuſtelli, cum eiusdem notis, FVLGENTII FERRANDI Breuiarium Canonicum, Indiculi duo in Ferrandum & Criſconium, MARTINI BRACARENSIS collectio orientalium Canonum*, cura Ioan. Douiatii edita, *CRISCONII liber Canonum*. Secundo Tomo continetur *IOANNIS* ANTIO-*CHENI collectio Canonum in quinquaginta titulos diſtributa, Ei. Nomocanon græce & latine, ALEXII ARISTINI ſynopſis Canonum, græce & latine, SIMEONIS MAGISTRI & LOGOTHETÆ epitome Canonum, græce & latine ARSENII Monachi, diuinorum Canonum ſynopſis ſiue Nomocanon gr. & lat. PHOTII Nomocanon cum Theodori Balſamonis Commentariis græce & latine. PHOTII Opuſculum de ſeptem ſynodis œcumenicis gr. & lat. NILI Metropolitæ Rhodii de ſanctis & œcumenicis ſynodis enarratio ſynoptica gr. & lat. Auctoris anonymi de ſex œcumenicis ſynodis opuſculum gr. & latine. Anonymi Libellus ſynodicus, omnes ſynodos tam orthodoxas quam hæreticas a tempore apoſtolorum ad octauam œcumenicam complectens gr. & lat. THEODORI BALSAMONIS collectio conſtitutionum eccleſiaſticarum ex Codice, Digeſtis & Nouellis Iuſtiniani congeſta, CAROLI ANNIBALIS FABROTTI notæ perpetuæ in eadem col-*

*lectione*

*lectione* THEODORI BALSAMONIS, IO. LEVNCLAVII in *paratitla notariorum libri duo.* Poſt hanc, GVILIELMVS BEVEREGIVS *ſynodica* edidit, *ſeu Pandectas Canonum Conciliorum & Apoſtolorum ab eccleſia Græca receptorum, Oxonii 1676. f.* in quibus ipſos variorum Conciliorum Canones, quos eccleſia Græca adprobauit, nec non canonicas Patrum epiſtolas, vna cum ſcholiis antiquorum, quæ plerumque ex Bibliotheca Bodleiana ſumſit, congeſſit. Cum autem Anonymus *obſeruationes in Eiusdem Canones apoſtolorum*, quos ſeculo ſecundo & tertio demum compoſitos putat Beueregius, edidiſſet *Rotomagi 1674. 8.* ipſe *Codicem Canonum* publicauit *eccleſiæ primitiuæ vindicatum ac illuſtratum, Londini 1678. 4.* in quo ſententias Turriani & Dallæi examinat, ſuamque defendit. Sic etiam paucos ante annos prodiit *Delectus Actorum Eccleſiæ Vniuerſalis, ſeu noua Summa Conciliorum, Epiſtolarum, Decretorum, SS. Pontificum, Capitularium &c. quibus eccleſiæ fides & diſciplina niti ſolet,* cum notis ad Canones, *Lugduni 1706. f.* Tomis II. Continetur eodem Collectio potiorum Canonum ex Labbei Conciliorum Tomis, quibus Collector notas quasdam adiecit. Licet hæc Collectio prolixior ſit circa Concilium Tridentinum, atque

que ea quæ Statum recentiorem concernant.

## §. IV.

*Ius Canonicum Græcorum*

Ex his Conciliorum Canonibus, adiectis quibusdam Imperatorum Conſtitutionibus collectum eſt Ius Canonicum Græcorum. Ad hoc facit PHOTII *Nomocanon*, quem ex Conſtitutionibus Imperatorum Græcis, Baſilicis & Canonibus eccleſiaſticis congeſſit, quod breuiarium eſt Iuris Canonici Græcorum. Hunc deinde Conſtantinus Porphyrogenitus repetita lectione edidit, repurgauit & promulgauit. In hunc aliosque conciliorum canones commentarium dedit THEODORVS BALSAMO, quem græce & latine edidit GENTIANVS HERVETVS, *Pariſiis 1620. f.* Continetur etiam in Bibliotheca Iuris Canonici Iuſtelli. Inter recentiores ENIMVNDVS BONEFRIDVS *iuris Orientalis digeſtionem* græce edidit, addita latina verſione & notis, *Pariſiis 1573. 8.* In eadem pleraque, quæ ad ius Eccleſiaſticum faciunt, videmus collecta. Poſt hunc MARQVARDVS FREHERVS edidit *ius Græco Romanum* duobus Tomis gr. & latine, quod magna ſolertia collegerat, & Freheri curæ commiſerat IOANNES LEVNCLAVIVS. Tomus eiusdem primus

totus

totus pertinet ad ius Canonicum. Continetur in eodem CONSTANTINI HARMENOPVLI *epitome Iuris Canonici Græcorum, Nouellarum Auguſtalium de rebus eccleſiaſticis liber vnus, Decretorum Synodalium libri duo, Reſponſorum libri duo,* THEODORI BALSAMONIS *meditata ſiue reſponſa,* MATTHÆI MONACHI *quæſtiones & cauſæ matrimoniales, Iuſtiniani Imp. edictum de fide orthodoxa,* CONSTANTINI HARMENOPVLI *de ſectis, & vera fidei confeſſione liber vnus.* Alter vero Tomus ad ius ciuile ſpectat. Extant porro *Canones Græci Concilii Laodiceni, cum verſionibus* GENTIANI, HERVETI, DIONYSII EXIGVI, ISIDORI MERCATORIS *& obſeruationibus* WOLFGANGI GVNDLINGI, *Norinb. 1684. 8.*

## §. V.

Ad Fontes Iuris Canonici ſpectant præterea Concilia, quorum diuerſos tum Compilatores, tum Commentatores habemus. Varii equidem ſunt Conciliorum Collectores, atque editores, quos in Compendio recenſent Acta Eruditorum Lipſienſium menſis Auguſti 1684. p. 348. e quibus quaedam excerpſimus. Primum autem IACOBVS MERLINVS Eccleſiæ *Collectores Conciliorum.*

Pari-

Pariſienſis Pœnitentiarius, *Lutetiæ* anno *1524.* duos Conciliorum tomos edidit a Petro Quentelio *Coloniæ 1530.* demum *Pariſiis 1535.* recuſos; vno quidem tomo concilia vna cum Romanorum Pontificum epiſtolis, decretalibus ab Iſidoro quondam compilata, altera vero acta duorum Conſtantinopolitanorum, nec non Conſtantienſis & Baſileenſis Conciliis complectitur. Hunc ſecutus fuit PETRVS CRABBE, Mechlinienſis, Ordinis Franciſcani, qui anno *1538.* duos conciliorum tomos longe ampliores edidit, in quibus præter appendices & ſupplementa Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis, variasque ſynodos & epiſtolas, geſta concilii Chalcedonenſis ex recenſione Ruſſici, Romanæ Eccleſiæ Diaconi, Liberati Carthaginenſis Breuiarium, concilium Lateranenſe ſub Innocentio III celebratum, geſta concilii Florentini ex interpretatione Bartholomæi Abrahami Cretenſis & vitas Romanorum Pontificum adiecit. Cum vero ne ſic quidem Conciliorum Hiſtoriæ ſatisfeciſſe ſibi videretur, anno *1551 nouum conciliorum Opus* tribus tomis comprehenſum, Niceno II, Lateranenſi V, plurimisque aliis conciliis additis, in publicum emiſit. Inde FRANCISCVS IOVERIVS, *tripartitum Sanctionum eccleſiaſticarum Opus, Pariſiis*

*riſiis 1555* edidit, quarum prima claſſis ſynodos vniuerſales, altera particulares, tertia pontificum decreta continet. Hic tamen potius de contrahendo volumine, ne vltra modum excreſceret, fuit ſollicitus. Poſt hunc LAVRENTIVS SVRIVS Quatuor volumina Conciliorum edidit *Coloniæ 1567. f.* in quibus non ſolum aliquot locorum millia ad MStorum fidem emendauit, ſed etiam diuerſis eccleſiaſticæ antiquitatis monumentis hunc Conciliorum Theſaurum locupletauit. Surianam editionem excepit Veneta, quæ in quinque Tomos diſtributa *a. 1585.* ex Dominici Nicolini officina prodiit, actis quibusdam Conciliorum auctior, adnotationibus etiam hinc inde adiectis. Hinc SEVERINVS BITZIVS Canonicus Colonienſis nouam Conciliorum editionem, *Coloniæ 1606. f. IV. Tomis* procurauit, ſcholiis & adnotationibus ex Baronio maxime depromptis, & ad Curiæ Romanæ placita accommodatis. Nouam igitur anno *1618.* procurarunt Colonienſes priori longe ampliorem atque illuſtriorem, cui etiam Græca, quæcunque reperiri potuerunt, acceſſerunt, ſingulis Tomis in duo vel tria volumina diſtributis. Quanquam poſtea Pariſienſes, cum poſteriorem Binii editionem anno *1638* prelo iterum ſubiicerent,



Digitized by Google

totum Opus in nouem tomos, ſeptimo in duo volumina diuiſo, digeſſerint. Huic etiam Binianæ editioni inſerta videmus GARSIÆ LOVISÆ *Concilia Hiſpanica*, quæ cum eiuſdem ſcholiis atque adnotationibus prodierunt *Madriti 1593. & Tomos IV Græco-Latinos Conciliorum Generalium*, quæ Pauli V auſpiciis *a. 1608. Romæ* ex Vaticana Bibliotheca prodierunt. Omnes vero anteriores & Voluminum numeros, & auguſtæ chartæ & typorum apparatu antecellit Regia, quæ Pariſiis 1644 prodiit in XXXVII Tomos diffuſa. In hac autem collectione præter Iacobi Sirmondi Concilia Gallicana, Horatii, Iuſtiniani Concilium Florentinum, quod paulo ante id tempus Romæ excuſum fuerat, Vigilii Epiſtola pro confirmatione Synodi V. & appendix ad Concilium Claromontanum, cum diſſertationibus Petri de Marca, antiqua Angliæ Concilia, Concilium Lemovicenſe ex MSto Bibliothecæ Thuaneæ Codice ſuppletum, aliaque quæ priores Collectores latuerunt, reperiuntur. Succeſſit tandem poſtrema *Conciliorum Collectio*, quam PHILIPPVS LABBEVS in ſe ſuſcepit, & operi immortuus, GABRIELI COSSARTIO perficiendam reliquit, quæ *Pariſiis 1672. f. XVII Tomis fuit* abſoluta, Hæc equidem Regiæ editioni

Digitized by Google

tioni cedit voluminum numero, eidem tamen adhuc plenior longe eſt, typis quippe minutioribus expreſſa. *Nouam* demum *Conciliorum editionem* procurauit STEPHANVS BALVZIVS, *Pariſiis 1683. f.* Supplementum hoc eſt ſuperiorum Collectionum, cuius Tomus iſte primus ab A. C. 123. ad ſexti vsque ſeculi medium pertingit. In quo præter Concilia in prioribus plane omiſſa, aliorumque appendices, Syntagma. Epiſtolarum Lupi, aliaque complectitur. Commentarium atque Hiſtoriam Conciliornm adgreſſus eſt CHRISTIANVS LVPVS, qui *Synodorum Generalium & Prouincialium Statuta & Canones* congeſſit, cuius pars prima & ſecunda prodiit *Louanii 1665. f. 2. vol.* In quibus octo priorum Concilia generatim ſaltim perſequitur. Alii Conciliorum diuerſarum prouinciarum Collectionem nobis procurarunt. Inter hos IACOBVS SIRMONDVS *Galliæ concilia* congeſſit *Pariſiis 1629. f. III. Tomis*, quæ etiam in Regia continentur. Acceſſerunt poſtea PETRI DE LA LANDE *Conciliorum Antiquorum Galliæ Supplementa, Lutetiæ Pariſiorum 1666. f.* Hiſpaniæ Concilia, prout antea diximus, GARSIAS LOVYSA congeſſit, quæ etiam in Biniana reperiuntur editione. Nouam Collectionem longe



Digitized by Google

maiori apparatu procurans IOSEPHVS SAENTZ de AGVIRRE Benedictinus, Cardinalis, qui primum *Notitiam Conciliorum Hiſpaniæ atque noui orbis, epiſtolarum decretalium & aliorum monumentorum ſacræ antiquitatis ad ipſam ſpectantium, magnam ex partem ineditorum, Salamanticæ 1686. 8.* Hunc tanquam prodromum præmiſit, in eodemque Sciagraphiam integri Operis, quod meditabatur, delineauit. Tandem vero prodiit Eiusdem *Collectio Maxima Conciliorum omnium Hiſpaniæ & Noui Orbis, Epiſtolarumque Decretalium, nec non plurium monumentorum ad illos ſpectantium, cum notis & diſſertationibus, quibus S. Canones, Hiſtoria & diſciplina Eccleſiaſtica, & Chronologia illuſtrantur,* cuius *Tomus primus* prodiit *Romæ 1693. f.* in quo ad annum 569. procedit. *Tomus ſecundus Romæ 1694. f.* in Concilio Toletano XVIII anno 701 celebrato deſinit. *Tomus tertius Romæ 1694. f.* vsque ad annum 1511 progreditur. In ſingulis eruditas de ſingulis rebus immiſcuit diſſertationes. Tandem *quartus & vltimus Tomus* prodiit *Romæ 1695. f.* in qua nuda Conciliorum Acta, ſine Auctoris diſſertationibus ad Synodum vsque Limenſem dioeceſanam X in Peruuia anno 1604 coactam procedit. Inde conſideranda HENRICI SPELMAN-

NI

NI *Concilia & Conſtitutiones Eccleſiæ Britannicæ, ab initio Chriſtianæ Religionis itidem ad noſtram vsque ætatem celebrata, Londini 1639. f.* Nolumus iam omnes coaceruare Scriptores, qui ſingula Concilia ſcriptis ſuis illuſtrarunt, quorum magna eſt copia, de illis ſaltim dicemus qui notitiam Conciliorum in Compendio exhibuerunt. Huc, præter FRANCISCVM QVERIVM ſuperius iamdum memoratum, facit BARTHOLOMÆI CARRANTZÆ *Summa omnium Conciliorum, Lugduni 1600. 4.* & *Francofurti 1671. 8.* quæ tamen eſt perbreuis. Præſtat omnino FRANCISCI LONGI a CORIOLAMO *Summa Conciliorum omnium,* quæ a Petro ad Gregorium XV fuerunt celebrata, *Antwerpiæ 1623. f.* In qua præmiſſis Præludiis, in quibus Catholicam religionem ex Conciliorum Canonibus illuſtrare conatur, decreta ſingulorum Conciliorum exhibet, adiectis hinc inde variis adnotationibus. Addimus IO. CABASSATII *notitiam Eccleſiaſticam Hiſtoriarum, Conciliorum & Canonum inuicem collatorum, veterumque iuxta ac recentiorum eccleſiæ rituum, ab ipſis Eccleſiæ Chriſti incunabulis ad noſtra vsque tempora, ſecundum cuiusque ſeculi ſeriem accurate digeſta, Lugduni 1680. f.* Licet hoc Opus potius ad



Digitized by Google

Hiſtoriam faciat Conciliorum, quam horum Canones. Ad eandem facit EDMVNDI RICHERII *Hiſtoria Conciliorum Generalium in quatuor libros diſtributa, Coloniæ 1683. 8.*

§. VI.

*Pœnitentialia vet. Eccleſiæ.*

Poſt Canonum Collectores veniunt veteris Eccleſiæ Pœnitentialia, e quibus multa fuerunt hauſta, prout Decretorum Rubricæ nos docent. Tria potiſſimum memorat Burcardus Wormatienſis, *Romanum, Theodori & Bedæ.* Tales etiam *Canones pœnitentiales* edidit ANTONIVS AVGVSTINVS, *Tarraconæ & Venetiis 1584. 4. Pariſiis 1641. f.* Sed iſti plane alii ſunt ab iis, qui a Burcardo fuerunt adlegati. Acceſſit etiam RABANI MAVRI *liber pœnitentium*, in quo de variis pœnis eccleſiaſticis egit.

§. VII.

*Fontes iuris Pontificii.*

Separatim a iure Canonico eſt Pontificium, quod ex decretalibus Pontificum epiſtolis, reſcriptis & conſtitutionibus conſiſtit. Ad eiusdem fontes referuntur omnes Pontificum conſtitutiones, Pontificum decreta, epiſtolæ Decretales & quæ ſunt ſimilia. Inter antiquiſſimos Collectores a quibusdam pontificiorum refertur ISIDORVS MERCATOR, cuius *collectio Conciliorum*

*& De-*

Digitized by Google

*& Decretalium* extat, qua primis Romanis pontificibus a Clemente vsque ad Siricium epiſtolas Decretales ſuppoſuit, cum tamen tales ſupra Siricii tempora haut reperiantur. FRANCISCVS TVRRIANVS quidem in ſua defenſione contra Centuriatores Magdeburgicos eandem collectionem omni modo conatur defendere. Verum DAVID BLONDELLVS ſcripſit *Pſeudo-Iſidorum & Turrianum vapulantes, ſeu epiſtolas ſuppoſititias, quas aliquibus ex Papis Romanis tribuebat Iſidorus Mercator & defendere conatus eſt Turrianus, cum cenſura & notis in eadem Geneuæ 1628. 4.* Idem demonſtrauit Cave Hiſtor. litteraria ſcript. Eccleſ. p. 369. & Gerhardus von Maſtricht Hiſtoria Iuris Eccleſ. n. 22.

## §. VIII.

*Fontes iuris Pontificii.*

Antiquiſſimus Pontificii iuris Collector habetur IARLANDVS CHRYSOPOLITANVS, quem ſe MStum vidiſſe ait Ericus Mauritius de libris Iuris Communis §. XXVIII in Bibliotheca Canonicorum ad S. Victorem. Opus inſcribitur *Candela*, atque e pontificum decretis & patrum ſcriptis eſt conſarcinatum. Seculo vndecimo BVRCARDVS, Wormatienſis Epiſcopus, rogatu Brunichonis, præpoſiti Eccleſiæ Wormatienſis ad vtilitatem ſuæ eccleſiæ



Digitized by Google

digererere cœpit iura eccleſiaſtica & quidem ex Canonibus, Pontificum Decretis, ſacra Scriptura, Patribus, Pœnitentiali Romano, Theodori & Bedæ. Hanc collectionem inſcripſit *magnum Canonum volumen*, eandemque in XX libros diſtinxit *Coloniæ 1548. fol. & Pariſiis 1550. f.* In colligendo tamen non adeo magno iudicio fuit vſus, cum multa ex Pſeudo-Iſidoro ſuppoſititia inſereret. Poſt hanc prodiit ANSELMI Lucenſis *Collectio Canonicarum ſententiarum*, quam ab Antonio Auguſtino editam memorat Schottus Bibl. Hiſpan. pag. 313. qua tamen æque multa ſuppoſititia fuerunt inſerta. Sub finem eiusdem ſeculi vndecimi Opus adgreſſus eſt IVO Carnotenſis. Huic bina tribuuntur, *liber Decretorum*, & *Panormia* ſiue *Pannomia*. Ille in XVII partes eſt diſtinctus, in quibus Burcardum potiſſimum ſequitur. Prodiit cum Eiusdem epiſtolis, *Louanii 1561. fol.* Altera *Panormia* Decretorum eccleſiaſticorum quaſi ſumma quædam eſt, in VIII partes diuiſa. Hanc plures Iuoni abiudicant, atque inter hos Gerhardus von Maſtricht Hiſtoria iuris eccleſ. num. 267, verum Iuoni vindicat Balutzius & cum eo Caueus. Secutus Iuonem fuit GRATIANVS, qui volumen illud Decretorum compoſuit, quod hodie primam partem facit Corporis Iuris Cano-

Digitized by Google

Canonici, quem librum Eugenio III Pontifici obtulit. Hoc quidem primo ſtatim tempore publice receptum non eſt, magnæ tamen ſemper fuit auctoritatis, & quidem ipſe Opus ſuum inſcripſit *Concordiam diſcordantium Canonum*, eo quod diſſentientia a canonibus eccleſiaſtica decreta inuicem conciliare eſſet conatus. Hæc autem collectio continet dicta Patrum, canones Conciliorum, verba Gratiani, Paleas ſiue varias Doctorum ſententias & opiniones atque excerpta ex Iure Ciuili.

## §. IX.

*Epiſtolæ Pontificum Decretales.*

Decretales Pontificum epiſtolæ poſt Gratiani collectionem ſequuntur, quæ integræ inſertæ ſunt Iuri Canonico. Hæ enim in ſynodo Romana anno 494. Romæ ſub Gelaſio habita Canonibus fuerunt æquiparatæ. Primi quidem Canonum Collectores ex iisdem etiam multa collectionibus ſuis inſeruerunt. Poſt eam Decretales a Canonibus cœperunt ſeparari & ſingulatim colligi. Prima compilatio eſt BERNHARDI CIRCÆ, qui priuata opera Pontificum, Lucii III, & ſucceſſorum vsque ad Cœleſtinum Decretales collegit, & ſub iisdem fere titulis digeſſit, quibus Gregoriana collectio conſtat, qua hodie vtimur. Edidit eandem ANTONIVS AVGVSTINVS


Digitized by Google

in *antiquarum Decretalium collectione*, vbi primo loco habetur. Prodiit iſta cum eruditis notis, *Ilerdæ 1576. f. & Romæ 1683.*
4. INNOCENTII III *Epiſtolas Decretales* cum perpetuis Commentariis edidit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, *Pariſiis 1666. f.* quas tamen auctius edidit atque emendatius STEPHANVS BALVTZIVS, *Pariſiis 1682. f.* 2 Tomis. Nouam demum ex his Decretalibus Collectionem fieri fecit Gregorius IX Papa, quæ nunc partem facit Iuris Canonici.

## §. X.

*Corpus iuris Canonici.*

Ex dictis ergo fontibus collectum fuit, quod nunc communi nomine adpellamus *Corpus Iuris Canonici.* Conſtat illud ex Decreto, quinque libris Decretalium a Gregorio IX collectorum, Libro Sexto Decretalium Bonifacii VIII, cui in recentioribus editionibus acceſſit etiam Liber Septimus, qui primum Gregorii XIII iuſſu compoſitus, tempore Clementis VIII tamen ſuppreſſus fuit, Conſtitutionibus Clementis V, Extrauagantibus Iohannis XXII, & Extrauagantibus Communibus. Hoc Corpus maximam partem Gregorii XIII iuſſu a mendis eſt repurgatum & publica auctoritate in terris pontificiis, in Germania vero conſuetudine eſt receptum.

Inter

Digitized by Google

Inter editiones iuris Canonici, quarum habemus varias, optima eſt PETRI & FRANCISCI Fratrum PITHOEORVM, quæ *Pariſiis 1687. f.* prodiit, poſt *Lipſiæ* recuſa *1695. fol. & 1705.* quæ emendatiſſima. Poſt hanc alia eſt commendanda, quæ *Coloniæ 1661. 4.* prodiit, & quæ æque emendata eſt PETRI MATTHÆI editio, *Francofurti 1590. 8.*

§. XI.

*Gloſſa iuris Canonici.*

Poſtquam editum eſſet Opus Gratiani, ſtatim orti fuerunt varii, qui Decretum ab illo collectum notis illuſtrarent. Inter hos fuerunt LAVRENTIVS CREMENSIS, VINCENTIVS CASTELLIONÆVS & HVGO VERCELLENSIS, quem ſecutus fuit IOANNES SEMECA, Halberſtadienſis Præpoſitus, qui anteriorum gloſſas reformauit & paucis adiectis ſuas fecit. Ideo ſequens illi epitaphium in Cathedrali apud Halberſtadtienſes templo datum fuit:

*Eſt, erit atque fuit, qui deſiit eſſe Iohannes,*
*dogma tuum viguit, florebit omnibus annis*
*Lux Decretorum, Dux Doctorum, via morum*
*hic iacet, & placet, vt vacet a pœnis miſerorum.*

Hanc

Hanc gloſſam poſteà auxit BARTHOLOMÆVS BRIXIENSIS atque edidit ÆGIDIVS FORSCHERARIVS, *Bononiæ 1589. f.* & STEPHANVS DAOYS, *Antwerpiæ 1624. f.* Alia editio Corporis gloſſati prodiit *Venetiis 1490. f. 4. vol.* & *Lugduni 1618. f. 3. vol.* quæ optima eſt & emendatiſſima. Huc pertinet WENCESLAI STEIGERI *Corporis Iuris Canonici medulla, Norinbergæ 1713. f.* Lexicon eſt aliquod Iuris Canonici, vbi ordine alphabetico regulæ, definitiones ac Canones decreti & Decretalium iuxta ſeries materiarum referuntur.

## §. XII.

*Commentatores in Decretum*

Inter Commentatores ad Decretum paucos habemus. Inter antiquos huc facit ÆGIDIVS BELLAMERA, *Lugduni 1550. f.* IOANNES de TVRRECREMATA, *Venetiis 1578. f.* atque ATZO, *Venetiis 1578. f.* GVILIELMVS de PAIISO, *Venetiis 1580. f.* Secutus hosce eſt AVGVSTINVS BARBOSA, qui *Collectanea Doctorum* edidit *in Decretum, Lugduni 1637. & 1656. f.* ſed pro more in citandis ſcriptoribus plerumque ſubſiſtit. In iisdem etiam ad libros ſex Decretalium, Clementinas & Extrauagantes omnes fuit commentatus.

§. XIII.

Digitized by Google

## §. XIII.

Plures adhuc habemus in Decretales, vt SINIBALDVM FLISCVM, ſeu INNOCENTIVM IV, in *libros Decretalium, Lugduni 1535. f.* ÆGIDIVM BELLAMERAM, *Lugduni 1548. f. 3. vol.* PETRVM de ANCHORANO, *Lugduni 1535. f.* IOANNEM ANDREÆ, *Venetiis 1583. f.* atque plures alios, inter quos tamen vſum adhuc aliquem habent Commentarii HENRICI HOSTIENSIS, *Romæ 1512. f. 3 Tomis.* FELINI SANDÆI, *Lugduni 1630. f.* & præcipue NICOLAI de TVDESCHIS, vulgo dicti PANORMITANI, *Lugduni 1635. fol.* qui iudicio adhuc vtitur accurato, atque ad variorum obiectiones reſpondet. Horum omnium inſtar eſſe poſſunt PROSPERI FAGNANI *Commentaria in quinque Libros Decretalium* nouiſſime prodiit, *Coloniæ 1704. f.* Inter recentiores breuior eſt HENRICI ZOëSII *Commentarius a Valerio Andrea Deſſelio, Louanii 1647. f.* editus, & fere ad ſyſtematis formam eſt directus: prodiit poſtea cum GEYSMARI additionibus, *Coloniæ 1692. 4.* IOANNES a COSTA in *ſummariis* & *Commentariis ad Decretales*, quæ *Pariſiis 1677. 4.* prodierunt, paratitla potiſſimum & connexionem titulorum docet. ERASMI VNGEBAUERI *Commentatores in Decretales*

RI

RI *Commentarius ſuper Decretales*, *Ienæ 1672. 4.* editus, breuis eſt ſed eruditus. Optimi ſunt ERNRICVS PIRNRINGH & EMANVEL GONTZALETZ de TELLETZ. Illius quidem Commentarius, *Dillingæ 1677. fol.* prodiit 3 Tomis, cuius etiam *ſynopſin* Dillingenſes dederunt *1639. 4.* Iſte textus ſuppleuit, horum verba explicauit, vſumque demonſtrauit, adeoque ad decidendas quæſtiones Canonicas adprimis eſt vtilis. Huius Commentarius *Francofurti* recuſus fuit *1690. 3 Tomis*, atque ad explicationem Capitulorum, quam ex antiquitatibus eccleſiaſticis & hiſtoria conciliorum depromſit, egregie facit. Ad vſum & praxin fori eccleſiaſtici multum conducit HENRICI WAGNERECK *Commentarius Exegeticus Canonum. Dillingiæ 1672. f.* vbi ſingulorum capitulorum ſenſum maxime practicum & forenſem iuxta ordinem Decretalium exhibet.

## §. XIV.

***Commentatores in ſpeciales quosdam Decretalium libros***

Alii ſeparatim in certos tantum libros fuerunt commentati, vt IO. ZANGERVS in *librum ſecundum Decretalium*, *Wittebergæ 1620. 4.* *In tertium* HENRICVS CANISIVS, *Ingolſtadti 1643. 8.* In *librum quintum Decretalium*, qui agit *de Delictis*, commentatus fuit GEORGIVS ADAMVS STRU-

STRUVIVS, *Ienæ 1691. 4.* In *librum ſextum* ALEXANDER TARTAGNVS, dictus IMOLENSIS, *Lugduni 1585. fol.* PETRVS de ANCHORANO, *Lugduni 1535. f.* In *ſeptimum* PETRVS MATTHÆI, *Francofurti 1590. 4.*

## §. XV.

Pergimus nunc ad eos, qui compendia Iuris Canonici ſcripſerunt. Inter antiquos PETRVS BAYSIVS *definitiones* ſcripſit *iuris Ciuilis & Canonici*, *Cadomi 1586. 8.* PETRI CRESPETII habemus *ſummam iuris Canonici*, *Lugduni 1590. 8.* NICOLAVS FERROTIVS ſcripſit *paratitla* ſeu *ſynopſin iuris Canonici*, *cum notis Caroli Molinæi*, *Pariſiis 1603. 8.* Sic etiam extat IO. HONORII ab AXEL *compendium Iuris Canonici*, *Coloniæ 1656. 4.* PETRI ALAGONÆ *compendium iuris Canonici*, *Lugduni 1623. 4.* HENRICI CANISII *ſumma iuris Canonici*, *Ingolſtadti 1600. 8.* ANTONII CVCCHI *Inſtitutiones Iuris Canonici* cum notis SAMVELIS MARESII prodierunt *Grœningæ 1660. 4.* CLAVDII FLEVRII *inſtitutio iuris Canonici* gallice ſcripta atque edita *Pariſiis 1688. 8.* in qua, licet ipſe pontificius, multos tamen errores ſuæ eccleſiæ & concilii Tridentini reprehendit. Per erotemata iuris Canonici doctri-

*Compendia iuris Canonici Pontificiorum.*

Digitized by Google

doctrinam tractat BIARNOY de MERVILLE in *examine iuris Canonici, Pariſiis 1685. 12.* quo etiam praxin fori Gallicani vbique ſubnectit, vti & FRANCISCVS de ROY *Inſtitutionum Iuris Canonici* libros ad eccleſiarum Gallicarum Statum accommodauit: prodierunt *Pariſiis 1681. 12.* poſt adnotationibus CASPARIS ZIEGLERI illuſtrati prodierunt *Lipſiæ 1699. 8.* Inter recentiores habemus HVNOLDI PLETTENBERGI *introductionem ad Ius Canonicum, Hildeſii 1692. 8.* quæ tamen, vt antea fuit monitum, ad hiſtoriam potius iuris Canonici facit. Potiſſimum eſt, vt de fontibus iuris Canonici agat, vbi ſimul declarat, Papam eſſe ſupra Concilium & differentias Iuris Ciuilis & Canonici exponit. ROBERTI KOENIGII *Principia Iuris Canonici ad Libros V Decretalium redacta, Salisburgi 1701. 8.* Optimum vero compendium præbent VALERII ANDREÆ *Deſſelii Erotemata iuris Canonici, Coloniæ 1660. 12.* quæ iuſtum præbent compendium iuxta ordinem librorum Decretalium. Hoc poſtmodum cum animaduerſionibus, quibus vſum Conſiſtoriorum expreſſit, edidit beatus parens, idque cum noua præfatione ex editione quarta denuo edi curaui, *Ienæ 1709. 8.* Acceſſerunt IVLII PACII *Iſagogica in Decretales*, EBERHARDI SPECK-

HAH-

HAHNII *exegeſis Decretalium Gregorii IX* HAGEMEYERVS, de *Iure Canonico*, IO. SERPILII *delineatio Iuris Ciuilis & Canonici in allegando & abbreuiando, Rubricæ Digeſtorum & Codicis.* Prodierunt etiam in eadem erotemata *Analecta Lynckeriana, Ienæ 1691. 4.* quibus praxin Conſiſtoriorum ſæpius videmus explicatam.

## §. XVI.

*Compendia iuris Canonici Proteſtantium.*

Nec defuere inter Proteſtantes, qui iuris Canonici doctrinam in Compendium redigerent. Inter hos reperitur REGNERVS SIXTINVS, qui *exegeſin iuris Canonici* edidit *Francofurti 1617. 8.* IOACHIMVS STEPHANI *inſtitutiones iuris canonici* ſcripſit *1604. 8.* IO. ARNOLDI CORVINI *ius Canonicum* per aphoriſmos explicatum, ſecundum iura rerum & perſonarum eſt diſpoſitum, prodiit *Amſtelodami 1663. 8.* CAROLVS ANNIBAL ARTNERVS *nucleum* edidit *iuris canonici, Coloniæ 1700. 8.* Cui etiam adnexit vſus Proteſtantium, licet non omnem rem exhauriat. ANTONII MATTHÆI *manuductio* ad ius Canonicum, quæ *Lugduni Batauorum 1676. 8.* fuit edita, multa illuſtrat ex antiquitatibus eccleſiaſticis. Eruditiſſimæ ſunt IOANNIS SCHILTERI *Inſtitutiones iuris canonici*, quæ primum *Ienæ 1681. 12.*



Digitized by Google

prodierunt, poſt, ex quarta edirione, eademque correctiore & magna parte auctiore prodierunt *Ienæ 1708. 4.* Acceſſit quinta cum præfatione Iuſti Henningi Bœhmeri, *Ienæ 1713. 8.* Hæ autem ad eccleſiæ veteris & hodiernæ Statum fuerunt accommodatæ, præcipue veram iuris canonici rationem ex eccleſiaſticis antiquitatibus probe demonſtrant. Acceſſerunt FRANCISCI DVARENI de *ſacris eccleſiæ miniſteriis ac beneficiis libri VIII* & *Concordata nationis Germanicæ* cum notis Schilteri. In compendio iuxta ordinem Decretalium Ius Canonicum exhibent IVSTI CHRISTOPHORI WILLERDINGII *Fundamenta Iuris Canonici in nucleo exhibita, Francofurti & Lipſiæ 1707. 8.*

## §. XVII.

*Syſtemata iuris canonici.*

Alii fuerunt, qui maiori ſyſtemate ius canonicum explicarunt. IO. STREINIVS in *ſumma iuris canonici* tribus partibus comprehenſa, *Coloniæ 1658. 4.* ſeparata vtitur methodo, & perſonarum eccleſiaſticarum ſtatum ex iure Pontificio accurate deſcribit. Præterea habemus ANDREÆ VALLENSIS *ius Canonicum, Coloniæ 1651. 4.* BAPTISTÆ VIVIANI *rationale iuris Pontificii, Coloniæ 1628. 4.* FRANCISCI ZYPÆI *analyſin iuris pontificii noui, Coloniæ*

1640.

Digitized by Google

*1640. 4.* NICOLAI VIGELII *methodus iuris pontificii*, *Baſileæ 1618. 8.* plane ſingularis eſt. Aeſtimatur apud pontificios PAVLI LAYMANNI *ius canonicum*, notis illuſtratum, *Dillingæ 1670. 4.* ANTONII AVGVSTINI *epitome iuris pontificii veteris* in tres partes diuiſa agit de perſonis, rebus & iudiciis, quarum prima pars edita fuit *Taracone 1586. fol. Romæ 1614. Venetiis 1616. Pariſiis 1641. f.* de cuius vtilitate atque excellentia multa præfatus fuit homonymus Antonius Auguſtinus, Ieſuita. Maximi apud Pontificios fiunt IO. PAVLI LANCELLOTTI *inſtitutiones iuris canonici*, quæ plerisque editionibus antiquioribus Corporis Canonici fuerunt adnexæ. Hæ etiam ſuum vſum habent inter Proteſtantes ob ordinem accuratum & formulas quas explicant, Canonicas: In has primum commentarium ſcripſit CASPAR ZIEGLERVS, *Witteberga 1669. 4.* in quo næuos iuris canonici potiſſimum exponit. In hunc nouiſſime prodierunt IOHANNIS HENRICI BERGERI *Annotationes*, *Witteberga 1710. 4.* maxima tamen parte remiſſiones tantum ad ſcriptores antiquos continent. Hunc ſecutus eſt IOANNES DOVIATIVS, qui in easdem Inſtitutiones notas conſcripſit, *Pariſiis 1685. 12.* quibus ius eccleſiaſticum regni Gallicani optime de-



Digitized by Google

declarat. Inter Italos in easdem commentatus fuit IO. BAPTISTA NERI a PETRA SANCTA, *Florentiæ 1686. 4.* IO. CABASSVTIVS *iuris canonici theoriam & praxin* ſcripſit ad forum cum ſacramentale tum contentioſum tum eccleſiaſticum tum ſeculare, *Lugduni 1679. 4.* Huc porro referri poſſunt PHILIPPI BRAVN *Principia Iuris Canonici.* Scriptor ordinem Decretalium ſequitur, neque Proteſtantibus inutilis. Sed inter omnia Iuris Canonici ſyſtemata optimum eſt LVDOVICI ENGELII *Collegium iuris canonici*, *Salisburgi 1700. 4.* quod & ab ordine & quæſtionum Canonicarum ſolida deciſione eſt commendandum. Ad vſum fori Proteſtantium conducit HENRICI LINCKII *Commentarius ad Decretales*, *Norinbergæ 1697. 4.* iuxta ordinem Decretalium materias iuris Canonici exequitur, annexo in ſingulis titulis vſu fori. Praxin potiſſimum Iuris Canonici in terris Proteſtantium tam ante quam poſt reformationem demonſtrare annititur IVSTVS HENNINGIVS BOHMERVS in *Diſſertatione de Praxi Iuris Canonici in terris Proteſtantium*, *Halæ 1712. 4.* Eodem conducit eiusdem *Diſſertatio de Obſeruantia Eccleſiaſtica*, *Halæ 1707. in 4to.*

§. XVIII.

Digitized by Google

## §. XVIII.

Succedunt nunc, qui conſilia & reſponſa iuris canonici ediderunt, IOANN. GVTTIERETZ quidem *quæſtiones canonicas* ſcripſit *vtriusque fori*, *Francofurti 1607. fol.* quæ etiam æſtimantur. Meliores tamen ſunt FRANCISCI ZYPÆI *conſultationes canonicæ*, *Antwerpiæ 1640. f.* & *reſponſa de iure canonico*, *Antwerpiæ 1645. f.* atque IACOBI PIGNATELLI *conſultationes canonicæ*, *Tomis III*, *Romæ 1675. f.* Omnibus tamen ob neruum atque accuratum iudicium palmam præripiunt IOANNIS WAMESII *conſilia canonica*, *Louanii 1643. fol.* Huc etiam faciunt Canonica, quæ in operibus Gardinalis de Luca continentur, atque ad Statum Pontificium plurimum ſpectant. *Conſilia & Reſponſa iuris canonici.*

## §. XIX.

Alii ſunt, qui de regulis iuris canonici ſcripſerunt, vti diuerſas *regulas iuris ciuilis & canonici* coniunctas videmus *Venetiis 1572. f.* & *Lugduni 1579. f.* In ipſas iuris Pontificii regulas, quæ in libro ſexto Decretalium continentur, commentati fuerunt varii, vtpote IOANNIS ANDREÆ, *Venetiis 1583. f.* GEORGIVS VIVIENNVS, *Coloniæ 1571. 8.* DAMASVS, *Coloniæ 1663.* *Regulæ iuris canonici.*

*1663. 8.* HENRICVS CANISIVS, *Ingolſtadti 1600. 4.* & qui Summæ Streinii adnexus eſt Commentarius. Optimæ vero ſunt IO. BRVNNEMANNI *prælectiones publicæ in regulas iuris canonici*, quæ iuri Eccleſiaſtico adnexæ & præ cæteris PETRI PECKII *commentarius in regulas iuris canonici, Helmſtadti 1588. f.*

## §. XX.

*Scriptores de regimine eccleſiaſtico Pontificii.*

De regimine eccleſiaſtico egit HIERONYMVS GARZIAS de *politia eccleſiaſtica regulari & ſeculari, Cæſaraugustæ 1652. 8.* NICOLAVS SANDERVS, de *Monarchia eccleſiæ, Antwerpiæ 1580. fol.* & præ cæteris MARCVS ANTONIVS de DOMINIS de *republica eccleſiaſtica, Heidelbergæ & Francofurti 1618. fol. 2 Tomis.* Hic licet multa minus neceſſaria prolixius deduxiſſet, multa tamen arcana aulæ Papalis detexit. Hinc, cum non in omnibus adplauderet ſedi papali, cenſuram in eum dedit FIDELIS ANNOSVS, ſiue potius IOANNES FLOYDVS, *Antwerpiæ 1620. 8.* & NICOLAVS COëFFETAV *pro monarchia eccleſiæ Catholicæ, Pariſiis 1624. 8.* AVBERTVS MIRÆVS in *politia* ſua *eccleſiaſtica* admodum breuis eſt, atque hierarchiam pontificiam potiſſimum deſcribit: prodiit *Lugduni 1620. 8.* Controuerſias,

quæ

Digitized by Google

quæ inter Monaſteria & Epiſcopos circa iurisdictionem intercedunt, illuſtrat CAROLVS ANTONIVS de MANENTIBVS, in Tractatu de *Poteſtate iurisdictionis, Romæ 1708. 4.*

## §. XXI.

*Scriptores Proteſtantes de regimine eccleſiaſtico.*

Ex reformatis, de ſacra politia forenſi ſcripſit RENATVS CHOPPINVS, *Pariſiis 1577. 4.* & præcipue ROBERTVS PARKERVS de *notitia eccleſiaſtica, Francofurti 1616. 4.* cuius tamen editionem mutilatam eſſe docet Iohannes Hornbeck in ſumma controuerſiarum libri XVII p. 762. Conferendus cum eodem eſt SAMVEL PARKERVS de *regimine chriſtianæ eccleſiæ, Londini 1683. 4.* Præterea huc faciunt CHRISTOPHORVS LIEBENTHAL de *regimine eccleſiaſtico, Gieſſæ 1622. 4.* THEODOR. REINCKING de *regimine ſeculari & eccleſiaſtico, Francofurti 1659. 4.* & quod melius adhuc eſt ſcriptum Germanicum ſub titulo: *Bibliſche Policey*, quod *Francofurti 1656. 4.* prodiit. HENRICVS GEBHARDVS alias WESENERVS, de *poteſtate ſeu regimine eccleſiaſtico* egit *Francofurti 1627. 8.* Præcipui tamen ſunt IO. OTTO TABOR de *regimine Imperantium eccleſiaſtico, Argentorati 1656. 4.* HENRICVS ISELBVRGIVS de *iure Proteſtantium contra Pontificem, Bremæ*



Digitized by Google

*1616. 8.* & IOAN. SITHMANNVS, in *idea iuris moderni epiſcopalis.*

§. XXII.

*Scriptores de iure Principum circa ſacra*

Iura Principum circa ſacra alii vel defenderunt, vel impugnarunt. Præcipue vero nota eſt controuerſia, hac de re in Belgio vel ante vel poſt ſynodum Dordracenum mota. Non deerant enim, qui Maieſtati Ciuili omnem denegarent poteſtatem, cum alii e contrario eandem nimium quantum defenderent. Primum ſine dubio ſcriptum erat IOANNIS VYTENBOGARTI *van t' Ampt ende autberiteyt eener hoogen Chriſteliker Overheyd in kerkerlike Zaaken* quod ſub initia diſſidiorum Arminianorum prodiit, poſt in latinum ſermonem translatum prodiit ſub titulo de *auctoritate Magiſtratus in rebus eccleſiaſticis, Roterodami 1647. 4.* Subſecuta eſt HVGONIS GROTII *Pietas Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ,* qua ius ſtatuendi in rebus Eccleſiaſticis Magiſtratui Ciuili non tribuit ſolum, ſed etiam laudat, & illo ipſo Sibrando Lubberto reſpondet. Hic autem SIBRANDVS LVBERTVS *reſponſionem* dedit *ad pietatem Grotii, Francofurti 1614. 4.* Cui Grotius obiecit *pietatem vindicatam,* repoſuit LVBBERTVS *bonam fidem, demonſtratam ex libro, quem inſcripſit Reſponſionem*

*ſionem ad pietatem Hug. Grotii, Lugduni-Batauorum 1615. 4.* Scripſerat etiam IO. BOGERMANNVS *notas in Grotii Pietatem illuſtrium Ordinum Hollandiæ*, cui reſpondet CASPAR BARLÆVS in *Bogermanno elenchomeno, Lugduni-Batauorum 1615. 4.* in quo potiſſimum epiſtolam Bogermanni dedicatoriam examinat. IO. ARNOLDVS CORVINVS etiam *admonitiones* ſcripſit *in pietatem Ord. Hollandiæ, Lugduni-Batauorum 1616. 4.* Poſtquam autem e cuſtodia euaſiſſet Grotius, ſcripſit *Apologeticum eorum, qui Hollandiæ Weſtfriſiæque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno 1618. Pariſiis 1622. 1620. & 1665. 12.* Vltimo demum ſcripſit de *Imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra*, quod opus poſthumum eſt & priora ſaltim repetit: prodiit cum ſcholiis DAVIDIS BLONDELLI, quibus de *regimine plebis* egit, *Pariſiis 1648. 8.* & editioni Becmannianæ Grotii de iure belli & pacis fuit adnexum. Immiſcuit ſeſe controuerſiæ NICOLAVS VEDELIVS, edita diſſertatione Theologica de *Magiſtratu aduerſus Bellarmini librum de Laicis, Franeckeræ, 1638. 4.* qua Magiſtratus auctoritatem circa res ſacras nimium extollit. Cum autem permultis ipſius ſententia diſpliceret, ſecundam pro-

curabat diſputationis ſuæ diſſertationem hoc titulo: *de Epiſcopatu Conſtantini Magni, ſeu de poteſtate Magiſtratuum Reformatorum circa res eccleſiaſticas; diſſertatio repetita cum reſponſione ad interrogata quædam, Franeckeræ 1642. 12. & Delphis 1661. 12.* Hunc tractatum & viuo ipſo & mortuo varii fuerunt adgreſſi. Scripſit enim contra eundem IACOBVS REVIVS *examen diſſertationis Vedelii de Epiſcopatu Conſtantini Magni, Amſtelodami 1642. 12.* & IACOBVS TRIGLANDIVS, de *Epiſcopatu contra Vedelium, Amſtelodami 1642. 12.* Antequam autem reſpondere poſſet Vedelius, moriebatur, quod ipſum moribundum adhuc cruciabat. Poſt ipſius mortem ipſi ſe oppoſuit GVILIELMVS APOLLONIVS in libro de *iure Maieſtatis circa ſacra, Medioburgi 1643. 8.* Defenſionem tamen Vedelii ſuſceperunt amici quidam hoc titulo: *Grallæ ſeu vere puerilis cothurnus ſapientiæ, quo ſe iactat apud imperitos Guilielmus Apollonius, Franeckeræ 1646. 8.* Prodiit poſtea *Grallopæus detectus, ſeu Epiſtola ad Iodocum Larenum de Grallarum auctore, Medioburgi 1647. 8.* cui tamen opponitur *Grallator furens, ſeu reſponſio ad epiſtolas Guilielm. Apollonii & Iodoci Lareni Franeckeræ 1647. 8.*

§. XXIII.

## §. XXIII.

Præter dictos, ſunt etiam alii qui in hac materia fuerunt occupati. Inter hos ALEXANDER PRVINVS ſcripſit *de ſummarum poteſtatum auctoritate in ſacra, Helmſtadti 1771. 4.* Inde nota quoque ſunt ſcripta THOMASIANA *de regimine eccleſiaſtico*, quæ poſtea coniunctim in Germanicum idioma translata a IO. GOTHOFREDO ZEIDLERO prodierunt *Francofurti ad Mœnum 1701. 4.* Titulus libri eſt *Dreyfache Rettung des Rechts Evangeliſcher Fürſten in Kirchen-Sachen.* Et quidem primo continet THOMASII diſputationem de hac materia. Deinde *Weitere Vnterſuchung der einfältigen Anweiſung, wie die proteſtirende Kirche unter ſich zu vereinigen und zu verbeſſern ſey.* Tertio defenſionem Thomaſii contra apologiam regiminis eccleſiæ. Singulis ſcriptis regimen eccleſiaſticum, quantum in coactiua, quæ dicitur gubernatione conſiſtit, principibus, excluſo clero, concedit, atque variis argumentis firmat. Idem celeberrimus vir, CHRISTIANVS THOMASIVS iura Principum Euangelicorum in decidendis controuerſiis Theologicis adſerere nititur in tractatu ſuo, cui titulus: *Das Recht Euangeliſcher Fürſten in Theologiſchen Strit-*

*Scriptores recentiores de iure Principum circa ſacra.*

Digitized by Google

*Strittigkeiten*, *Halæ 1696. 4.* Eodem conducit eiusdem Autoris Diſſertatio: *Vindiciæ iuris Maieſtatis circa ſacra*, *Halæ 1699. 4.* compoſita potiſſimum eſt aduerſus Autorem Conſilii, quomodo Eccleſiæ Proteſtantium ſint vniendæ. Prodiit poſtea *diſputatio Theologi Lipſienſis*, IO. BENEDICTI CARPZOVII *de iure decidendi controuerſias Theologicas cum ſcholiis Iurisconſulti Halenſis*, CHRISTIANI THOMASII, *Halæ 1701. 4.* in qua ſententiam ſuam magis adhuc explicat. Addimus IVSTI HENNINGI BOHMERI *Diſſertationem de Iure Epiſcopali Principum Euangelicorum Halæ 1712. 4.*

## §. XXIV.

*Scriptores iuris Eccleſiaſtici Proteſtantium.*

Ad hodiernum vero ius Proteſtantium eccleſiaſticum facit AHASVERI FRITSCHII *Ius eccleſiaſticum*, quod prodiit *Ienæ 1682. 4.* in quo plures minores tractatus, qui ad ius Conſiſtoriorum faciunt, videmus congeſtos. Continent autem HENRICI GEBHARDI tractatum *de poteſtate ſeu regimine eccleſiaſtico, religione, miniſteriis*, HERMANNVM CONRINGIVM de *auctoritate & officio Maieſtatis Ciuilis circa ſacra*, MICHAELEM HAVEMANNVM *de iure epiſcopali*, CASPAREM VNRATH *de Iure Patronatus*,

CHRI-

CHRISTIANVM WEBERVM *de iure conſiſtoriorum*, AHASVERVM FRITSCHIVM *de iure viſitandi eccleſias*, IO. CALOVIVM *de iure decimarum*, *Transactionem Paſſauienſem & pacem religioſam*, *Inſtrumenti Pacis articulum V. de ſtatu religionis cum* WILHELMI IGNATII SCHüTZII *manuali*, ABRAHAMI CALOVII tractatum *de natura ac indole pacificationis religioſæ. Conſilia quædam ius eccleſiaſticum concernentia*, *& Ordinationem de rebus Eccleſiaſticis Gothanam*, *aliasque*. In *Manuale* vero *Schützianum* ſeparatim prodierunt *Notæ & Animaduerſiones*, auctore HEYDERO BORROMÆI RICORVATO, ſub quo nomine latet HIERONYMVS BRüCKNERVS. *Veronæ 1689. 12.* in quibus potiſſimum quæ ad Pacem faciunt religioſam, proponit. Hodierni vſus ſunt BENEDICTI CARPZOVII *definitiones Conſiſtoriales*, ſeu *iurisprudentia eccleſiaſtica*, *Lipſiæ 1695. f.* recuſa, & qui præ cæteris huc facit IO. BRVNNEMANNI tractatus egregius *de iure eccleſiaſtico*, notis & ſupplementis adauctus a SAMVELE STRYKIO, *Francofurti & Lipſiæ 1686. 4.* in quo quidquid ad principum ſuperioritatem ſacram & iura Conſiſtoriorum facit, egregie declarat. Hisce adhuc addi poteſt MARTINVS SCHRADERVS *de cauſſis*

*fori*

Digitized by Google

*fori eccleſiaſtici noſtratum*, *Hildeſiæ* 1692. 12.

## §. XXV.

*De iure eccleſiaſtico eccleſiæ Anglicanæ.*

Ad eccleſiam Anglicanam facit RICHARDI COSINI *Eccleſiæ Anglicanæ Politia in tabulas digeſta, Oxonii* 1684. *f.* Sedecim conſtat tabulis, quæ in vſum cleri potiſſimum fuerunt concinnatæ, vt exactiorem regiminis eccleſiaſtici typum ante oculos haberent. Poſt hanc prodiit MOCKETI *politia eccleſiæ Anglicanæ.* Hic liber aliquando flammis fuit combuſtus, eo quod editus cum tractatu IVELLI *de apologia eccleſiæ Anglicanæ*, & aliis quibusdam libris, qui cum ſuſpecti quid & Statui Eccleſiaſtico minime conueniens continere credebantur, flammis ſubiiciebantur. Deſcribit autem & hierarchiam & ſtatum eccleſiæ Anglicanæ ſatis dilucide. Cum eodem prodiit RICHARDI ZOVCHÆI deſcriptio *iuris & iudicii eccleſiaſtici* ſecundum canones & conſtitutiones Anglicanas, *Londini* 1683. 8. Hac tamen adhuc plenior eſt FRANCISCI CLARKE *praxis fori eccleſiaſtici* per THOMAM BLADEN *Londini* 1684. 4. Præ cæteris vero æſtimandum eſt ſcriptum, quod ſub titulo: EDVARDI DIDOCLAVII *Altare Damaſcenum, ſiue Eccleſiæ Anglicanæ Politia Eccleſiæ*

Digitized by Google

*cleſiæ Scoticanæ obtruſa, a Formaliſta quodam delineata, illuſtrata & examinata,* prodiit *1623. 4.* Sub hoc nomine latet DAVID CALDERWOOD, qui dum Iacobus Stuartus Scotiæ Angliæ Liturgiam vellet obtrudere, hoc ſcriptum publicauit, in quo omnem politiam Anglicanæ Eccleſiæ exponit: hoc ſimul demonſtrans, multum illam a praxi veteris Eccleſiæ diſcrepare, id quod multis argumentis ex Scriptura ſacra & Patrum ſcriptis depromptis declarat. Denuo hoc Opus prodiit *Lugduni Batauorum 1708. 4.* cui locis ſuis inſerta *Confutatio Paraneſeos Tileni ad Scotos, Geneuenſis diſciplinæ zelotas*, quæ eiusdem eſt Calderwodii, & adiecta epiſtola HIERONYMI PHILADELPHI *de regimine Eccleſiæ Scoticanæ, eiusque vindiciæ contra calumnias Ioannis Spotſuodi, Tuni Andreæ Pſeudo-archiepiſcopi, per Anonymum.* Breuiter Eccleſiæ Anglicanæ Politiam deſcribit HENRICVS LVDOLPHVS BENTHEIM *im Engelländiſchen Kirchen- und Schul-Staat, Lüneburg 1694. 8.*

## §. XXVI.

Ad ius eccleſiaſticum Pontificiorum tendit ANTONII PAVLVTII *Iurisprudentia ſacra, Romæ 1684. f.* & BERNHARDVS SANNIG in *ſcholis Canonicis, ſeu vniuerſo* *Scriptores de iure eccleſiaſtico Pontificii.*



Digitized by Google

*uerſo iure Canonico, noua methodo digeſto, Pragæ 1692. f.* Commendandum autem maxime eſt volumen AVGVSTINI BARBOSÆ *de iure eccleſiaſtico, Lugduni 1654. f.* editum, quod tamen alieno labore partum eſſe teſtatur Erythræus in pinaotheca p. *II.* n. 18. & Morhofius in polyhiſt. lib. I. c. IX. ZEGERI BERNHARDI van ESPEN *ius Eccleſiaſticum uniuerſæ hodiernæ diſciplinæ, præſertim Belgii, Galliæ, Germaniæ & vicinarum prouinciarum accommodatum, Louanii 1700. & Coloniæ 1703.* Hoc autem ex Canonibus, iure Decretalium, Synodis, potiſſimum Belgicis, Principum Edictis, & Magiſtratus tam Eccleſiaſtici quam Ciuilis iudicatis depromptum. Facit etiam huc FRANCISCVS SALGADO *de ſupplicatione ad ſanctiſſimum, Lugduni 1664. f.* PYRRHVS CORRADVS in *praxi diſpenſationum apoſtolicarum, Coloniæ 1691. f.* & præcipue CLAVDIVS BLONDEAV, cuius *Bibliotheca Canonica*, ſub titulo: *la Bibliotheque Canonique, contenant par ordre alphabetique toutes les matieres eccleſiaſtiques & beneficiales, qui ont etè traitees par Mr. le Bouchel, Auocat au même Parlament, dans la ſomme beneficiale, a laquelle ont etè aioutés dans la même ordre pluſieurs traités, arrets, reglements, ordonnances & notes ſur les memes matieres, a Paris*

*Paris 1689. f. 2. vol.* De *foro eccleſiæ* egit FELICIANVS de OLIVA, *1676. f.* Præ cæteris vero huc facit PETRVS de MARCA *de Concordia ſacerdotii & Imperii, cum additionibus* STEPHANI BALVTZII, *Pariſiis 1693. f.* Hic enim ius eccleſiaſticum Pontificiorum egregie declarat, iura Pontificis, Epiſcoporum, Vicariorum & Principum circa ſacra probe diſtinguit, & libertatem eccleſiæ Gallicanæ vindicat. Prima nunc in Germania prodiit editio *Francofurti 1708. f.* Acceſſerunt huic editioni Eiusdem auctoris *diſſertationes* quædam ſelectæ hunc tractatum de Concordia ſacerdotii & Imperii illuſtrantes, atque inter has illa de veteribus collectionibus Canonum. Vltimo accedunt IVSTI HENNINGI BöHMERI *ſelectæ Obſeruationes Eccleſiaſticæ* dictum tractatum illuſtrantes.

## §. XXVII.

Pergimus ad Hierarchiam & ſtatum eccleſiaſticum pontificiorum. De *hierarchia* quidem *eccleſiaſtica* egit SEBASTIANVS CÆSAR, *Conimbriæ 1628. f.* ALEXANDER TVRRIANVS libris X. *hierarchiæ eccleſiaſticæ, Venetiis 1664. 4.* Accuratiores tamen ſunt ALBERTVS PIGHIVS in libris IV. *de hierarchia eccleſiaſtica, Coloniæ 1572. 8.* & præcipue IOANNES CA- *Scriptores de hierarchia eccleſiaſtica pontificiorum.*

RAMVEL LOBKOWITZ *de hierarchia eccleſiaſtica, de pontificis, archiepiſcoporum, epiſcoporum &c. electione & promotione, Pragæ 1653. fol.* THEOPHILVS BANOSIVS *de politia ciuitatis Dei & hierarchia Romana, Francofurti 1592. 4. De Eccleſiaſticæ Hierarchiæ originibus extat Diſſertatio* BENEDICTI BACHIVII *Mutinæ 1703. 4.* Diuiſum eſt opus in tres partes; In prima examinat & reiicit illorum ſententiam, qui putant, Apoſtolos in fundanda Eccleſiæ hierarchia Imperii Rom. ſtatum pro norma habuiſſe, & tandem in cauſas inquirit, ob quas ſerius in Occidente Hierarchia Eccleſiæ ad recentiorem Imperii formam componere, tentatum fuerit. In ſecunda parte ad Italicarum metropoleωn origines deſcendit, quas demum ſeculo IV natas aſſerit. Tandem in tertia de Rauennatis Eccleſiæ metrapolitanæ iure eiusque initiis agit. De *Ordinibus & dignitatibus eccleſiaſticis* egregie ſcripſit IOANNES DARTES, *Pariſiis 1648. 4.* Facit huc etiam HVNOLDI PLETTENBERGII *notitia Congregationum & Tribunalium Curiæ Romanæ, Hildeſii 1693. 8.* qua de Cardinalibus, horum iuribus, officiis, titulis agit, de legatis & nuntiis ſedis papalis, de Conclaui & electione pontificis, de Conſiſtoriis, de ſacra pœnitentiaria,

diſpen-

diſpenſationibus matrimonialibus, abſolutione papali, ſignatura, Dataria, Cancellaria, Camera, Rota Romana, Tribunali Inquiſitionis, & diuerſis Congregationibus Romanis, vt exinde multa Status Romani hodierni petatur notitia.

## §. XXIIX.

*Scriptores de Electione Pontificis.*

Plures de Pontificum electione ſcripſerunt. HERMANNVS CONRINGIVS *de electione Vrbani VIII & Innocentii X. Pontificum* edidit *Commentarios Hiſtoricos duos*, cum præfatione, *Helmſtadti 1651. 4.* Acceſſit Bulla Gregorii XV de Conclaui, IO. FRANCISCI LOTTINI *de ſacris Cardinalium Comitiis, ſiue de Conclaui Diſſertatio.* Anonymi diſſertatio de Creatione Pontificum, ONVPHRIVS PANVINIVS *de Comitiis Pontificalibus*, Pii IV & Gregorii XV Bullæ de Conclaui eiusque Cæremoniis, Gregorii XV Cæremoniale Conclauis. Ex hoc igitur ſcripto ſtatum & formam electionis Pontificalis optime perſpicimus. Hunc ſecutus fuit CHRISTOPHORVS WAGENSEIL *in diſſertatione de electione Romani Pontificis, Altdorfi 1670. 4.* Horum vero curas ſuperauit IO. FRIDERICVS MAYERVS in Commentario ſuo *de Pontificis Romani electione Hamburgi 1670. 4.* qui multa cura ex Scripto-



Digitized by Google

ribus tum antiquis tum recentioribus, quæ ad electionem Paparum & Hiſtoriam Conclauium faciunt, congeſſit. Licet fabulam de Iohanna Papiſſa mordicus defendere conetur, cui tamen ab aliis *haut* immerito contradicitur. Acceſſerunt binæ diſſertationes, quarum prior de titulo papali agit *Seruus ſeruorum Dei:* altera *an dogma Papiſtarum ſit, Pontificem Romanum eſſe Deum.* Sic etiam ad Pontificum & Cardinalium electionem, immo vniuerſam Papalem Hierarchiam facit ſcriptum quod ſub titulo prodiit: *der Cardinals-Hut 1667. 12.* tribus Tomis. Alias ſeparatim prodeunt ſingulorum Pontificum Conclauia, quæ poſtea coniunctim prodierunt. Sic Conclauia Clementis V. vsque ad Alexandrum VII prodierunt *1668. 12.* poſtea ex Italico in latinum translatus hic liber prodiit *Francofurti 1617. 4.* Adriani VI Conclaue ex MSto Actis litterariis faſciculo tertio inſerui. IVLIVS LAVORINVS de LAVRINO *de Conclaui & Conclauiſtis* librum conſcripſit.

## §. XXIX.

*Scriptores contra primatum Papæ.*

Contra *primatum papæ* egit CLAVDIVS SALMASIVS, *Lugduni 1645. 4.* Multum tamen laborem præſtitit DAVID BLONDELLVS in Opere ſuo *de la primauté*

*mauté en l' egliſe*, quod *Pariſiis 1640. f.* prodiit, in quo ex hiſtoria eccleſiaſtica & conciliorum doctiſſime confirmatur, ignoraſſe eccleſiam antiquam hunc primatum. MARCVS ANTONIVS MARCELLVS *de iure ſeculari pontificis Romani* egregius eſt, *Francofurti 1627. 4.* Examinat enim poteſtatem ſecularem pontificis Romani, quam in diuerſa regna Europæ prætendit, & talem non eſſe probat, quam Genebrardus aliique contendant. Contra Papæ adfectatam poteſtatem quoque facit LEONHARDI WARAMVNDI *admonitio in Anathematiſmum Gebhardi Truchſeſii a Gregorio XIII. factum, Lugduni 1583. 4.*

## §. XXX.

*De Epiſcopis horumque poteſtate Scriptores Pontificii.*

De *poteſtate epiſcoporum, abbatum* aliorumque ſcripſit STEPHANVS de ALVIN, *Pariſiis 1614. 8.* præcipue AVGVSTINVS BARBOSA *de officio & poteſtate epiſcopi*, cum formulario epiſcopali, *Lugduni 1644. f. Colon. 1681. 4.* Prolixius ſingula deduxit ASCANIVS TAMBVRINVS *de iure & priuilegiis abbatum, prælatorum, abbatiſſarum & monialium, Coloniæ 1691. f.* ANDREAS DALNERVS *de Iure Abbatis Ingolſt. 1600. 4.* De *reſeruatione menſium & alternatiua epiſcoporum* egit HIERONY-



Digitized by Google

NYMVS GONZALETZ, *Francofurti 1619. f.* De *iurisdictione epiſcoporum.* FRANCISCVS VARGAS, *Romæ 1563. 4.* De *ordine, iurisdictione & reſidentia epiſcoporum* M. ANTONIVS PAGANVS, *Venetiis 1570. 4.* De *neceſſaria reſidentia epiſcoporum* BARTHOLOMÆVS CARANZA, *Venetiis 1592. 8.* De *epiſcopi inueſtitura* WALTRAMVS, epiſcopus Numburgenſis. Ex ſacris poteſtatem epiſcopalem illuſtrat CHRISTIANI WEBERI *Introductio Epiſcopalis 1638. 4.* nec non FRIDERICVS GRICKIVS *in Epiſcopo bono & vere chriſtiano 1621. 4.* In controuerſa electione Colonienſi prodiit *Innocentius III. Papa Romanus Dn. Cardinali Fürſtenbergio propter Archiepiſcopatum Colonienſem valde aduerſus, Coloniæ 1688. 4.* id quod ex Innocentii III. Epiſtola de Electione Patriarchæ Conſtantinopolitani, quam exhibet Stephanus Baluzius Epiſtolarum Tomo II ep. CLVI demonſtrare conatur. Sic etiam extat *Relation, was in der Chur-Cölniſchen Wahlſache ſeithero auf gegenwärtigen Reichs-Convent in Regensburg vorgangen.* Præ cæteris vero hanc controuerſiam ex fundamento eruit ZACHARIAS de BONA CASA *in Conſultatione ſuper controuerſo Archiepiſcopatu & Electoratu Colonienſi, Coloniæ 1690. 4.*

in qua

Digitized by Google

in qua grauiſſimæ Quæſtiones de electionis & poſtulationis iuſtitia vel iniuſtitia, Cæſaris poteſtate, ſummi Pontificis arbitrio, Chriſtianiſſimi regis conatu, & Cardinalis Fürſtenberg moderamine iuxta genuinas hiſtoriæ, politices, Iuris publici & Canonici fundamenta deciduntur.

## §. XXXI.

*Scriptores de Epiſcopis & presbyteris Proteſtantes.*

De *epiſcopis, eorumque iuribus & priuilegiis* & viuendi ratione eruditus eſt commentarius CASPARIS ZIEGLERI, ex variis veteris eccleſiæ monumentis collectus *Noribergæ* 1686. 4. *Epiſcopum militem in veteri eccleſia inuiſum* erudite demonſtrat CASPAR ZIEGLERVS, *Wittebergæ* 1672. 4. qui etiam *Superintendentem ad normam conſtitutionum eccleſiaſticarum* in electoratu Saxonico deſcripſit *Dresdæ* 1688. 4. De *presbyteris veteris eccleſiæ* egit MATTHIAS ZIMMERMANNVS *Annabergæ* 1681. 4. Ad forum proteſtantium ſpectat HENRICI LINCKII *Tractatus de iure epiſcopali Francof. & Lipſ.* 1697. 4. vbi materiam hanc & diuerſas functiones ex principiis pariter Iuris Canonici ac perpetua ad Proteſtantium Eccleſias applicatione deducit. Ad iura & regimen epiſcoporum pertinet erudita Diſſertatio IOANNIS PAVLI KRESSII *Paroemia : Vnter*



Digitized by Google

tractatum, *quo maiores primum Conſilio fundarint cœnobia, qua deinceps ratione creuerint, qua a priſca veterum ſanctimonia degenerarint, quo tandem modo alicubi vaſtata, non vero nusquam reformata ſint, grauibus adiunctis rationibus; cur ſemel res Deo dicatæ ad vſus profanos non ſint transferendæ* 1699. 4.

## §. XXXIV.

*Scriptores de clericis.*

De *anniuerſariis & capellaniis* extat tractatus ALPHONSI PERETZ de LARA, *Moguntiæ* 1610 4. rariſſimus alias. De *iuridica poteſtate confeſſariorum* egit CLAVDIVS SOLERIVS, *Lugduni* 1618. 8. De *vita & honeſtate clericorum* egregius eſt tractatus CAROLI ANNIBALIS FABROTTI, *Pariſiis* 1651. 4. De *Clericorum inſtitutione* LÆLIVS de ZANCHIS, *Veronæ* 1588. 8. ALEXANDER PEREGRINVS *conſtitutiones clericorum regularium* edidit *Romæ* 1628. 8. De *exemtionibus* vero & *ſubiectionibus clericorum* ſcripſit IOANNES FRIDERICVS KARG, *Herbipoli* 1682. 12. De *Tonſura Clericorum* iuxta principia canonum egit CASPAR ZIEGLERVS *Witteberga* 1685. 4. Addi poteſt AVGVSTINI BARBOSÆ ſcriptum de *officio & poteſtate parochi*, *Venetiis* 1705. *in 4to.*



Digitized by Google

## §. XXXV.

Ex Lutheranis quoque ſunt, qui in hac materia laborarunt. IO. HIMMELIVS de *Canonibus & Canonicatibus* tractatum ſcripſit, ſed perbreuem. De *Canonicis Canonicatu, & Canonicorum Capitulo* disſertationem exhibet PETRVS MASSOVIVS, *Gryphiswaldi 1693. 4.* Abuſum bonorum eccleſiaſticorum ſub nudis officiorum titulis Romano-Papalibus demonſtrauit ANDREAS ESSENIVS in *defenſione Conſilii Theologici Vltraiectini, Vltraiecti 1685. 4.* Ad vſum Imperii & Capitula Proteſtantium facit GOTTLIEBII GERHARDI TITII diſſertatio de *Iure Nobilitatis Lutheranæ ad immediata Germaniæ Capitula & Canonicatus, Lipſiæ 1709. in 4to.*

*Scriptores de Canonicis Proteſtantes.*

## §. XXXVI.

Ad ſtatum Clericorum Proteſtantium commendanda præ cæteris ſunt Scripta egregia CASPARIS ZIEGLERI, cuius eſt *Superintendens ad normam Conſtitutionum Eccleſiaſticarum in Saxonia deſcriptus, Dresdæ 1688. 4.* Eiusdem eſt Tractatio de *diaconiſſis veteris eccleſiæ, Wittebergæ 1678. 4.* De *exemtione & ſubiectione Clericorum* HEN-

*Scriptores de Clericis Proteſtantes.*

HENNINGVS ARNISÆVS, *Argentorati 1648. 4.* De *Exemtione Clericorum euangelicorum* liber prodiit *Witteberga 1657. 8.* qui IOANNEM BRVNNEMANNVM adgnoſcit auctorem. De *clerico renitente* CASPAR ZIEGLERVS, *Witteberga 1684. 12.* In quo tractatu potiſſimum Leonis Imp. Conſtitutionem, repetitam a Iuſtiniano in l. 31. C. de Epiſcopis & Clericis explicat, atque docet, in quantum munera eccleſiaſtica fugere liceat, idque ea occaſione, dum Martinus Geierus delatum munus Concionatoris aulici ſupremi detrectaret, vt hiſtoria Welleriana docet p. 116. Huc facit etiam IVSTI HENNINGI BOEHMERI tractatus Iuris Eccleſiaſtici de *iure parochiali, Halæ 1701. 4.* quo parochorum ſtatum, iura, bona & priuilegia probe illuſtrat. Huc facit etiam IO. CAROLI NÆVII *Ius Clericorum oder das Prieſter-Recht, Wittenbergæ 1708. 8.* De *Expectatiua Eccleſiaſtica* in officia Clericorum conceſſa extat *Diſſertatio* CASPARIS HENRICI HORNII, *Wittenbergæ 1712. 4.*

## §. XXXVII.

*Scriptores de beneficiis Eccleſiaſticis.*

Qui ad ius rerum ſcriptores ſunt ſpeciales, materiam de beneficiis præſertim, plenius expoſuerunt. *Praxin* quidem *beneficiorum* PETRVS REBVFFVS, *Lugduni*

1579.

*1579. f. & Coloniæ 1610. 4.* Huic poſteriori editioni acceſſerunt concordata inter Leonem X & Franciſcum I, cum gloſſa Petri Rebuffi & Georgii Branden Commentarius in Concordata Nationis Germanicæ, & de iisdem ANTONIVS BENGEVS, *Pariſiis 1654. f.* FRANCISCVS DVARENVS de *ſacris eccleſiæ miniſteriis & beneficiis* ſcripſit, cum Schiltero editus. De *reſignatione beneficiorum* FLAMINIVS PARISIVS, *Romæ 1581.* & *Coloniæ 1683. f.* recuſus, qui etiam ad omnem beneficiorum materiam facit. Sic etiam optimus fere eſt NICOLAVS GARTZIAS in tractatu de *beneficiis, Geneuæ 1658. f.* & qui vitia, quæ in beneficiis conſueta, tangit PAVLVS SARPIVS de *materiis beneficiariis* in latinum tranſlatus atque editus, *Ienæ 1681. 12.* ARNOLDI CORVINI Tractatus geminus de *perſonis & beneficiis eccleſiaſticis, Francofurti 1709. 4.* De *beneficiis eccleſiaſticis & ſecularium officiorum coadiutoriis* ſcripſit NICOLAVS REMOCAMPVS, *Leodii 1651. 4.* atque rarus eſt. De *permutatione beneficiorum* ſcripſit IOANNES CHOCKIER, qui ex iterata editione prodiit *Romæ 1700. fol.* Omnium vero curas ſuperat LVDOVICI THOMASINI *Vetus & Noua Eccleſiæ Diſciplina, circa Beneficiarios, Lugduni 1706. f.* tribus Tomis, quibus hæc ipſa materia tota abſol-

Digitized by Google

*krummen Stabe iſt gut wohnen*, *Ienæ 1712. 4.* Ad antiquitates eccleſiaſticas ſpectat IO. PHILIPPI ODELEMI diſſertatio *de Diaconiſſis primitiuæ Eccleſiæ*, *Lipſiæ 1700. 4.*

## §. XXXII.

*Scriptores de Canonicis, & Capitulo.*

De *eccleſiis cathedralibus, harumque priuilegiis & prærogatiuis* ſcripſit ANTONIVS FRANCVS de VRRADICOITTII, *Lugduni 1665. f.* Huc pertinet anonymi *kurtz gegründetes Bedencken, ob in heiligen Römiſchen Reich, die Ertz-hohe und andere Stiffter beſtändiglich in ihren eſſe und Weſen zu erhalten. Halberſtadt 1617. 4.* Eiusdem materiæ eſt ſcriptum *ad Sacram Caeſaream Maieſtatem iudicium Duorum Theologorum ſuper translatione reſtituendorum in Imperio Monaſteriorum ab antiquis ordinibus ad Societatem Ieſu*, vbi rationibus partim politicis, partim moralibus euincere conatur, non eſſe ex re Imperii Rom. monaſteria tollere. De *poteſtate Capituli ſede vacante* NICOLAVS RODRIQVETZ FERMOSINVS, *Lugduni 1666. f.* De eodem egit IVSTI HENNINGI BöHMERI diſſertatio *de Iuribus Capituli ſede impedita*, *Halæ 1704. 4* De *origine Canonicorum* ſcripſit IOANNES CAPETIVS, *Antwerpiæ 1592. 8.* Hiſtoriam eorundem explicauit GABRIEL PENOTTVS, *Romæ*

*1624. f.* De *ordine & ſtatu Canonico* IOANNES BAPTISTA SIGNIVS, *Bononiæ 1605. 8.* De *Canonicis regularibus, eorumque ordine & diſciplina* IO. TRVLLVS, *Bononiæ 1605. 4.* Horum tamen labores excuſſit AVGVSTINVS BARBOSA in tractatu ſuo *de Canonicis & dignitatibus, aliisque beneficiariis, eorumque officiis in choro & Capitulo, Lugduni 1640. f.* De *electione Canonica* habemus PETRVM PASSERINVM, *Romæ 1661. f.* De *inſtitutione, obligatione & religione horarum Canonicarum* ſcripſit OLIVERIVS BONARTIVS, *Duaci 1625. 8.*

## §. XXXIII.

*Scriptores de Monaſteriis.*

Quantum ad origines Monaſteriorum, commendari merentur ANTONII DADINI ALTESERRÆ ἀσκητικῶν *ſiue originum rei Monaſticæ libri decem, Pariſiis 1674. 4.* quos ex antiquitatum eccleſiaſticarum atque canonicarum monumentis egregie declarauit. RENATI CHOPPINI, *Monaſticon ſeu de Iure Cœnobitarum, Pariſiis 1601.* poſt *Francofurti 1709. f.* excuſum cum variis documentis, diplomatibus & priuilegiis Monaſteriorum. In quo etiam originem & priuilegia potiſſimum Monaſteriorum illuſtrata videmus. Ex noſtratibus habemus HENRICI PETRI



Digitized by Google

abſoluitur, Clericorum Ordines declarantur, immo, quidquid fere facit ad ſtatum eccleſiaſticum, ex genuinis fundamentis illuſtratur.

## §. XXXVIII.

*Scriptores de decimis & bonis Eccleſiaſticis.*

De *decimis* habemus PETRVM REBVFFVM, *Francofurti 1670. f.* De *origine Decimarum & obligatione eas ſoluendi* extat C. B. *Traite touchant l' origine des dixmes & l' obligation de les payer, Paris 1687.* Propius ad praxin hodiernam facit IAC. BLVMENS *nützlicher Unterricht von Zehend-Recht, Leipz. 1696. 4.* De *dote eccleſiæ* eruditus eſt tractatus CASPARIS ZIEGLERI, *Witteberga 1676. 4.* De *natura* vero *& iure bonorum eccleſiaſticorum* egit MICHAEL BVSCIVS, *Franeckeræ 1666. 12.* & MARTINVS SCHOOCKIVS de *bonis eccleſiaſticis, Vltraiecti 1651. 12.* De *bonis eccleſiæ eorumque reditibus alieno territorio debitis* IOANNES WILHELMVS ITTERVS, *Francofurti 1687. 4.*

## §. XXXIX.

*Scriptores de alienatione Rerum Eccleſiaſticarum.*

De *Alienatione* Rerum ad Eccleſiam pertinentium commentati ſunt MARTINVS BONACINA de *Alienatione bonorum Eccleſiaſticorum.* Extat in Tractatu de Clauſura, *Lugduni 1628. 4.* BENEDICTVS

CANO-

Digitized by Google

CANOPHILVS de *Rebus Eccleſiæ non alienandis*, *Venetiis 1587. f.* FERDINANDVS MVNNOZ, de *Rebus Eccleſiæ alienandis vel non*, *Bononiæ 1622. 4.* MARTINVS NAVARRVS de *alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & de ſpoliis Clericorum*, *Romæ 1573. 8.* Et inprimis GVIL. REDOANVS, de *non alienandis rebus Eccleſiæ* prodiit cum notis PETRI ANTONII a PETRA, *Venetiis 1572. 1589. fol.*

## §. XL.

*Scriptores de vnione & diuiſione Eccleſiarum.*

Elegantiſſimus eſt tractatus IOAN. PHILIPPI SLEVOGTII, anteceſſoris in hac academia celeberrimi, de *vnione eccleſiarum & beneficiorum*, *Ienæ 1678. 4.* & qui hunc inſecutus eſt tractatus alius de *diuiſione eccleſiarum & beneficiorum*, *Ienæ 1681. 4.* olim per diſputationes propoſitus, in quibus rariſſimum argumentum de matribus ac filiabus eccleſiis, & de vnione ac diuiſione bonorum eccleſiaſticorum ex iuris Canonici principiis, antiquitatibus eccleſiæ atque vſu conſiſtoriorum accurate eruuntur & multi textus iuris Canonici ſolide explicantur. Succeſſit ERNESTI COLERI Diſſertatio Inauguralis de *Vnione Eccleſiarum, potiſſimum Proteſtantium*, *Altdorfi 1688. 4.*

§. XLI.

Digitized by Google

## §. XLI.

*Scriptores de libertate eccleſiarum.*

De libertate eccleſiarum egerunt alii, *Libertatem eccleſiarum Gallicarum* defendit PETRVS PITHOEVS, *Pariſiis 1609. 4.* Secutus eundem fuit PETRVS de MARCA de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, de quo ſupra iam dictum fuit. Demum IOANNES SCHILTERVS in elegantiſſimo ſuo tractatu de *libertate eccleſiarum Germaniæ, Ienæ 1683. 4.* hanc materiam ex hiſtoria & antiquitatibus Germanicis tantum illuſtrauit, vt laudem præmereatur eximiam. Statum enim Eccleſiarum Germaniæ vsque ad tempora pacis Osnabrugenſis declarat.

## §. XLII.

*Scriptores de cauſis matrimonialibus Proteſtantes.*

Ad matrimonialia, præter *conſilia Theologorum Wittebergenſium*, & GEORGII DEDEKENNI, quæ auctiora edidit IOANNES ERNESTVS GERHARDVS, *Ienæ 1671. f. 3 Tomis* ad vſum conſiſtoriorum optima ſunt HIERONYMI BRüCKNERI *conſilia matrimonialia*, *Francofurti 1692. 4.* & *Gothæ 1704.* edita, quæ multos caſus rariores continent. it. IOANNIS BECHSTADII *Collatio Iurium Connubialium, Coloniæ 1627. 4.* vbi in commune cum iuribus quibusdam municipalibus confert.

Sic

Digitized by Google

Sic etiam eruditus eſt tractatus HENRICI CHRISTOPHORI HOCHMANNI de *benedictione nuptiarum*, quam ex ipſis fontibus illuſtrat & per conſiſtoriorum vſum declarat: prodiit *Altdorſi 1685. 4.* De *Nuptiis Compriuignorum* extat *diſquiſitio* IOHANNIS HENRICI BERGERI, *Lipſiæ 1708. 4.* IOANNIS GEORGII NICOLAI tractatus de *repudiis & diuortiis* egregius eſt, prodiit *Dresdæ 1685. 4.* Communes opiniones de cauſis Matrimonialibus in quibusdam euertere conatur IO. SAMVEL STRYKIVS in diſſertatione de *reliquiis ſacramenti in matrimonialibus, Halæ 1704. 4.* Laudanda etiam eſt IO. NICOLAI HERTII erudita diſſertatio de *matrimonio inſtaurato & conſcientiæ, Gieſſæ 1703. 4.* quæ a diuerſis caſibus horumque deciſionibus potiſſimum eſt commendanda. De iure *diſpenſandi* in prohibitis coniugiis egit IOHANNES IOACHIMVS MULLERVS in ſcripto *Das Diſpenſation-Recht in verbothenen Ehen der Fürſten, Ienæ 1706. 4.* De *Hierologia ſiue Benedictione Sacerdotali* extat *Diſſertatio* PETRI MULLERI denuo recuſa *Ienæ 1708. 4.* Ad caſum in domo Oettingenſi controuerſum de matrimonio cum defunctæ vxoris ſorore pertinet ſcriptum ſub titulo: *Unterſchiedliche Streit-Schrifften, Reſponſa und Gutachten, ſammt*

Ff *denen*

*denen Actis eines in der Fürſtlichen Reſidenz zu Oettingen den 10 Octobr. anno 1681. gehaltenen Colloquii, über die Frage: Ob Gott verboten oder zugelaſſen habe, daß einer ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter heyrathen mœge, Oetting.* Ad iura *Diuortiorum* pertinet AVRELII AVGVSTINI *Libri duo de Adulterinis coniugiis, quibus dogma Eccleſiæ de matrimonii diſſolutione illuſtratur,* cum notis IOANNIS SCHILTERI, *Ienæ 1698. 4.*

*Scriptores de diuortiis.*

## §. XLIII.

*Scriptores de cauſis matrimonialibus Pontificii.*

*Praxin diſpenſationum matrimonialium in curia Romana* optime explicauit VINCENTIVS de IVSTIS, *Lucæ 1691. fol.* IO. LAVNOYVS *regiam in matrimonium poteſtatem* deſcripſit, ſiue tractatum de *iure ſecularium Principum Chriſtianorum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, Pariſiis 1675. 4.* Contra hunc, eccleſiaſticam in matrimonia poteſtatem, ſiue de *iure eccleſiæ in ſanciendis legibus matrimonium impedientibus & dirimentibus,* defendit DOMINICVS GALESIVS, *Romæ 1679. 4.* Singularem caſum diiudicat ſcriptum, quod ſub titulo prodiit: *Arreſtum ſiue Placitum Parlamenti Tholoſani continens Hiſtoriam in caſu matrimoniali admodum memorabilem, Francofurti 1576. 8.* in

quo

Digitized by Google

quo impoſtoris cuiusdam, qui ſe pro vero viro iactauerat, factum examinatur.

## §. XLIV.

Inter illos, qui Polygamiam defenderent, primus ni fallor, fuit BERNHARDINVS OCHINVS, in *dialogis*, præcipue dialogo XXI, de quo plenius fuit dictum Tomo V obſeruationum Halenſium obſ. I, §. XV & ſeqq. Ochino reſpondet THEODORVS BETZA de *polygamia & diuortio, Geneua 1576. 8.* licet non in omnibus Ochini mentem adſequatur Betza. Reſpondet etiam Io. Gerhardus loco de coniugio, art. poſt §. XX & ſeqq. Superiori ſeculo primum hæc quæſtio agitata fuit, cum Caroli Ludouici, Palatini Electoris amores innoteſcerent. IOANNES FRIDERICVS BOECKELMANNVS enim primum ſuam diſſertationem inauguralem ventilabat *Heidelbergæ 1661. 4.* Dein prodiit DAPHNÆI ARCVARII *kurze doch unpartheyiſch und gewiſſenhaffte Betrachtung, des heiligen Eheſtandes, von Ehbruch, der Ehſcheidung und ſonderlich von dem vielen Weibernehmen, 1679. 4.* Auctorem libri eſſe LAVRENTIVM BEGERVM vel apud omnes in propatulo eſt. Huic ſe oppoſuit SEVERINVS WALTHERVS SLüTERVS, qui

*Scriptores de Polygamia.*



Digitized by Google

ſcripſit *Pyrrhonii & Orthophili Unterredung von der in den nechſten Iahren unter dem Namen Daphnæi Arcuarii ans Licht gekommenen Betrachtung des heiligen Eheſtandes, Frankfurt 1680. 8.* Alias prodiit SINCERI WARENBERGII *kurzes Geſpræch von der Polygamie*, cui adiectum eſt BALTHASARIS MENTZERI *Bedencken, Francofurti 1672. 4.* Sub Warenbergii nomine latere fratres Pufendorfios quidam olim ſuſpicabantur; quos tamen defendit Ioan. Deckherrus de ſcriptis adeſpotis pag. 341. & ipſe ſui vindex Samuel Pufendorfius in apologia ſua §. 2. & 3. IOANNI LYSERO, de quo ſtatim dicemus, tribuit Kulpiſius Collegio Grotian. Exercit. IV. th. 6. Contra eandem prodiit CHRISTIANI VIGILIS, *Germani ad Sincerum Warenbergium Suecum epiſtola, ſeu diſſertatio ſuper polygamia ſimultanea, Germanopoli 1677. 4.* Sub Vigilis nomine latere FRIDERICVM GENESIVM demonſtrauit Placcius de Pſeudonymis pag. 677. Inde in forum prodiit THEOPHILVS ALETHÆVS, qui primum edidit *diſcurſum politicum de Polygamia, 1674. 12.* quo eandem omni modo conatur defendere. Sub hoc nomine latere IOANNEM LYSERVM, Saxonem, inquieti animi hominem declarauit plenius Maſius in epiſtola ſua ad Allixium, quæ reperitur in Nouel-

Nouellis Reipublicæ litterariæ, & Placcius de Pſeudonymis pag. 88. Idem auctor eſt libri vernaculi, qui inſcribitur *das Kœnigliche Marck aller Lænder*, quem tamen nunquam videre contigit. Primus, qui contra Lyſerum calamum ſtringeret, erat IOANNES MVSÆVS, in *diſſertatione ſua contra Alethæum, de quæſtione: An Coniugium inter plures quam duos eſſe poſſit, Ienæ 1675. 4.* Alter erat SEVERINVS WALTHERVS SLüTERVS, qui ſcripſit *Theologiſche Gedancken von der Polygamia, Roſtochi 1677. 8.* Secutus eſt GERHARDVS FELTMANNVS, qui edidit *Geſpræch von der Vielweiberey, Leipzig 1677. 8.* Prodiit etiam *die Gœttliche Ordnung des heiligen Ehſtandes zwiſchen einem Mænnlein und Fræulein, gegen die Unflæter der heutigen viel Weibernehmer oder Polygamiſten, Helmſtadt 1677. 4.* Sic etiam IO. DIECMANN *vindicias* dedit *Legis Monogamicæ contra Lyſerum de polygamia, Stadæ 1678. 4.* Subſecuta demum eſt IO. BRVNSMANNI *monogamia victrix, ſeu orthodoxæ eccleſiæ Chriſtianæ ſententia de vnis duntaxat eodem tempore conceſſis Chriſtiano nuptiis, a criminationibus vindicata quibusuis, Francofurti ad Mœnum & Hafniæ 1679. 8.* Poſt tot aduerſarios nouam opinioni ſuæ lucem adferre conatus fuit Lyſerus, dum priorem


Digitized by Google

tractatum nouis acceſſionibus edi curaret, hoc titulo: *Polygamia victrix, id eſt Diſcurſus politicus de Polygamia, cum notis ATHANASII VINCENTII, omnibus antipolygamis vbique locorum, terrarum, inſularum, pagorum, vrbium, modeſte & pie oppoſita, Londini Scanorum 1682. 4.* Lyſerum auctorem eſſe vtriusque ſcripti, ſub Athanaſii Vincentii quoque nomine latere, plenius declarauit Maſius in epiſtola ante adlegata. Reſpondet vero huic tractatui *IO. MEYERVS in vxore Chriſtiana, Amſtelodam. 1688. 4.* Præter hosce *C. CORNELIVS VYTHAGIVS* diſputationem ſcripſit de *Polygamia, Roterodami 1680. 8*, qua probare contendit, eam nec iuri diuino, nec naturali eſſe contrariam. Contra eandem faciunt *DIDACVS GARZIAS de TRASMIERA de polygamia, Panormi 1638. fol. EDMVNDVS BANNIVS de diuortiis ob adulterium, adulteriis & polygamia, ſecundis nuptiis, Oxonii 1610. 4. ABRAHAMVS CALOVIVS de Polygamia, Witteberga 1670. 4. LAMBERTVS VELTHVYSEN* in tractatu *morali de naturali pudore & dignitate hominis, in quo agitur de inceſtu, ſcortatione, voto cœlibatus, coniugio, adulterio, polygamia & diuortiis, Traiecti 1676. 4.* & *Roterodami 1680. 4.*

§. XLV.

## §. XLV.

De iure *Patronatus* iuxta principia Iuris Canonici ſolide egit SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS, *Lipſiæ 1639. it. 1680. 4.* cui acceſſerunt Concluſiones iuridicæ de Iure *Sepulturæ*. Speciatim adhuc hanc materiam tractat MATTHIAS STEPHANI de *Iure Patronatus*, *Gothæ 1672. 4.* vbi non tantum ad beneficia eccleſiaſtica deſcendit, verum etiam ius patronatus Academiarum & Scholarum inferiorum examinat.

*Scriptores de Iure Patronatus.*

## §. XLVI.

De *Cenſuris* Eccleſiaſticis habemus varios Tractatus; MARII ALTERII *Diſputationes, de Cenſuris Eccleſiaſticis Tom. II, Romæ 1619. f.* STEPHANVS de AVILA de *Cenſuris Eccleſiaſticis, Lugduni 4. 1608. Coloniæ 1623. 4.* GEORGII SAVRI *Theſaurum Caſuum Conſcientiæ continens Praxin de Cenſuris Eccleſiaſticis aliisque pœnis & Canonicis impedimentis, Venet. 1619. f.* De *pœnis eccleſiaſticis* praxis extat CAROLI ANTONII THESAVRI, *Romæ 1675. f.* Ad fora tamen Proteſtantium potiſſimum facit IOANNIS FRIDERICI KNORRII Tractatus de *Poenitentia Eccleſiaſtica Ienæ 1700. 4.* ex antiquitatibus, iure eccleſia-

*Scriptores de Cenſuris Eccleſiaſticis in ſpecie de Excommunicatione.*



Digitized by Google

ſtico atque vſu Conſiſtoriorum deductus.

§. XLVII.

*Scriptores de Sacramentis.*

De *Sacramentis* extant binæ *Diſſertationes* NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI Vna, de *eo, quod iuſtum eſt circa ſacram Cœnam, Ienæ 1690. 4.* Altera de *eo, quod iuſtum eſt circa Baptiſmum* eodum anno habita. De *baptiſmate non iterando* habemus Tractationem CASPARIS ZIEGLERI, *Witteberga 1661. 4.*

§. XLVIII.

*Scriptores aliarum materiarum ſpecialium.*

Inter ſpeciales materias habemus tractatum beati parentis GEORGII ADAMI STRUVII de *inuocatioue nominis diuini*, eundemque egregium atque eruditum: prodiit *Ienæ 1682. 4.* quem, cum iam rareſcere incipiat, Deo dante, adiectis obſeruationibus quibusdam ſelectis, auctiorem recudi faciam. Eruditus quoque eſt tractatus ADRIANI BEYERI de *ſigillo confeſſionis, Ienæ 1675. 4.* Egregiæ ſunt IOANNIS STRAUCHII *amœnitates iuris Canonici, Iena 1675. 4.* editæ, quæ multa continent ſingularia, atque ad illuſtrationem iuris Canonici ex hiſtoria & antiquitatibus eccleſiaſticis faciunt. De *Concionibus funebribus* ſingulari diſſertatione egit CHRI-

Digitized by Google

CHRISTIANVS WILDVOLIVS, *Ienæ 1701. 4.* De *Iure Sabbathi* commentatus eſt IO. SAMVEL STRYKIVS, *Halæ 1717. 4.* vbi de inſtituto Sabbathi agit, opus operatum, quod plerique exinde faciant exponit, & diuerſos næuos eccleſiaſticos maxime circa cæremonias taxat. De *Iure Precum publicarum* extat IVSTI HENNINGI BOEHMERI diſſertatio, *Halæ 1705. 4.* ADAMI CORTREII *Meditatio Singularis de Iudicio Dei permiſſiuo, Probatorio ac eruditiuo*, prodiit *Ienæ 1683. 4.* Adnectimus cariſſimi adfinis VLRICI MARBACHII Diſſertationem Inauguralem de *Deo Commiſſis*, *Ienæ 1712. 4.* in qua hæc materia ex principiis moralis & iurium doctrinæ probe examinatur.

# CAPVT DECIMVM QVARTVM

## De BIBLIOTHECA IVRIS PVBLICI.

### §. I.

*Qui de ſcriptoribus iuris publici egerunt.*

AD bibliothecam iuris publici facit SAMVELIS RACHELII *otium Nouiomagenſe, Amſtelodami 1685. 4.* editum, in quo



Digitized by Google

quo non ſolum ex quibus fontibus petendum ſit ius publicum, declarat, ſed etiam potiores ſcriptores, qui ad fontes faciunt, adducit. Melior vero eſt IOANNIS GEORGII SVLPICII, ſiue potius KVLPISII diſſertatio de *ſtudii iuris publici recte inſtituendo, & de ſcriptoribus eo pertinentibus*, cuius editio ſecunda recognita prodiit *1700. 8.* Agit in eadem celeberrimus vir de ſcriptoribus, qui acta publica, compendia & ſyſtemata iuris publici euulgarunt, & de ſingulis iudicat accurate. Acceſſit epiſtola de ſtudiis academicis iuuenis nobilis recte inſtituendis, quæ tamen hodie paruum vſum habet. Extat quoque de *ſcriptoribus iuris publici præcipuis conſignatio* a BOECLERO conſcripta, quæ Vitriario illuſtrato addita eſt, in qua etiam ſcriptores ſpeciales recenſentur, addita breui criſi, plures tamen in eadem videmus omiſſos. Recentior eſt CHRISTOPHORI LAVRENTII BILDERBECKS *Bibliotheca Iuris publici* præfixa dem Teutſchen Reichs-Staat, *Lipſiæ 1706. 4.* atque ex recentiori, eademque auctiori editione, *Lipſiæ 1709. 4.* Pleraque ex Bibliothecis ante iam editis hauſit, ita, vt eadem cum ipſis iudicaret de Scriptoribus, nec ſatis perfecta. Facit huc etiam EVCHARII GOTTLIEBII RINKII *Programma inaugurale*, dum Iuris publici pro-

Digitized by Google

profeſſionem auſpicaretur, *Altdorfi 1708. 4.* in quo de plerisque ad Ius publicum pertinentibus Scriptoribus egregie iudicat, & IO. CHRISTIANI SCHELLII Oratio inauguralis de *ortu & progreſſu doctrinæ Imperii Germanici, Lipſiæ 1709. 4.* Licet hic præter generales Iuris publici Scriptores parum adducat. Cum autem inter Scriptores iuris publici plures reperiantur perſonati & anonymi, hos detexit IOANNES DECKHERRVS in Coniecturis ſuis de *ſcriptis adeſpotis, pſeudepigraphis & ſuppoſititiis, Amſtelodami 1686. 12.* & VINCENTIVS PLACCIVS in *Theatro pſeudonymorum atque anonymorum*, quod locupletius longe prodiit *Hamburgi 1708. f.*

§. II.

*Scriptores de principiis & fundamentis Iuris publici.*

Quæ iuris publici ſint principia, præter Rachelium & Kulpiſium docuit etiam ERICVS MAVRITIVS in *ſpecimine diſſertationum de principiis iuris publici*, quod *Tubingæ* prodiit *1665. 4.* in quo illa potiſſimum in iure naturæ putat conſiſtere, vbi de variarum gentium & philoſophorum ſententiis de iure naturæ egit. Prodromus hic erat maioris operis iuris publici, quod meditabatur Mauritius, cuius autem non niſi ſingulares quædam diſſertationes de quibus ſuo loco, prodierunt. Idem Inſti-

Digitized by Google

Inſtitutum fuit IOANNI WERLHOFIO, viro doctiſſimo, cuius *Notitiæ Sacr. Romani Imperii enucleatæ & in ſuccinctas theſes memoriales digeſtæ ſpecimen primum* prodiit *Helmſtadti 1695. 4.* in quo genium, diſciplinam, fontes & periodos iuris publici examinat & ſingula obſeruationibus haut proletariis illuſtrat. *Vſum* quoque *Iuris Romani in Iure publico Romano-Germanico, huiusque variis controuerſiis decidendis* demonſtrare voluit GEORGIVS ENGELBRECHT, ſingulari diſſertatione, *Helmſtadti 1620. 4.* habita, qua ſecundum iura perſonarum rerum & actionum procedit. Licet Henricus Erneſtus Keſtnerus in diſſertationibus de defectibus Iuris communis in Republica Germanica probl. V demonſtrare voluerit, nullum plane vſum habere ius ciuile in iure publico.

## §. III.

*Fontes iuris publici.* Fontes iuris publici conſiſtunt vel in legibus fundamentalibus vel in obſeruantia. Hanc colligimus ex Scriptoribus rerum Germanicarum & actis publicis. Ad leges Imperii in genere facit IOAN. WERLHOFII *Iuris, maxime quo in foro Germani vtamur Enucleati Specimen Primum de Iure Germanis Patrio, Helmſtadti* 1705.

*1705. 4.* in quo & Receſſus Imperii & Leges Imperii exponit, & quid de iisdem in genere ſit dicendum tradit, conſtituunt potiſſimum qui primum locum ſine dubio occupant *Receſſus Imperii*, de quibus in genere diſputauit ERICVS MAVRITIVS, *Tubingæ 1664. 4.* Coniunctim hosce habemus editos, cum aliis ſanctionibus pragmaticis, imperium Romanorum Germanicum concernentibus. Prima inter has eſt AVREA BVLLA CAROLI IV, quam ſecuta eſt MAXIMILIANI I *Ordinatio de Notariis, Ordinationes Camerales, Capitulationes Cæſareæ, Caroli V ordinatio Criminalis, conſtitutio pacis profanæ & religioſæ,* atque *Receſſus variorum Comitiorum* ſecundum ſeriem temporum digeſti, quorum vltimus eſt de anno 1654. Horum editiones ſunt variæ, pleræque tamen non adeo accuratæ. Antiquiores horum Receſſuum editiones collegit Mauritius de Receſſibus §. XXXVI, ex quo aliqua excerpemus. Primum quidem vno volumine typis deſcripti ſunt *Spiræ 1527. 8.* ſub titulo: *Alle und iede des Reichs Ordnungen, ſammt der gülden Bull und Abſchieden &c. aus Befehl Kayſerl. Maieſtæt Stadthalter und Regiments im H. Reich zuſammen geleſen durch* PETER DRACHEN, *Schultheiſſen zu Speier.* Inſecutæ editiones *Moguntinæ* anno *1548, 1552, 1559,*

NVS GEBLERVS edidit *Imperialis Iudicii Cameralis Conſtitutionem, Pacem Publicam Tranſactionem Paſſauienſem, Auream Bullam*, vna cum ſummariis titulorum & Paragraphorum Indice & quibusdam interpretationibus, *Francofurti 1564. f.*

§. IV.

*Goldaſti collectiones actorum publicorum.*

Alii ſunt, qui varias Imperatorum conſtitutiones & Acta publica congeſſerunt, vſu quidem non recepta, ad demonſtrandam tamen Imperii obſeruantiam perutilia. Vtilem quidem operam nauauit MELCHIOR GOLDASTVS ab HAIMENSFELD, qui latino primum idiomate edidit *ſtatuta & reſcripta Imperialia, Francofurti 1607. f.* Continentur iisdem conſtitutiones Imperatorum a Carolo M. vsque ad Rudolphum II. Additum his *Rationale*, quod commentarii inſtar eſſe poteſt, quo etiam iura Imperii contra Baronium defenduntur. Licet, vti ipſe in præfatione monet, acrem de eodem apud pontificios expertus fuerit cenſuram. Idem Opus etiam cum germanico titulo prodiit: *des Heyligen Römiſchen Reichs Keyſer, Künig und Churfürſten, Conſtitution, Reformation, Ordnungen und Auſſchreiben von Anbeginn der Regierung Keyſer Carle des Großen bis auf Carolum den Fünften,*

*Fran-*

*Francofurti 1607. f.* Secutus hunc fuit Tomus ſecundus, *Hanouiæ 1609. f.* quo diuerſi alii Receſſus, Conſtitutiones Imperatoriæ, acta Comitialia, Transactiones cum Statibus vsque ad tempora Rudolphi II. continentur, cui etiam breue acceſſit *Rationale*, ſiue commentarius in conſtitutiones aliquot. Tertius Tomus prodiit *Offenbachi 1610. f.* Continet ille conſtitutiones Alarici, aliorumque Regum Gothorum, Francorum, Imperium Romano-Germanicum, vsque ad tempora Rudolphi II, vt ideo tres iſti tomi ſe inuicem ſuppleant. In his tamen notandum, quod, licet laborem egregium præſtiterit Goldaſtus, colligendo has Imperatorum conſtitutiones, quæ alias ſparſim apud Scriptores vel adhuc in MStis extabant, multas tamen immiſcuit conſtitutiones ſuppoſititias, & quod dolendum, auctores non commemorauit, ex quibus ſua hauſerit. Noua poſtea prodiit *collectio conſtitutionum Imperialium, Francofurti 1613.* vno tomo Hæc comprehendit iſtas conſtitutiones, quæ a primis Germanorum temporibus fuerunt decretæ, ita vt etiam Tuiſtonis, Hermionis, Marcomiri, Antenoris aliorumque antiquiſſimorum Germaniæ ducum ſimul contineat, licet ipſe Goldaſtus non diffiteatur, hasce antiquiores vulgari

Gg homi-

hominum opinione ſaltim niti. Eodem anno prodiit Eiusdem GOLDASTI *collectio conſuetudinum & Legum Imperialium, Francofurti 1613. f.* Hæc comprehendit generales & receptas in Imperio conſuetudines ac Leges Capitulares, vtpote conſuetudines veterum Gallorum Germanorumque in moribus & inſtitutis generalibus, Leges Longobardorum Regias & Imperatorias. Lotharii Imperatoris Capitularia in Imperio promulgata. Speculum Saxonicum, Weichbildum, ſiue ius municipale Magdeburgenſe, Ius feudale Saxonicum, & denique Ius Camerale nouiſſimum. Sequenti anno Eiusdem prodierunt *Politica Imperialia*, ſiue Diſcurſus Politici. Acta Publica & Tractatus generales, *Francofurti 1614. f.* Continentur iisdem varia ſcripta, quæ concernunt Imperatoris, Regis & Pontificis Romanorum electionem atque coronationem, inueſtituram feudorum regalium, abdicationem Imperii Romano-Germanici, reformationem, vnionem Electoralem & comitia Imperii. Acta cum diuerſis Regibus & Rebus publicis, Grauamina contra Pontificem & varia acta pacem religionis concernentia, quæ a diuerſis auctoribus concinnata. Ita vt inſertos quoque videamus diuerſos tractatus huc facientes. Eiusmodi ſcripta germani-

manice fuerunt congeſta, ſub titulo: *Politiſche Reichs-Händel, Francofurti 1614. fol.* Ab his diuerſa ſunt *Politiſche Reichs-Satzungen, des Heil. Reichs, Conſtitution-Ordnung, Reſcript vnd Auſſchreiben auf den Reichs-Tagen vnd Keyſerlichen Höffen ſtatuiret, ſo in den publicirten Reichs-Abſchieden vnd Conſtitutionen nicht geſunden werden von Hoheit des Kayſerthumbs, Würde des Pabſtthumbs, Herrlichkeit der Chur-Fürſten 1609. f.* Quæ ſolum conſtitutiones Imperiales continent. Ab his iterum differunt Eiusdem *Reichs-Handlungen, Hanau 1605. f.* in quo Opere Decreta quædam & Acta publica Imperii ab Ottonis III. temporibus & diuerſa ſcripta politica Imperium concernentia vsque ad Maximilianum I. continentur. Haut ita pridem prodiit CHRISTOPHORI ZIEGLERI *Corpus Sanctionum Pragmaticarum Sacri Romani Imperii, oder des Heil. Röm. Reichs vornehmſte Grund-Geſetze, Francfurt 1712. 4.* In hac collectione comprehenduntur diuerſæ Leges atque Acta Publica Imperii, quæ tamen in aliis collectionibus præcipue Lünigii iamdum reperiuntur.

## §. V.

Paucos ante annos IO. CHRISTIANVS LüNIGIVS nouam Collectionem ſub titulo *Lünigii Archiuum Imperii.*



Digitized by Google

titulo *des Teutſchen Reichs-Archius* multa cum induſtria nec minori vtilitate euulgagare cœpit. Primus quidem Tomus, generaiia continens, prodiit *Lipſiæ 1710. f.* Hic Acta Publica Imperii complectitur, Auream Bullam, atque alias Leges Imperii, Placita & decreta, quæ vel ex authenticis editionibus deſumta atque emendatius euulgantur, vel in Corpore Receſſuum Imperii haut reperiuntur, idque ad finem ſeculi decimi ſexti vsque. Altera huius Tomi Primi Pars, varia continet, quæ ad illuſtrationem Iuris Publici faciunt vtpote Examen Iuris Publici Germanici nouiſſimi, ſiue breue Compendium Iuris Publici per Quæſtiones. Deſcriptio Electionis atque Coronationis Imperatoriæ & præcipue Ioſephi & Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ, Auguſtæ, Relatio de Comitiis in genere, & Diſcurſus de Comitiis adhuc durantibus, vna cum ſchematibus ſeſſionis Statuum, Diſcurſus de Iudiciis Imperii, Relatio de Comitiis Deputatorum Imperii, de viſitatione Camerali, de inueſtitura diuerſorum Principum atque Comitum, feudorum etiam minorum, de introductione Comitiali, & banno Imperiali præcipue Colonienſis atque Banni Electoris. Eiusdem Partis Generalis Continuatio, *Lipſiæ 1713. f.* edita, diuerſa

Acta

Digitized by Google

Acta Imperii ſecundum Ordinem Imperatorum, ea maxime, quæ in Corpore Receſſuum non extant, complectitur. Subſequitur *des Teutſchen Reichs-Archius pars Specialis*, quæ Impp. & Domus Auſtriacæ, Electorum & Statuum Imperii, demum ſingulorum Electorum ſpeciatim, Acta & Documenta Publica, Receſſus, Priuilegia atque alia ſcripta quæ ad illorum Ius Publicum faciunt Particulare, comprehendunt. Hunc excepit *des Teutſchen Reichs-Archius partis Specialis Continuatio I, Lipſiæ 1711. f.* quæ Acta publica Imperatores a Rudolphi Habsburgici temporibus ad noſtra vsque, & prouincias Auſtriacorum hæreditarias, Electores atque Status Imperii, & ſpeciatim Electores & Principes Eccleſiaſticos concernentia, comprehendit. Sequitur *des Teutſchen Reichs-Archius Partis Specialis Continuatio II, Lipſiæ 1712. f.* continens Receſſus & Acta Electorum, Ducum ac Principum ſecularium, Prælatorum atque Abbatiſſarum, Comitum æque, Baronum atque quorundam Imperii officialium. Huius Continuationis II prodiit *erſte und andere Fortſetzung.* Inde *partis ſpecialis Continuatio III, Lipſiæ 1713. f.* Acta comprehendit Nobilitatem Immediatam concernentia. Demum Partis Specialis Quarta



Digitized by Google

*atque vltima Continuatio* duabus partibus prodiit *Lipſiæ 1714. f.* qua Acta Ciuitatum immediatarum Imperii, Hanſeaticarum atque municipalium quarundam continentur. Multa ſane præſtitit Autor Nobiliſſimus, qui indefeſſa induſtria ex Archiuis hinc inde, atque virorum doctiſſimorum communicatione hoc Opus congesſit, & quæ inter arcana antea fuerunt habita, propalauit, facem ideo Iuri publico, potiſſimum particulari Germaniæ prætulit eximiam. Bina tamen in vtilisſimo alias hoc Opere reprehendi poſſe mihi videntur. Primo quidem, quod diſtinctio Operis non in certos Tomos, librosque fuerit facta, ſed tot reperiantur Continuationum Continuationes, harum diuerſæ ſectiones, ſupplementorum ſupplementa quæ nimiam reddunt adlegandi difficultatem. Quod vero potiſſimum eſt, reperiuntur in hoc opere quædam Acta publica, quæ fidem omnino habent ſuſpectam, quæ virgula cenſoria notari meruiſſent. Addimus, quod in Receſſibus Diuiſionum nomina quædam propria corrupta fuerunt propoſita, id quod in Actis Saxonicis ſæpius licebit deprehendere. Idem Vir Nobiliſſimus de nouo ſollicitus eſt inſtituto, ſub titulo *Europaiſche Staats-Conſilia, oder wohleingerichte-*

*teBe-*

Digitized by Google

*te Bedencken, welche von groſſen Herrn, hohen Collegiis, vornehmen Miniſtern, und andern berühmten Männern in Religions-Staats-Kriegs-und andern wichtigen Sachen, die ſo wohl gantz Europam, als auch das Heil. Röm. Reich Teutſcher Nation inſonderheit, concerniren, ſeit dem Anfange des XVI ſeculi, bis hieher, und alſo binnen zweyhundert Iahren abgefaſſet worden.*

§. VI.

Goldaſtum plures fuerunt ſecuti, atque inter hos potiſſimum eminet GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII *Codex Actorum Iuris Gentium diplomaticus, in quo tabulæ authentica Actorum Publicorum, Tractatuum, aliarumque rerum maioris momenti per Europam geſtarum, pleraque inedita vel ſelecta, ipſo verborum tenore expreſſa ac temporis ſerie digeſta, continentur; a fine ſeculi undecimi ad noſtra vsque tempora. Hanouera 1693. f.* In hoc opere continentur Tractatus pacis, fœdera, inſtrumenta dotalia, teſtamenta principum, donationes, ceſſiones, renuntiationes, inueſtituræ, homagia & quæuis acta publica alia, ab initio ſeculi XI. vsque ad 1500. Iſta autem non Germaniam ſaltim concernunt, ſed quosuis etiam Status Europæ atque ad hiſtoriarum & iuris publici fundamen-

*Collectores alii Actorum publicorum lingua latina & gallica.*

damentum plurimum conducunt, eo maioris etiam æſtimanda, quod ex archiuis depromta. Subſecuta eſt *Mantiſſa Codicis Iuris Gentium diplomatici, Hannoueræ 1700. f.* Hac etiam multa continentur ſingularia, quæ ad iura Imperii, regnum Galliæ & Angliæ faciunt, Heluetica etiam & Nouo-Caſtrenſia varia. IOANNES CHRISTIANVS LüNIG *publicorum negotiorum ſyllogen* edidit *Francofurti 1694. 4.* in qua litteras cuiuscunque fere generis, varia decreta, ſaluos conductus, memorialia, propoſitiones, reſolutiones, proteſtationes, vota, pacta, fœdera, inſtrumenta pacis, aliaque latinis verbis concepta & intra proximum vicennium inter varios reges & Status imperii ab anno 1674. ad 1694. acta ſecundum annorum ſeriem congeſſit. Huius poſtea *continuatio & ſupplementum* ab anno 1674. vsque ad 1697. prodiit *Francofurti 1702. 4.* negotia recentiora continens. Eiusdem *Litteræ Procerum Europæ ab Imperatoribus, Electoribus, Principibus, Statibusque S. Imperii Romano-Germanici ad Reges, Principes, Reſpublicas Liberas, & vice verſa in multifariis tam lætitiæ quam Triſtitiæ caſibus, nec non belli ac pacis negotiis itemque Religionis cauſa ab anno 1552 vsque ad annum 1712 latina lingua exaratæ in tres partes diuiſæ, Lipſiæ 1712. f.* Eiusdem curis prodie-

dierunt *Orationes Procerum Europæ, eorundemque Miniſtrorum ac Legatorum, vt & Virorum Celeberrimorum, Lipſiæ 1713. 8.* VLRICVS OBRECHTVS ex archiuo Argentoratenſi euulgare cœpit *adparatum iuris publici, Argentorati 1696. 4.* Prima eiusdem pars, quæ prodiit, comprehendit acta depoſitionis Wenceslai & electionis Ruperti, quam tamen plures non fuerunt ſecutæ. Aliquot ante annos FRIDERICVS LEONARDVS, Pariſienſis Bibliopola edidit *Recueil de tous les traités modernes, conclus entre les Potentats de l' Europe: de tous les Memoires, qui ont ſerui a faire la Paix de Nimegue: & de tous les arrêts de la Chambre Royale de Mets relatifs aux traités de Nimegue & de Münſter, à Paris 1683. 4.* Inſecutum fuit aliud Opus *Recueil des traités de Paix &c. à Paris 1693. 4.* VI Tomis, quod tamen Galliæ ſaltim Acta comprehendit, de quo infra pluribus. Tandem inſecutum fuit *Recueil des traités de Paix, de Trêve, de Neutralité, de ſuſpenſion d' armes, de confederation, d' alliance, de commerce, de Garantie, & d' autres actes Publics comme Contracts de Mariages, teſtaments, manifeſtes, declarations de guerre &c. faits entre les Empereurs, Rois, Republiques, Princes, & autres puiſſances de l' Europe à Amſterdam 1700. f.* VI Tomis. Primus



Digitized by Google

Tomus Acta continet ab anno 536, vsque ad 1501. ita, vt initium fiat a Theodati Gothorum regis pactis cum Iuſtiniano Imper. cui regnum, promiſſa ipſi annua penſione, cedit. Alter Tomus Acta continet ab anno 1501. ad 1601. Tertius Tomus ab anno 1601. ad 1661. Quartus Tomus finit cum Tractatu Commerciorum inter Gallorum Regem & Belgas Fœderatos concluſo XXIX Naii 1699. Præmiſſæ ſunt binæ diſſertationes, quarum altera agit de templo Iani & pacis, altera de diuerſis cæremoniis, quæ apud varias gentes, circa pacem & fœdera occurrunt. Accedit Tabula Chronologica omnium actorum in his Tomis contentorum & Amelot de la Houſſaye obſeruationes hiſtoricæ & Politicæ. Ingens ſane eſt collectio Actorum ex Leibnitio, Leonardo, Theatro Pacis, Leone ab Aitzema, Goldaſto, Guichenonio aliisque facta, quæ etiam vſum præſtat haut exiguum. Verum, quam magnum opus ſit, imperfectum tamen adhuc eſt, cum plures vel integris Operibus vel hinc inde ſparſi ſuperſint tractatus, qui ſupplementa poſſint præbere. Sæpe etiam ipſi tractatus & Receſſus non originaria lingua, qua conſcripti, ſed ex translatione inſerti reperiuntur. Curam operis geſſit Iacobus Bernhardus, vt ipſe profitetur Nouu. de la Republique des

lettres

lettres p. 34. Tacemus iam diaria hiſtorico-politica menſtrua, quæ de rebus nouis eduntur, qualia ſunt *Hiſtoire abregée de l' Europe*, quæ anno 1686. edi cœpit, paulo poſt deſiit. *Mercure Hiſtorique & Politique*, qui *Haga Comitum* proſtat, cuius cum ſuperiori anno Tomus quinquageſimus ſextus prodiit, ita vt quoduis ſemeſtre Tomum faciat. *La Clef du Cabinet des Princes d' Europe*, quod Luxenburgi ab homine Gallicarum partium publicatur, cuius nunc Tomus XXI fuit adimpletus, quouis ſemeſtri Tomum conſtituente, & ſimilia ſcripta, quibus etiam diuerſa ſcripta publica, quæ præſentia Europæ negotia concernunt, videmus inſerta.

## §. VII.

Plures adhuc ſunt, qui acta publica lingua Germanica collegerunt. Inter hos primas fert FRIDERICVS HORTLEDERVS, qui edidit *Handlungen und Auſſchreiben von Urſachen des Teutſchen Krieges*, *Francofurti 1617. fol.* Locupletior editio curante genero ipſius, Zacharia Prüſchenkio, *Gotha 1645. f.* prodiit, licet in ea aliqua ad Ordinum quorundam inſtantiam fuerint immutata, de quo teſtantur Electa Iuris Publici Tomo quinto. Continent autem acta Principum circa reformationem *Collectores actorum publicorum lingua Germanica.*

magna

magna fide ex archiuis exhibita, quæ additis vbique breuibus, & eruditis notis explanantur, vt ſimul hiſtoriæ loco ex actis publicis petitæ inſeruire poſſit. Immo integri ſæpe Tractatus, quæ Reformationem, bellum Smalkaldicum, turbas illorum temporum, hiſtoriam Saxonicam, præcipue Ioannis Friderici Electoris concernunt, conſilia atque ſimiles tractatus diuerſorum ICtorum ſimul ſunt inſerti. Continuationem operis ſuſceperat Prüſchenkius ita, vt Alphabethum iamdum eſſet typis expreſſum, in quo potiſſimum Acta belli Gothani collecta, ſed pergere fuit prohibitus. Hunc imitatus eſt CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, qui acta publica, quæ ad Transactionem Paſſauienſem atque pacem Religioſam faciunt, collegit, prodierunt *Francofurti 1631. 4. 1640. & 1707. fol.* Hortlederum quaſi continuauit MICHAEL CASPAR LONDORPIVS. Hic primum varia *Acta publica* diuerſis Tomis in 4 compilauit. Inde latino ſermone *Acta publica* congeſſit *inter inuictiſſimos & glorioſiſſimos Imperatores Matthiam feliciſſimæ recordationis & Ferdinandum II Rom. Impp. atque Fridericum eius nominis V Sac. Rom. Imperii Elect. aliosque eius Imp. Ordines, Francofurti ad Mœnum 1622, litteris Io. Frid. Weiſii.* Hi cum magno adplauſu reciperentur, anſam hoc

hoc dedit Londorpio, vt maiori forma atque apparatu hæc *Acta publica* vernaculo ſermone euulgaret *Francofurti ad Mœnum 1627. apud Io. Theobaldum Schœnwetterum,* Hic quidem Acta, Bellum Tricennale potiſſimum concernentia ab initio ſeculi XVII ad annum 1617 vsque complectitur. Inſecutus fuit *alter Tomus* ab anno 1617 ad 1629, *Francofurti 1629. f.* Poſt hanc editionem Eiusdem Londorpii prodierunt *Actorum Publicorum Tomi IV, ad 1641. vsque Francofurti 1641. fol. apud Ioan. Gotfriedum Schœnwetterum,* quibus Acta quædam meliori ordine fuerunt congeſta, plura tamen ex priori editione omiſſa: Noua eademque ordinatior atque locupletior prodiit editio ſub titulo: MICHAELIS CASPARIS LONDORPII *Opera, ſeu Actorum Publicorum augmentatorum cum eorundem continuatione Tomi Octo, ab anno 1608 vsque ad annum 1664, Francofurti 1608. f. 8 Tomis.* In hac autem editione non ſolum omnia, quæ in prioribus continebantur, ſed etiam multa alia augmenta nouos etiam quatuor Actorum Publicorum Tomos, ab aliis congeſtos videmus. Succeſſit *Tomus nonus, Francofurti 1686. f. Tomus decimus, Francofurti 1687. f. Tomus vndecimus, Francofurti 1697. f.* Subſecutus *Tomus duodecimus, Francofurti 1699. fol.* qui ad annum 1686

1686 vsque producitur. Promiſerat equidem in præfatione Tomi duodecimi Bibliopola, quintum, ſextum, & Acta ad finem ſeculi vsque, ſed non niſi *Tomus decimus tertius* prodiit *Francofurti 1708. fol.* In priores duodecim Tomos vero *Index generalis* prodiit *Francofurti 1702. f.* Farraginem ſane Actorum Publicorum in hoc Opere ſumtuoſo videmus, illa etiam quæ Londorpius congeſſit, ſelectiora ſunt, non æque recentiora, niſi quod Tomus decimus tertius varia adhuc comprehendat ſingularia. Sæpe etiam ſcripta connexa in diuerſis Tomis ſunt quærenda. Poſt hæc MARTINVS MEYERVS edidit Londorpium *ſuppletum & Continuatum*, cuius *Tomus primus* prodiit *Francofurti 1665. fol. Tomus II 1666. fol. Tomus tertius & quartus 1667. fol.* quibus diuerſa Acta publica a Londorpio omiſſa, videmus inſerta, eademque ſingularia. Opus eſt perquam rarum. Plura Acta Publica congeſta videmus in *Theatro Europæo*, quod ab anno 1617 incipit atque per varios collectum, nunc XIV Tomis conſtat, qui tamen non omnes eiusdem ſunt momenti. Præſtat omnino *Diarium Europæum*. Anſam ſine dubio operi dedit IO. AVGVSTVS PASTORIVS. Hic enim *Acta Publica* ab anno 1618 ad 1659. cœpit colligere, ſub titulo: *Europæiſcher Neuer Teut-*

*Teutſcher Florus*, cuius primus tomus *Francofurti 1620. 12.* prodiit, quem ſecutæ fuerunt quatuor continuationes & quidem quarta prodiit *Francofurti 1661. 12.* Inde ſecuta eſt Eiusdem *Continuatio Actorum Publicorum vom Auguſto 1658 biß 1659. Regensburg und Francof. 1659. 4* Hanc ſtatim excepit PHILEMERI IRENICI ELISII *Diarium Europæum 1659. 4.* Collectorem eſſe MARTINVM MEVRERVM docet nos Placcius pag. 501. Primum hoc ſpecimen ſtatim inſecutum eſt *Continuatio I 1659. 4.* & hanc plures aliæ vel ſemeſtri vel annuo ſpatio promulgatæ. Noua huius Diarii periodus cœpit cum Tomo 30, atque ita per 45 Tomos continuatum fuit vsque ad annum 1681. Bina hoc Diarium in ſe comprehendit. Hiſtoriam ſingulorum annorum & quæ vel partem alteram faciunt cuiuslibet Tomi vel appendicem, Acta Publica. Quantum ad hiſtoriam attinet, negandum non eſt, talem eandem non eſſe, vt multam laudem promereatur, plerumque enim ex nouellis relationibus ſaltim eſt collecta. Quantum vero ad Acta publica attinet, hæc ſane multam lucem præferunt iuri publico. Inſerta enim videmus diuerſa ſcripta, quæ controuerſias Statuum non Germaniæ ſolum, ſed vniuerſæ Europæ concernunt, negotia belli pacisque, diuerſa

pacis

Digitized by Google

pacis Inſtrumenta, Receſſus acta Comitialia, deductiones, & ſcripta quædam politica, quæ ad ſtatum ſingulorum annorum faciunt. In prioribus quidem Tomis deſideratur fides & diligentia, immo, quod multa ſæpe in partium præiudicium addita, meliores tamen ſunt ob præſtantiam actorum publicorum recentiores. Inter omnes rariſſimus eſt Tomus vigeſimus nonus. Prodiit poſt hæc *Collectio Actorum Imperii publicorum inſigniores, rariores & iuris Germanici Publici cultori neceſſarias controuerſias, pacificationes & conſtitutiones, aliaque huius generis vtilia ob oculos ponens, magno ſtudio & labore inſtituta ab* ADOLPHO FREIMVNDO, *Ratisbonæ 1705. 8.* Auream Bullam continet, Pacem Religionis Weſtphalicam, Nouiomagenſem, vna cum Actis quibusdam Comitiorum & Excerptis ex Scriptoribus. Facit huc etiam AHASVERVS ERITSCHIVS in *Manuali iuris publici Romano-Germanici*, quod *Ienæ 1690. 8.* prodiit. In hoc congeſſit Auream Bullam, Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, Capitulationem Leopoldinam, Conſtitutiones Pacis Religioſæ, Inſtrumentum Pacis Nouiomagenſis & tabulas induciarum vicennalium, cum appendice Philippi Andreæ Oldenburgeri.

§. VIII.

## §. VIII.

Inter recentiores fuerunt etiam aliqui, qui acta publica, quæ vel in Comitiis vel inter Status Europæ aguntur, collegerunt. Inter hæc primo loco memorandum eſt ſcriptum, quod ſub titulo: *Monatblicher Staats-Spiegel* prodiit Auguſtæ. Cœpit cum menſe Maio 1698. atque continuabatur ſingulis menſibus per annum 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. Intermiſſum quidem ex parte fuit inſtitutum, dum Bauari Auguſtam Vindelicorum occuparent, reſtitutum tamen liberata Auguſta, anno 1704. atque continuatum vsque ad Februarium menſem anni 1708. Multa ſane ſelecta atque egregia acta publica his menſibus continentur, quibus intermixta hiſtoria rerum in Europa potiorum, relationes prœliorum, diaria obſidionum & ſimilia, vt ideo ob ſelectum ſuum potiſſimum ſit æſtimandum. Secuta eſt ANTONII FABRI, (ſub quo nomine latet CHRISTOPHORVS LEONHARDVS LEICHTIVS, Conſiliarius Noribergenſis) *Staats-Canzelley*, cuius primus Tomus prodiit *1671. 8.* quæ multa, quæ ad ſtatum Comitiorum, abuſus opificiorum, commercia, monetas, militaria, Curialia Germanorum, ſtatum Poloniæ & alia ſpectant, continentur. Eodem anno inſecu-

*Collectores recentiores Actorum Publicorum.*



Digitized by Google

tus eſt *Tomus ſecundus*, quo varia, quæ ſtatum eccleſiaſticum concernunt, electiones pontificis, Regis Daniæ iura ad epiſcopatum Lubecenſem, Grauamina Religionis Proteſtantium contra Pontificios, Feudalia varia, Militaria, conſilia de ſecuritate Imperii, præparatoria pacis Ryswicenſis, iura opificiaria, Commercia & controuerſiam de ſucceſſione Mecklenburgenſi comprehendit. *Tertius Tomus 1698. 8.* comprehendit acta ſucceſſionis Megapolitanæ, controuerſiarum inter epiſcopum & vrbem Wormatienſem, acta varia pacis Ryswicenſis, militaria, ſcripta de commerciis, de iure collectandi, de iure paſcui & molarum, de translatione iudicii Cameralis. *Quartus Tomus 1700. 8.* comprehendit grauamina de preſſa Proteſtantium religione, diuerſa acta vrbis Wormatienſis, Aquis granenſis, Heilbrunnenſis & Hamburgenſis iura concernentia. Edicta varia de Cingaris, & eiusmodi furfuris hominibus, de duellis, commerciis, feudalia, acta de controuerſia inter Abbatiam Quedlinburgenſem & Electorem Brandenburgenſem de aduocatia, Ceſſionem fortalitii Kehl Marchioni Badenſi factam, acta controuerſiæ inter Status Catholicos & Euangelicos de clauſula quarti articuli pacis Ryswicenſis, acta controuerſiæ inter Comites de Lippa & Ieſuitas

Pader-

Paderbornenſes, varia acta iudicium Camerale concernentia, reformationem Calendarii, diuerſa ſcripta quæ iura buccinatorum & pugilum concernunt. *Quintus Tomus 1701. 8.* comprehendit grauamina religionis Proteſtantium contra Pontificios, acta excommunicationis papalis Capituli Wormatienſis, continuationem actorum controuerſiæ inter Comites de Lippa & Ieſuitas Paderbornenſes, acta nonum Electoratum concernentia, Scripta, quæ ad prætenſionem Ducıſſæ Aurelianenſis ad hæreditatem Palatinam faciunt. Scripta de ſucceſſione Veldentini Palatinatus, ſcripta inter Landgrauios Haſſo-Caſſellanæ lineæ & Landgrauios Rheinfelſanæ lineæ de caſtro Rheinfels controuerſa, ſcripta de cauſſa Ratzeburgenſi & eiusdem vrbis munimentis, acta monetarum & Cameralia varia, Deſcriptionem Cimeliarchii Imperatoris Vindobonenſis & Saxonici, Inſtrumentum pacis Trauenthalenſis, acta electionis Clementis XI in Pontificem, ſcripta varia de ſucceſſione Hiſpanica. *Sextus Tomus 1702. 8.* comprehendit continuationem grauaminum de religione, controuerſiæ inter Comitem de Lippa & Ieſuitas Paderbornenſes, actorum de nono Electoratu. *Septimus Tomus 1703. 8.* continet, quæ de Wormatienſi & Lippienſi cauſſa in priori exhibita,



Digitized by Google

bita, controuerſiam Würtzburgenſem contra Michaelem Carolum Wigandum, Cameræ Aſſeſſorem, acta Guelferbytana, acta controuerſam in Ducatu Coburgenſi ſucceſsionem concernentia, acta controuerſiæ Nobilitatis immediatæ cum diuerſis Germaniæ Statibus, aſſociationis Imperatoriæ cum diuerſis circulis, controuerſiæ Coloniensis cum Capitulo Hildesheimenſi & Colonienſi, motuum Bauaricorum, diuerſa decreta Imperii contra Galliarum Regem cum ſociis. *Tomus octauus 1704. 8.* comprehendit ſcripta varia Bauariæ Electoris motus concernentia, diuerſa decreta de milite Germanico, acta declarationis Caroli III in Hiſpaniarum Regem, acta controuerſiæ Nobilitatis immediatæ cum diuerſis Statibus de iure collectandi, iura controuerſa in domo Luneburgenſi. *Tomus nonus, 1705. 8.* comprehendit præter continuationem cauſſæ Wormatienſis, diuerſa grauamina religionis Proteſtantium, initia controuerſiarum inter Camerales, continuationem controuerſiæ Würtzburgenſis cum aſſeſſore Wigando, diuerſa ſcripta traditionem vrbis Paſſauienſis concernentia, continuationem motuum Bauaricorum, controuerſiæ nobilitatis immediatæ de iure collectandi, prohibita Commercia cum Gallis Hiſpaniſque, continuationem acto-

actorum de milite Germanico. *Tomus decimus 1706. 8.* comprehendit grauamina religionis Proteſtantium contra pontificios, ſcripta varia de controuerſiis Cameralibus, ſcripta de controuerſa ſucceſſione in terris Mecklenburgenſibus, acta receptionem vrbis Donawertenſis in Comitia & Conuentus Circulares concernentia, de Statu militari Germaniæ contra Gallos, acta de moderatione matriculæ quantum ad vrbem Francofurtenſem, acta monetaria, acta prohibitum commercium cum Heluetis Catholicis concernentia, controuerſiæ inter Comites Tecklenburgicos & Comitem Solmenſem, controuerſiæ inter Regem Daniæ & Domum Gottorpienſem ob Epiſcopatum Lubecenſem. *Tomus vndecimus 1707. 8.* comprehendit acta controuerſiæ inter domum Holſaticam & Comites Rantzouienſes de præfectura Barnſtedt, controuerſiæ abbatiæ Tharn, contra Nuntium papalem Colonienſem, moderationis matriculæ, quantum ad abbatiam Berchtesgaden & Ciuitatem Memmingenſem, viſitationis Cameralis, iura quædam ordinis Iohannitici circa peregrinos, acta reuiſionis actorum in cauſſa Monaſterienſi contra Erbmannos, acta introductionis ducis Marloborougii in Collegium Principale, acta, quæ renouationem Capitulationis



Digitized by Google

inter Heluetos Catholicos & Ducatum Mediolanenſem concernunt, ſcripta, quæ ſtatum militarem Germaniæ contra Gallos concernunt, acta banni Imperialis contra Bauariæ & Colonienſem Electorem, Inſtrumentum pacis inter Regem Suecorum & Auguſtum, acta electionis epiſcopalis Monaſterienſis, grauamina Euangelicorum in Palatinatu. *Tomus duodecimus 1708. 8.* comprehendit grauamina religionis Sileſiorum & Naſſouiorum, acta iurisdictionem iudicii aulici concernentia, acta controuerſum dominium directum in Comitatum Rittberg concernentia, controuerſiæ inter Regem Boruſſiæ & domus Naſſouicas de Comitatu Mœurs, ſcripta varia, quæ ſtatum militarem Germaniæ concernunt, grauamina diuerſorum Statuum contra Regem Auguſtum ob milites ipſorum territoriis immiſſos, acta controuerſiæ Monaſterienſis cum Erbmannis, acta diuerſorum Principum nouorum introductionem in Collegium Principum concernentia. *Tomus decimus tertius 1709. 8.* comprehendit præter grauamina religionis, acta controuerſiæ nobilitatis immediatæ cum Statibus ratione Superioritatis, controuerſiæ inter Landgrauium Haſſiæ & incolas vallis Busſeck, controuerſiæ Monaſterienſis cum Erbmannis, admiſſionis Bohemicæ & intrl-



Digitized by Google

troductionis Hanoueranæ in Collegium Electorale, acta infeudationem Palatini Electoris de Palatinatu ſuperiori concernentia, ſcripta, quæ quatuor noua vota ab Auguſto petita concernunt, iura domus Mecklenburgicæ in Landgrauiatum Leuchtenburgenſem, acta controuerſiæ inter Comitem de Lippa & moniales Lemgouienſes, acta electionis nouæ Abbatiſſæ Quedlinburgenſis, acta Catholicam religionem Hiſpanicæ reginæ, eiusdemque matrimonium concernentia, iura inter papam Clementem XI, & Ioſephum Imperatorem controuerſa, acta monetaria, acta de iure Præcedentiæ Electoris Hanouerani in Circulo Saxonico inferiori, diplomata dignitatem Comitis Imperii Comiti Wartenbergico conferentia, demum acta religionis Sileſiaca. *Tomus decimus quartus* prodiit *1710. 8.* Tomus decimus quintus, *1710. 8.* Tomus decimus ſextus, *1711. 8.* Tomus decimus ſeptimus, *1711. 8.* Tomus decimus octauus, *1712. 8.* Tomus decimus nonus, *1713. 8.* Tomus vigeſimus, *1713. 8.* Tomus vigeſimus primus, *1713. 8.* Tomus vigeſimus ſecundus, *1714. 8.* In priores duodecim Tomos prodiit Index Generalis *1713. 8.* Idem nunc Nobilisſimus Autor nouum Opus prelo ſubmiſit, quod ſub titulo: *Des Heiligen Rœmiſchen Reichs Staats Acta*


Digitized by Google

publica, welche nicht allein bey annoch wehrendem Reichs-Tag, durch eingerichtete Staats-Schrifften, und nach dem Reichs-Stylo verfertigten Memorialien, ſammt denen darauf erfolgten Reichs-Gutachten, und der Ræmiſ. Kayſerlichen Majeſtæt Approbations- und Commiſſions-Decretis, ſondern auch was in Eccleſiaſticis und andern Staats-Kriegs-Juſtiz-Policey-Commercien-Münz und Poſt-Weſens halber in dieſem neu-angetretenen Seculo de anno 1701 und ſodann von Jahren zu Jahren paſſirt, und in das Ræmiſche Reich ausgefertiget worden. Inſonderheit was vor Acta ſo wohl in denen Chur-Pfælziſchen Landen, wegen vorgenommener Verænderung in dem Religions-Weſen, als auch bey der Stadt Worms mit der Biſchœfflichen Regierung daſelbſt fürfallenden Proceſſions- und Jurisdictions-Differentien, ferner in der Spaniſchen Succeſſions-Sache des Erz-Hauſes Oeſterreich contra Franckreich, ingleichen in der Neunten Chur-Sache, mit dem Hoch-Fürſtlichen Hauſe Hannover, dann, was ratione des Churfürſtens zu Brandenburg, der Crœnung halber, als Kœnig in Preuſſen, wie auch verſchiedener Reichs-Creyſe Aſſociation- und Allianzen, und was im übrigen in denen Bæyriſchen, Schwæbiſchen und Ober-Rheiniſchen Creys-Conuenten, auch ſonſten an curiœſen Materien expedirt und abgehan-

delt

Digitized by Google

*delt worden. Alles zu Beſœrderung der Reichs - Staats - Hiſtorie in gute Ordnung gebracht, mit dienlichen Summarien und einem Elencho der Materien verfaſſet, von Caſſandino Thucelio.* Quilibet ſtatim videbit, vſum egregium habere hanc collectionem, quibus ipſa acta publica, quæ ad recentiora negotia Europæ faciunt, continentur. Dolendum tamen, imperfectum adhuc opus eſſe, omiſſa enim diuerſa ſcripta, quæ ſe inuicem referunt; vt ideo iura ſæpe vtriusque partis non ſatis poſſint diiudicari. FRIDERICVS WILHELMVS WINTERFELD edidit *Teutſche und Cæremonial-Politic*, cuius tres tomi prodierunt *Francofurti 1700. 8*. Hac præter generalia politica, diuerſos ritus atque cæremonias in legatorum miſſione, inaugurationibus, ex actis publicis atque monumentis variis firmata. Haut ita pridem edi cœperunt *Electa Iuris Publici, oder die vornehmſten Staats-Affaires von Europa, beſonders aber von Teutſch-Land in einem Auszug vorgeſtellet 1709. 8.* cuius iam quinque Tomi prodierunt. Recentiſſima acta publica & Comitialia continent, eademque ſæpe ſingularia, nullo tamen ſeruato ordine, vbi vero Deductiones & Scripta maiora obuenerint excerpta ſaltim tradunt. Singulis ſcriptis etiam breuis hiſtoria præmittitur,


Digitized by Google

ad illuſtrandam, de qua agitur, controuerſiam, nexumque ex ſuperioribus Tomis demonſtrandum, perutilis.

§. IX.

*Scriptores qui Acta publica Anglicani regni collegerunt.*

Neque tamen reticendi ſunt etiam illi Scriptores, qui Acta Publica diuerſorum Europæ Statuum collegerunt. Ad Publicum Angliæ Statum facit egregium Opus THOMÆ RYMERI quod comprehendit *Fœdera, Conuentiones, Literas & cuiuscunque generis Acta Publica inter Reges Angliæ & alios quosuis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, vel communitates ab ineunte ſeculo duodecimo, videlicet ab anno 1101. ad noſtra vsque tempora habita, aut tractata; ex autographis infra ſecretiores archiuorum regionum theſaurarias per multa ſecula reconditis, fideliter expreſſa.* Excitatus Leibnitiano labore Rymerus opus iam plures ante annos adgreſſus fuit, cum eiusdem iam Leibnitius in præfatione Mantiſſæ ſuæ faciat mentionem. Regio iuſſu ſumtibusque hoc opus prodiit, ad quod regiorum archiuorum patuerunt theſauri. *Tomus primus* equidem prodiit *Londini 1704. f.* in quo ab Henrico I & ſeculo XII facit initium, finitque in anno primo Eduardi I 1272. Huic reliquisque ſingulis index lemmatum chronologicus fuit præ-



Digitized by Google

miſſus, nominum propriorum vero ſubiunctus. *Tomus ſecundus, Londini 1705. f.* acta ab anno 1272 ad 1307 deſignat. *Tomus Tertius, Londini 1706. f.* & *quartus Londini 1707. f.* acta Eduardi II. complectuntur. *Tomus quintus & ſextus, Londini 1708. f.* res ſub Eduardo III geſtas ab anno 1340 ad 1366 comprehendunt. *Tomus ſeptimus & octauus, Londini 1709. f.* ad finem vitæ Eduardi III regimen Richardi II & initium Henrici V facit. *Tomus nonus, Londini 1709. f.* continet acta ad hiſtoriam Henrici V. ab anno 1416 ad 1420 pertinentia. *Tomus decimus Londini 1710. f.* ſpatium viginti & vnius anni ab 1420 ad 1441 vsque complectitur. Inſecutus demum eſt *Tomus vndecimus.* Quid poſt Rymeri mortem ſit expectandum, dies docebit. Opus eſt ſane magni laboris, magnæ æque vtilitatis, multa tamen æque inſerta fuerunt proletaria.

§. X.

*Petri Saxii Pontificium Arelatenſe.*

Inter illos qui ad Galliæ hiſtoriam faciunt collectores, primo loco memorandum PETRI SAXII *Pontificium Arelatenſe.* Rariſſimum admodum librum eſſe, Petrus Gaſſendus nos docet libro quarto vitæ Peireſcii dum ait: *vt mentem diuerteret, tandem legit per id tempus Peireſcius, quod tum*

*e pre-*

Digitized by Google

*e prelo primum prodibat, Arelatenſe pontificium, auctore Petro Saxio, eius Eccleſiæ Canonico. Plurimum vero fuit indignatus, quod illo ſtudio, neſcio quid adfectaſſet eleuare Principum noſtrorum (Comitum ſcil. Prouinciæ & Regum Galliæ) iura & non modo, non repoſuiſſet, quæ opponi poterant, ſed interdum etiam tentaſſet præter fas illa eneruare. Quamobrem non interquieuit, donec placito Curiæ euulgatio libri habita fuit.* Primus ni fallor huius apud Germanos mentionem fecit Chriſtianus Matthias Kneſebeck in prodromo iuris Publici vniuerſalis, dum ita loquitur: *quæſiui aliquando ex Morhoſio, hiſtoriæ litterariæ Scientiſſimo, aliisque an vnquam legiſſent P. Saxii Pontificium Arelatenſe, ſed librum illum ſe vidiſſe negarunt omnes. Quare mihi gratulor, vehementerque lætor, quod auctor iſte ad manus meas peruenit; qui cum iam carceres morderet, publico Decreto in Gallia prohibitus Manuſcripti rariſſimi ad inſtar merito haberi debet.* Neque tamen poſt fatalem Kneſebeckii mortem compertum fuit, quorſum hoc Saxii pontificium fuerit delatum. Ita etiam in ſcriptis inter IOANNEM IACOBVM CHIFLETIVM & DAVIDEM BLONDELLVM controuerſis multa diplomata ad Hiſtoriam Gallicam facientia videmus inſerta.

§. X.

## §. X.

Alii fuerunt, qui vel ſcriptis hiſtoricis, vel ſeparata opera, acta publica Gallicani regni colligerent. Huc referendi potiſſimum Collectores Analectorum veteris æui IOANNES MABILLONVS, LVCAS DACHERIVS, STEPHANVS BALVTZIVS, aliique, de quibus inter Scriptores hiſtoricos diximus, & Collectores Capitularium. Vnicum ſaltim addimus ex Kneſebeckii diſcurſu de ſtudio iuris publici vniuerſali lit. B. dum ait: *Antonius Schonhouius miſit aliquando ad Cornelium Gualterum magnum volumen Legum Francicarum Caroli Magni, quod inſigne vetuſtatis monumentum vocat in diſſertatione de origine Francorum, quæ extat in veteris æui analectis, ſ. veteribus antiquis monumentis ab Antonio Matthæo collectis & cdidis a 1698. Lugd. Batau. Quid poſtea collectioni huic factum ſit, neſcio. Multa etiam Caroli M. diplomata rara & nunquam publicata hodie latitant in monaſterio Caſinenſi, quæ tamen propter ſingulares cauſas a monachis, tanquam aurum a Gryphis cuſtodiuntur ac premuntur.* Inter illos primo loco memorandus erit IOANNES TILIVS vulgo TILLET. Huius enim Tomo ſecundo Collectionis de Regibus Galliæ,

*Collectores Actorum Publicorum regni Gallicani.*

ſ. *Recueil des Royes de France*, qui *Pariſiis 1586. f.* prodiit, acceſſerunt diuerſæ pacificationes, induciæ, & fœdera inter Reges Galliæ atque Angliæ inita. Miniſterio quoque Cardinalis Mazarini ſubnexa eſt farrago Pactorum, Transactionum & Confœderationum inter Galliam & Principes exteros ictarum. Sic etiam DIONYSIVS GOTHOFREDVS nouæ ſuæ editioni Hiſtoriæ Philippi Cominæi, quæ *Hagæ Comitum* prodiit *1682. 8.* adiecit *diuers traittés, contracts, teſtamens & autres actes & obſeruations, ſeruans de preuves & illuſtrations aux Memoires de Philippe de Comines.* Acta ſunt publica, quæ hiſtoriam Galliæ ſub Ludouici XI. potiſſimum & Caroli VIII. temporibus concernunt, a medio ſeculi decimi quinti vsque ad eiusdem finem. Inde prodiit *Recueil des traittés de Paix, Trêues & Neutralité entre les Couronnes d'Eſpagne & de France à Anvers 1645. 12.* Succeſſit *Recueil des Traités de Confœderation & d'Alliance entre la Couronne de France, & les Etats & Princes Etrangers, depuis l'an. 1621. iusques à preſent, avec quelques autres piéces apartenantes à l'hiſtorie, à Amſterdam 1672. 12.* Demum FRIDERICVS LEONARDVS, Typographus Regius, edidit *Recueil des traités de Paix, de Trêve, de Neutralité, de*

*Con-*

Digitized by Google

*Confederation, d' Alliance, & de Commerce, faits par les Rois de France, avec tous les Princes & Potentats de l' Europe & autres, depuis pres de trois ſiecles, en ſix tomes, aſſemblé, mis en ordre & imprimé par* FREDERIC LEONARD, *premier Imprimeur du Roy, & de Monſeigneur le Dauphin, à Paris 1693.* VI. Tomis. Incipit a famoſo illo tractatu Atrebatenſi anno 1435. inter Carolum VII. Gallorum Regem & Philippum Bonum Burgundiæ Ducem concluſo, qui fere fundamentum præbet omnium tractatuum ſubſequentium & ordine chronologico, licet non vbique rite obſeruato, progreditur ad alios etiam cum Principibus Germaniæ concluſos. Acceſſerunt AMELOT de la HOVSSAYE *obſeruationes hiſtoricæ & politicæ* atque Decreta reunionum Cameræ Metenſis & Veſontinæ.

## Th. XI.

*Collectores Actorum publicorum Belgii Fœderati.*

Inter illos, qui Acta publica Belgii collegerunt, alii ad Fœderatum faciunt, alii ad Hiſpanicum. Inter illos primo loco nominandus erit LEO ab AITZEMA Ciuitatum Hanſeaticarum Reſidens, Hagæ Comitum, qui muneris, quod gerebat, ratione, quidquid erat actorum publicorum, colligere neceſſum habebat, vt ea Domi-

nis

nis ſuis mitteret. Primum, quod edidit *Hiſtoria Pacis eſt a Fœderatis Belgis ab anno 1621. ad hoc vsque tempus tractata, Lugduni Batauorum 1654. 4.* Hac potiſſimum continentur publica Belgarum acta, quæ finitis induciis cum Hiſpanis, ratione Pacis vsque ad pacem Weſtphalicam, fœdera cum Anglis, Danis aliisque concluſa. Immo ipſa rerum Hiſtoria memoratur, quæ inter hæc acta connexionem monſtrat, inde prodiit eiusdem ſcriptum, hoc titulo *t' Herſtelte Leeuw*, Leo reſtitutus, *Lugduni Bat. 1654. 4.* quo hiſtoriam rerum anno 1650. & 1651. in Belgio fœderato geſtarum exponit. Hunc inſecutum eſt vaſtum opus, quod titulum fert: *Hiſtorie of verhael van ſaken van Staet en Orlogh, in ende omtrent de Vereenigde Nederlanden &c. door den Heer Lieuwe van Aitzema.* Hoc Opus primum ſedecim Tomis in quarto prodiit, qui ab anno 1657. ad 1671. fuerunt editi, & comprehendunt Tractatus Pacis, Inſtructiones legatorum, horum ſcripta publice exhibita, reſponſa Regum & Rerumpublicarum & quæuis alia acta publica partim Belgico, partim etiam alio ſermone. *Primus Tomus* incipit a fine Induciarum & anno 1621. definit cum anno 1625. vltimus comprehendit hiſtoriam anni 1668. Altera editio ſeptem voluminibus in folio prodiit.

prodiit. Priores *quatuor* Tomi prodierunt anno *1669.* & quidem *primus* acta continet ab anno 1621. ad 1632. *ſecundus*, ad 1644. vsque, *tertius* ad annum 1656. *quartus*, ad annum 1663. *quintus*, qui prodiit 1670. ad annum 1666. *ſextus*, qui prodiit 1672. ad annum 1669. *Septimus* demum continet tabulam generalem omnium eorum, quæ in ſex prioribus Tomis continebantur, Hiſtoriam pacis ante dictam & Leonem reſtitutum. Iniquum quidem cenſorem agit Wicquefortius de l' Ambaſſadeur Tomo I. p. 172. qui præter acta quæ his Tomis continentur, reliqua quæ Aitzema connexionis gratia de ſuo addiderat, reprehendit, & ſtylum eiusdem tanquam barbarum taxat, vtiliſſimum nihilominus eſt Opus, atque ob hæc ipſa acta, quæ potiſſimam omnino partem faciunt, adprime commendandum. Subſecuta demum Hiſtoria noſtrorum temporum, *Hiſtorien onſes Tyds, beheltende Saken van Staat en Oorlogh*, cuius *primus Tomus* prodiit *Amſtelodami 1685. f.* atque complectitur res geſtas ab anno 1668. ad 1679. *Altero*, qui anno 1688. editus eſt, deſcribuntur hiſtoriæ anno 1678. vsque ad 1687. Continuatio eſt operis Leonis, ita tamen vt Hiſtoria potiorem partem faciat, cui inſeruntur acta publica, quæ ad eandem



Digitized by Google

illuſtrandam faciunt. Pleniorem de Aitzema notitiam præbet Bayle Dictionario & Recueil des Traittés de paix in præmiſſa diſſertatione de Scriptoribus.

§. XII.

*Collectores actorum publicorum Belgii Fœderati.*

Præter Leonem ab Aitzema diuerſa acta publica Hiſtoriæ ſuæ belli Belgici addidit PETRVS BOR. Hic enim edidit *Oorſpronck, begin, en vervolg des Nederlandſche Oorloghen, a Amſterdam 1679. f.* Sic etiam EMANVEL METERANVS hiſtoriæ ſuæ belli Belgici, quæ primum belgice prodiit, poſt in Germanicum & Gallicum ſermonem fuit translata atque ſæpius edita, diuerſa acta inſeruit. Alia acta publica Belgii ſub hoc titulo generali fuerunt conſarcinata. *Recueil van de Tractaten gemaeckt ende geſloſſen twiſſchen de Hoog Mog. Heeren Staten Generael der vereenigde Nederlanden ter eenre ende verſcheyde Konigen, Princen, ende Potentaten, ter andere Syte. In s' Gravenhage.* Vltimo demum huc faciunt *Decreta Statuum Hollandiæ Friſiæque Occidentalis notatu digniora a die II. Auguſti* CIↃ IↃC *LIII. cum Ioannes de Witt Status Penſionarii ſpartam ornare cœperit vsque ad diem XIX. Decembris* CIↃ IↃC *LXVIII. Traiecti ad Rhenum 1706. 4.* Belgico idiomate edita, quibus ſane mul-

ne multa, eademque inſigniora acta, quæ ad Statum Belgii publicum faciunt, continentur.

## §. XIII.

*Collectores actorum publicorum Belgii Fœderati.*

Nec deſunt, qui acta publica Belgii fœderati colligerunt. Inter hos primas ſine dubio fert AVBERTVS MIRÆVS. Hic enim edidit *Codicem Donationum Piarum, in quo Teſtamenta, Codicilli, Litteræ Fundationum, Donationum, Immunitatum, Priuilegiorum & aliæ piæ liberalitatis monumenta, a pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus ac Comitibus, in fauorem eccleſiarum, præſertim Belgicarum, edita continentur, Bruxellis 1624. 4.* Subſecuti ſunt *Diplomatum Belgicorum libri duo, in quibus litteræ fundationum & donationum piarum, teſtamenta, Codicilli, Contractus antenuptiales, fœdera principum & alia cum ſacræ tum politicæ antiquitatis monumenta, ad Germaniam inferiorem, vicinasque prouincias ſpectantia continentur, Bruxellis 1628. 4.* Inde prodierunt *Donationum Belgicarum libri duo, in quibus eccleſiarum & Principatuum Belgii origines, incrementa, mutationes, & alia cum ſacræ tum politicæ antiquitatis monumenta, ex ipſis tabularum publicarum fontibus hauſta proponuntur, notisque illuſtrantur, Bruxellis 1629. 4.* Inde de-



Digitized by Google

mum prodiit *Eiusdem notitia eccleſiarum Belgii, in qua tabulis donationum piarum longa annorum ſerie digeſtis, ſacra & politica Germaniæ inferioris vicinarumque prouinciarum hiſtoria, exploſis fabulis, recenſetur, Antwerpiæ 1630. 4.* His igitur egregia monumenta ab induſtrio hoc collectore videmus conſarcinata. Subſecutus eſt CHRISTOPHORVS PVTKENS qui edidit *trophées tant ſacrés que profanes de la Duchè de Brabant, contenant l' origine, ſucceſſion, & deſcendance des Ducs & Princes de cette Maiſon, avec leurs actions plus ſignalées. Enſemble les Genealogies de plusieurs Ducs, Princes, Comtes, Barons, Seigneurs & Nobles, leurs Vaſſals & ſubiects, avec les preuves ſeruantes à entiere iuſtification, à Anvers 1625. f.*

## §. XIV.

*Collectores actorum publicorum ad hiſtoriam pontificum, Sabaudiæ & Lotharingiæ.*

Pontificum Romanorum diplomata hinc inde latent. Varia *Pontificum diplomata* CHRISTOPHORVS GEWOLDVS publicauit *Monachii 1611. 4.* Idem in recentiori editione *Metropolis Salisburgenſis, Monachii 1620. f.* diuerſorum Pontificum Diplomata congeſſit. Speciales quasdam pontificum epiſtolas & diplomata a priuatis quibusdam collecta memorat Kneſebeckius diſcurſu de ſtudio iuris publici vniuerſa-

uerſalis lit. B. Sabaudiæ acta collegit SAMVEL GVICHENON. Edidit ille *Hiſtoire Genealogique de la Royale Maiſon de Savoye, à Lyon 1660. f.* VI. libris, quorum ſextus comprehendit acta publica, quæ vniuerſam Sabaudiæ hiſtoriam illuſtrant, iſtaque ex archiuis Sabaudicis, Burgundicis, aliisque depromta. Certe, egregius labor eſt, qui hiſtoriam non Sabaudicam ſolum, ſed etiam connexam ſatis poteris illuſtrare, cum vel mille diplomata contineat. Immo integrum opus Guichenonii ob accuratam deductionem non ſolum, ſed etiam inſerta antiquitatis monumenta egregium eſt. FRANCISCVS de ROSIERES *Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum* edidit Tomos ſeptem *Pariſiis 1580. f.* quibus præmiſit exemplaria Diplomatum Cæſarum, Regum & Principum, quibus vſus fuit. Plenius de hoc opere actum fuit in Bibliotheca antiqua menſe Ianuario 1705. p. 11.

§. XV.

Præter hos actorum collectores laudem habent præcipuam Hiſtorici, cui partim ſua ex actis & documentis publicis hauſerunt, quod & ipſum fidem ſatis dignam habet. Partim etiam ſcripta ſua documentis illuſtrarunt. Inter hos referendi ſunt

*Scriptores hiſtorici, qui ſcripta ſua Diplomatibus illuſtrant.*



Digitized by Google

ſunt SIMON SCHARDIVS, IOANNES PISTORIVS, HENRICVS CANISIVS, IVSTVS REVBERVS, CHRISTIANVS VRSTISIVS, MARQVARDVS FREHERVS, MELCHIOR GOLDASTVS, ERPOLDVS LINDENBROGIVS, HENRICVS MEIBOMIVS, IO. SCHILTERVS, GODOFREDVS GVILIEMVS LEIBNITIVS, IOANNES MICHAEL HAYNECCIVS & IO. GEORGIVS LEVKFELDIVS, qui vel diplomatum fide ſcripſerunt, vel iſtis ſcripta ſua illuſtrarunt. Sic etiam PETRVS LAMBECIVS in *rerum Germanicarum Syntagmate*, quod molitus eſt, multa diplomata ſe publicaturum Catalogo librorum a ſe compoſito promiſit. Similem laborem promiſit Eiusdem ſucceſſor DANIEL NESSELIVS, cui tamen ipſe quoque fuit immortuus. Vt taceam alios qui ſcriptores diuerſorum regnorum collegerunt. Inſignem laudem promeruit IO. HENRICVS BOECLERVS, qui, dum edere vellet Aeneæ Syluii Hiſtoriam, omnia collegit, quæ reperire potuit diplomata, ſigilla aliaque monumenta, quibus illuſtraretur hiſtoria Friderici III. Licet autem Bœclerus labori immortuus, curam tamen ſuſcepit IO. GEORGIVS KVLPISIVS, qui idem opus demum *Argentorati 1685. f.* in lucem protulit, cui

demum

Digitized by Google

demum nouus titulus cum præfatione Io. Schilteri fuit præmiſſus, *Argentorati 1702. fol.* Egregium eſt CHRISTOPHORI LEHMANNI *Chronicon Spirenſe*, cuius primum editio prodiit *Francofurti 1612. f.* recuſa *1662. 4.* Recentiſſima a Io. Michaele Fuchſio fuit continuata, quæ prodiit *Francofurti 1698. f.* Hoc Chronicon plus in Receſſu habet, quam in fronte promittit. Continentur enim in eodem fontes iuris publici & origo variorum rituum ex hiſtoriis petita, ipſe etiam Status Germanicus, prout per tempora fuit immutatus, vsque ad Maximiliani I. tempora, quem vlterius quidem pertexere voluit Lehmannus, ſed morte fuit præuentus. Licet autem ſæpe proponat genuina iuris publici fundamenta in Francicis rebus & Germanicis, eademque ex ſcriptoribus antiquioribus confirmet, errat tamen nonnunquam in iisdem, accuratior eſt in hiſtoria recentiori, quam ex diuerſis ſumſit tabulariis. Adiecta recentiſſimæ editioni continuatio tanti momenti non eſt. Addimus IOANNIS PHILIPPI DATTII *volumen rerum Germanicarum nouum, ſiue de pace imperii publica libros V*, *Vlmæ 1698. fol.* Scriptum ſingulis iuris publici cultoribus adprime eſt commendandum, in quo non ſolum hiſtoria & antiquitatis pacis



Digitized by Google

publicæ, ſed etiam ipſam conſtitutionem, & quæ inde profluunt iura, ex hiſtoriis & monumentis publicis, quæ ex archiuis deſumſit, accurate deduxit. Præcipue vero Statum Germaniæ noſtræ, quatenus ab Henricorum temporibus degenerauit ex veris hiſtoriarum & iuris publici fontibus accuratiſſime videmus expreſſum: hiſtoriam pacis publicæ, fœderis Sueuici, nobilitatis immediatæ, atque alia iuſtiſſime expoſita, vt haut male iudicemus, ſi hoc opere fundamenta iuris publici Germanici contineri dicamus.

## §. XVII.

*Commentatores in A. B.*

Sequuntur hos commentatores in Auream Bullam. Facit ad eius nomen & hiſtoriam egregie HENRICVS GüNTHERVS THVLEMARIVS, in tractatu ſuo *de bulla aurea, argentea, plumbea & cerea, Heidelbergæ* edito, *1682. 4.* in quo non ſolum ipſum textum ex autographo Francofurtenſi accurate exhibet, ſed etiam plura bullarum imperatoriarum exempla adducit. IACOBI BRVNNEMANNI diſſertatio extat *de A. B. mutatione, Halæ 1700. 4.* Inter Commentatores primus eſt GERLACVS BVXTORFIVS, qui ad priora XVII. capita commentatus fuit, atque ſeparatim extat *Baſileæ 1613. 4.* editus,

alias

Digitized by Google

alias quoque in nucleo Gieſſenſi, ſed nimius eſt in adlegatis, raro neceſſariis. Integram bullam auream commentario illuſtrauit DOMINICVS ARVMÆVS in *diſcurſu* ſuo *academico, Ienæ 1660. 4.* MARTINVS RVMELINVS hunc excipiebat, in quem additiones dedit IOANNES IACOBVS SPEIDELIVS atque NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH, *Stutgardiæ 1655. 4.* qui tamen ſæpius diuagatur. Commentatus in eandem IOANNES VOLCKMARVS BECHMANNVS *per diſputationes exotericas, Ienæ 1670. 4.* editas. Breuiores ſunt IACOBI ANDREÆ CRVSII notæ, *Mindæ 1698. 4.* & GEORGII THEODORI DIETRICHI, *Francofurti 1658. 4. Epitomen bullæ aureæ methodicam* per tabulas dedit IOANNES OTTO TABOR, *Ienæ 1691. 4.* Præcellit ſingulis IOANNIS LIMNÆI *commentarius, Argentorati 1666. 4.* editus, atque ad ſingulos paragraphos directus, multa tamen ſæpe ſine iudicio inſeruit, NICOLAI CHRISTOPHORI, L. B. de LYNCKER *Series Aureæ Bullæ Carolinæ cum introductione præmiſſa & obſeruationibus Tabulæ ſubiectis*, prodiit *Ienæ 1711. 4.* Sub prælo iam ſudat IO. PETRI LVDEWIGS *Commentarius in A. B.* vernaculo ſermone conſcriptus, in quo omnes controuerſias



Digitized by Google

circa Auream Bullam hactenus ex ipſis authenticis documentis proponet.

§. XVIII.

*Scriptores ad caput primum A. B.*

Ad certa tantum capita A. B. commentati fuerunt alii. Ad primum quidem extat IOANNIS HENRICI BOECLERI *conductor Carolinus*, *Argentorati 1663. 4.* editus, in quo de ſecuritate publica agit, quæ electoribus ad electionem commeantibus præſtanda. Facit huc etiam IOAN. GEORGIVS BECHT de *ſecuritate publica* & THOMAS MAVLIVS de *iure conducendi*, de quibus infra.

§. XIX.

*Scriptores de iure primogenituræ ad cap. XII, A. B.*

Maxima apud Germanos controuerſia fuit de iure primogenituræ. MARQVARDVS FREHERVS de *ſucceſſione principum in primogenitis* ſcripſit *Heidelbergæ 1614. 4.* quo facit ad Caput XII de ſucceſſione principum electorum & qui ad idem commentatus eſt ARNOLDVS ENGELBRECHT, *Halæ 1614. 4.* in quo tractatu iura domus Altenburgicæ in controuerſia de prærogatiua in electoratu & præcedentia defendit. Huic vero ſe oppoſuit a parte Vinarienſium MELCHIOR GOLDASTVS *libris III de Maioratu*, *Francofurti 1615. 4.* in quibus prærogatiuam Senioris in fami-

familiis regiis, electoralibus & illuſtribus ex moribus primorum temporum & hiſtoriis demonſtrat & mentem bullæ aureæ declarat. Acceſſit diſcurſus de *iure repræſentationis in primogenitura Imperii Germanici*, cui acceſſerunt MATTHÆI WACKERI a WACKENFELS *vota aulica pro* parte Vinarienſi, cui a parte Altenburgenſi reſpondet IO. RVDOLPHI HEGENMVLLERI vota, *Francofurti 1620.* edita. Præcipuum ſcriptum eſt, quod ſub titulo: *wahrhaffter und eigentlicher Bericht, was in nechſt abgewichenen Iahren in dem von Altenburgiſcher Seiten erlangten Præcedenz- und Primogenitur - Streit vorgelauffen, 1613.* Auctorem Goldaſtus lib. IV. de R. Bohemicæ cap. VI. §. 23. in notis facit FRIDERICVM HORTLEDERVM, atque aliud a Limnæo adlegatum *Abtheilung der Grund-Feſte Sachſiſcher Weimariſcher Præcedenz.* Tota res eo redit, in præcedentia an proximitas gradus, an vero ſenioratus ſeu primogenituræ prærogatiua ſit attendenda. Vti argumenta, quæ ab vtraque parte proponuntur, in ſummam coegit Iacobus Andreas Cruſius de iure præcedentiæ libr IV, cap. IX. Licet in iſta controuerſia cauſſa præcedentiæ & iura ſucceſſionis in Electoratum, quæ tamen nexum inter ſe non habent, fuerint confuſa. Vinarienſem alias caus-

Digitized by Google

cauſſam defenderunt Ioannes Limnæus, Joannes Zeſchlinus, Vlricus Obrechtus & Andreas Knichen. Controuerſia iſta, mortuo duce Altenburgenſi per Receſſum inter domum Vinarienſem & Gothanam de anno 1672. pro iſto tempore fuit compoſita. Cum autem primogenituræ etiam ius in Principum ſucceſsionibus vel moribus, vel lege vel pactis obtineret, ad illas quoque Scriptores ſe accommodarunt. NICOLAVS BETSIVS enim ſcripſit tractatum nomico-politicum de *Statutis, pactis & conſuetudinibus familiarum illuſtrium & nobilium, illis præſertim, quæ ius Primogenituræ concernunt*, qui cum præfatione, ſummariis, notis & indice denuo prodiit, cura IOANN. SCHILTERI, *Argentorati 1699. 4.* In hoc tractatu præter Generalia agit de pactis adquirendæ hæreditatis inter adgnatos, pactis illuſtrium, & quod potiſſimum eſt, iure primogenituræ, cui ſubiungit materiam de diſpoſitione matris inter filios. Inſigne eſt Opus ad mores etiam Germaniæ directum, dolendum ſaltim, quod non exemplis fuerit illuſtratum. Quidnam proprie ſit ius primogenituræ, quomodo diuidatur, num naturali iuri conueniat, quomodo idem conſtituatur, quibus perſonis competat, in quibus rebus locum habeat, quis ſit modus ſuccedendi, quinam eius-

dem

Digitized by Google

dem ſint effectus, tractatur in diſputatione inaugurali de *Iure Primogenituræ* præſide IOHANNE MUHLBAUM, Reſpondente *Bernhard Schulze*, *Helmſtadii 1611.* propoſita. Laudandus inprimis hic labor, quod non tantum generalem huius materiæ doctrinam contineat, ſed & ſingulares caſus ex legibus Imperii tam vniuerſalibus quam prouincialibus deciſos exhibeat, plures quæſtiones haud inutiles, incidentes ſolide tamen ſoluat, adſcriptis vbique fontibus, vnde plura haurire licet. Aliam diſputationem inauguralem de *Iure Primogenituræ & Maioratus* ſub Præſidio IOANNIS PHILIPPI SLEVOGTII, anteceſſoris noſtri celeberrimi, *Ioh. Iuſtus Bœttiger, Ienæ 1694.* defendit. Recentior eſt GEORGII MELCHIORIS LVDOLPHI Tractatus nomico-politicus de *Introductione Iuris Primogenituræ*, *Ienæ 1703. 4.* Inſtitutum potisſimum eſt doctisſimo auctori, vt modos demonſtret, quibus introduci posſit ius Primogenituræ, ita tamen, vt priori tractatus parte generalia etiam huius iuris exponat. Opus ideo commendandum, quod ſingula per rationes ex iure naturæ & moribus Germaniæ deductis & per exempla fuerint confirmata. Introducto autem iure primogenituræ, reliqui dicuntur apanagiati. Egit de *apanagio* GEORGIVS HENRICVS

SPRINGS-

Digitized by Google

SPRINGSFELD, *Halæ 1663. 4.* & præcipue IOANNES SCHILTERVS, de *paragio & apanagio*, *Argentorati 1701. 4.* acceſſit de feudis iuris Francici diſſertatio, & IVSTI MEIERI de *rei feudalis vindicatione.* Præcipue vero de ſucceſſione lineali velitationes. Hæ inter Schilterum & Io. Wolfgangum Textorem fuerunt actæ, cum enim Schilterus in cauſſa ſucceſſionis in electoratu Palatino demonſtraſſet, ſucceſſionem linealem adgnaticam iure Longobardico ignorari, immo nec A. B. de eadem eſſe intelligendam, idque in fauorem Principis Veldentini, eidem ſe oppoſuit Textor, ex quo dictæ velitationes fuerunt ortæ. Cum vero Schilterus, quæ apud Gallos eſt, Paragii & apanagii diſtinctionem & Romani Germanici Imperii principatus & concitatus applicaret, eidem ſeſe oppoſuit IOAN. NICOLAVS HERTIVS in diſſertatione de *Commentitia Apanagii & Paragii diſtinctione, in Romani Germanici Imperii Principatibus profanis & Comitatibus*, quæ eſt *Diſſertat. III. Tom. II. Comment. & opuſc. 1713. Francofurti editorum in 4.* ſed pro doctrinæ Schilteri paratæ ſunt *Vindiciæ diſtinctionis inter paragia & apanagia*, diſſertationis inauguralis Clariſſ. Præſide CHRISTIANO THOMASIO a *M. Ephraim Gerhard, Halæ 1709. 4.* propoſitæ. Huius loci etiam eſt

IOH.

Digitized by Google

IOH. HENRICI LOMBARDI *Trutina trium quæſtionum controuerſarum,*

1. *An principes paragiati ſint ſtatus Imperii?*
2. *An commentum ſit diſtinctio inter paragium & apanagium?*
3. *An Comitatus inferior Cattinelibocenſis Sereniſſimis Principibus Haſſo-Rheinfelſenſibus in paragium vel apanagium datus ſit?*

*Francofurti & Lipſiæ 1710. 4.* Ipſe de hac materia egi, in *ſyntagmate Iurispublici Diſſertat. XXVII. th. X. ſeqq.*

## §. XX.

Alia, occaſione A. B. controuerſia agitata fuit inter Bauaros & Palatinos, quibus debeatur electoratus. Cœpit illa controuerſia anno 1616, cum Maximilianus Bauariæ dux per CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in libro de *ſeptemuiratu Imperii Germanici* theſin propugnari iuberet, electoratum Bauaris cum quibus communem ſtipitem habent Palatini, ratione ducatus Bauariæ, non ratione Comitiuæ Palatini ab antiquo fuiſſe debitum. Cum autem MARQVARDVS FREHERVS in tractatu ſuo de *legitima tutela curaque Electorali Palatina, Heidelbergæ 1611. 4.* edita, Electoratum Palatinis omnino adſeruiſ- *Controuerſia de electoratu Bauariæ.*

ſet,

ſet, oppoſuit eidem CHRISTOPHORVS GEWOLDVS *antitheſin ad Freheri aſſertionem de Palatino Electoratu, Monachii 1612. 4.* Contra hanc FREHERVS *epiſtolam reſponſoriam* ſcripſit de *Electoratu Sac. Romani Imperii, Comitiuæ Palatini Rheni antiquitus adnexo & cohærente, Heidelbergæ 1612. 4.* Recruduit controuerſia durante bello tricennali, poſtquam Palatini Electoratus in Bauaricam domum eſſet illatus. Bauari enim cauſſam ſuſcepit NICOLAVS BVRGVNDVS in *apologia de electoratu Bauarico, Ingolſtadti 1634. 4.* Contra quem prodiit *Electoratus Palatinus oppoſitus Nicolai Burgundi chimeræ electuræ Bauaricæ, Hagæ-Comitum 1642. 4.* Eandem pro Palatino ſententiam propugnat *Epiſtola de Iure Electorali gentis Palatino-Bauaræ 1637. 4.* Immo ipſa hac in cauſſa prodiit *Manifeſtum, ſeu deductio Caroli Ludouici ad Sacr. Cæſar. Maieſtatem, continens ius ſucceſſionis in Electoratu 1637. f.* quod etiam vernaculo extat ſermone, cuius auctor habetur GOTTFRIED MELLEN, cui quidem oppoſuit Bauariæ elector *Antimanifeſtum,* ſiue *eine gründliche Ableihnung und Widerlegung des Pfælziſchen Manifeſts;* ſed IO. IOACHIMVS RVSDORFIVS *vindicias* dedit *cauſſæ Palatinæ, ſeu adſertionem & deductiones iuris inuiolabilis ſucceſſionis Caroli Ludo-*

*Ludouici in electoratum & Comitatum Palatinum, Lugduni-Batauorum 1640. f.* a quibus ſimul feudorum Imperii ratio examinatur. Contra hasce vindicias ſcripſit IOANNES ADELSREITERVS *aſſertionem electoratus Bauarici pro Maximiliano, principe electore, duce Bauariæ &c. nec non tota Guilielmiana ſtirpe, Francofurti 1644. fol.* qui tamen cum Rusdorfii induſtriam non adæquet, multa etiam intermiſceat conuitia, reſponſum fuit per *euerſionem electoratus Bauarici*, Amſtelodami editam. Sopita quidem hæc controuerſia fuit per Inſtrumentum pacis, dum Palatino octauus electoratus cederetur, nihilominus iſta ſcripta ad res imperii & iura electoralia multum conducunt.

## §. XXI.

*Controuerſia de Vicariatu Palatino.*

Inter vtrosque controuerſia quoque de Vicariatu, an Bauaris competat, an vero Comitibus Palatinis, ratione Comitiuæ Palatii. Res iſta, dum adhuc in poſſeſſione & Vicariatus & Electoratus eſſent Palatini, iam in dubium vocabatur, ita, vt Electoris Palatini iuſſu ederetur *kurzer Bericht von des Heiligen Rœmiſchen Reichs, der Chur-Fürſtlichen Pfalz zuſtehenden Vicariat, Heidelberg 1614. 4.* in quo varia documenta ex archiuo Palatino inſeruntur. Cum autem



Digitized by Google

contra hoc ſcriptum ederetur *kurzes Gegen-Bedencken und Bericht von der Churfürſtlichen Pfælziſchen Vicariats-Gerechtigkeit 1614. 4.* in quo illud ius in dubium vocabatur Palatinis electoribus, horum iuſſu oppoſita eſt *Rettung des Churfürſtlichen Vicariats, Heidelberg 1615. 4.* in quo ſcripto iura Palatinatus adhuc magis videmus adſerta. Magis recruduit iſta controuerſia, translato in Bauaros electoratu, vbi diſputabatur, an Vicariatus ius competat ratione electoratus, an vero ratione Comitiuæ Palatini Rheni. Illud adſerente Bauaro, hoc Palatino. Hinc mortuo Ferdinando III, tam Bauarus quam Palatinus idem operare conati ſunt, quod probant ſcripta ab vtraque parte prodita, quorſum referenda, *Churfürſtl. Bayeriſches Notifications-Patent auf der Rœm. Keyſerlichen Maieſtæt Hœchſtſeelichſtes Ableiben Dero zuſtehenden Reichs-Vicariats 1637. 4.* Cauſſam Palatinam in hac controuerſia defenderunt varii. *Schediasma* quidem de *Vicariatu Palatino* ſub nomine GRATIANI PHILOECI ſcripſit IOANNES FREINSHEIMIVS *1658. 4.* licet Burgoldenſis Conringio adſcribat. Huic tamen Conringio aliud ſcriptum debetur, ſub titulo *Vicariatus Imperii Palatinus defenſus 1658. 4.* Germanico idiomate Palatini iura defenduntur in libro; cui titulus

titulus: *kurzer und ſummariſcher Bericht, daß das Vicariat in Landen des Rheins, Schwaben und Frænckiſchen Rechtens des Herrn Pfalz-Grafen und Vicarii Carl Ludwigen Churfürſtl. Durchl. zuſtehen und gebühren thut*, 1657. editum. Cui opponitur *Chur-Bayeriſcher Gegen-Bericht*. Secuta eſt *Ablaihnung des ohnlængſt von Chur-Bayeriſcher Seiten in Druck ausgeſprengten Gegen-Berichts &c. Heydelberg* 1657. 4. Quam anno ſequente excepit, *Fernere wohlgegründete Anzeigung wegen des Ihrer Chur-Fürſtl. Durchl. in Bayern zuſtehenden Reichs-Vicariats über ein unlængſt an Seiten Chur-Pfalz in Druck ausgeſprengte übel fundirte Ablaynungs-Schrifft, Franckfurt an Mayn*, 1658. 4. Huius refutationem prolixam continet *die wohlgegründete Abfertigung einer Chur-Bayeriſchen Theils ohnlængſt in Druck gegebenen alſo genannten Ferneren Anzeig wegen des am Rhein, Schwaben und Frænckiſchen Rechtens-Reichs-Vicariats, darinnen nachmahls klærlich und gründlich dargethan wird, daß ſolches Vicariat-Amt des Herrn Pfalz-Grafens Churfürſtl. Durchl. von Rechts wegen zuſtehen und gebühren thue, Heydelberg* 1658. 4. Gallico idiomate, tecto tamen nomine, EZECHIEL SPANHEMIVS ſcripſit *diſcours du Palatinat, & de la dignité electorale, contre les pre-*



Digitized by Google

*tenſions du Duc de Bauiere.* Scripta quoque aliqua de hac controuerſia congeſſit Londorpius Tomo VIII. lib. VIII. c. XLI. & ſeqq. Fundamenta vtrorumque expoſuit Burgoldenſis diſcurſ. ad inſtrument. II. pag. I. diſſertat. XXVI. Ioannes Theodorus Sprengerus libr. II. Inſtitut. I. Public. cap. XXX. & Limnæus obſeruat. V. ad A. B. cap. VII.

## §. XXII.

*Controuerſia de tutela electorali.*

Alia de tutela electorali in A. B. definita, orta fuit quæſtio, legitima an teſtamentaria valeat, cum Fridericus IV, elector, præterito proximo adgnato, Philippo Ludouico, Neoburgico, tutorem filiis Bipontinum dediſſet. A parte Neoburgicorum & tutelæ legitimæ prodiit *Compendioſa & breuis demonſtratio, quod adminiſtratio Electoratus Palatini Philippo Ludouico competat, Duſſeldorpi 1610. 4.* Extat etiam ipſius *Philippi Ludouici, Comitis Palatini refutatio eorum, quæ contra ius ſuum adferuntur, Duſſeldorpi 1611. 4.* & *beſtændige Ableinung des Heidelbergiſchen Berichts in Sach Fridrichs unzulæßiger Vormundſchafft 1611. 4.* Sic etiam GEORGIVS CLEMINIVS *pro iure & adminiſtratione tutelæ Electoralis Palatinatus* orationem ſcripſit *Lauingæ 1611. 4.* ſine nomine editam. Bipontini autem

caus-

cauſſam, ideoque & teſtamentariæ tutelæ geſſit DIONYSIVS GOTHOFREDVS *libris VI, de Tutelis Electoralibus teſtamentariis legitimas excludentibus, Heidelbergæ 1611. 4.* quibus non ſolum teſtamentum Friderici IV Electoris defendit, ſed etiam ſcriptis contra illud editis reſpondet. Idem egit MARQVARDVS FREHERVS in tractatu ſuo de *legitima tutela curaque Electorali Palatina, Heidelbergæ 1611. 4.* qua potisſimum demonſtrare voluit, textum A. B. dum demum locum habere, cum ſine vlla prouiſione mortuus fuerit Elector. Sed contra hoc mox prodiit, *de Tutela Electorali legitima, ſemper & ſoli agnato ſeniori, atque proximiori, nullo obſtante teſtamento, ex lege publica debita, liber vnus oppoſitus ſex Dionyſii Gothofredi libris & Marquardi Freheri Commentariis, contrarium aſſerentium.* Auctore IOHANNE ZESCHLINO, *Laubingæ 1613. 4.* Frehero exinde variæ controuerſiæ cum CHRISTOPHORO GEWOLDO. Scripta eorum contraria continentur in *Repræſentatione Reipublicæ Germanicæ, Noribergæ 1657. 4.* Deinde prodiit *Gründliche Widerlegung etlicher in offenen Druck ausgeſprengten Neuburgiſchen Schrifften ſammt ferneren Bericht und Ausführung, die Vormundſchafft und Adminiſtration in der Churfürſtlichen Pfalz betreffend 1611. 4*



Digitized by Google

& *kurze beſtændige Ableinung der iüngſt zu Düſſeldorf gedruckten fernern vermeinten Neuburgiſchen Information und Wiederlegung, die Adminiſtration in der Churfürſtlichen Pfalz betreffend, Heidelberg 1611. 4.* His autem ſe oppoſuit ZACHARIAS FRIEDENREICH in *ſynopſi controuerſiæ de tutela & adminiſtratione electorali Palatina, Coloniæ 1613. 4.* Huc etiam ſpectat quæſtio: an poſt annum decimum octauum impletum princeps Elector ipſe terras ſuas adminiſtrare poſſit, & natu minorum principum tutor legitimus fiat, an vero illius tutori, vi A. B. hæ ſint concedendæ? quæ mota fuit anno 1592 a Richardo comite palatino dum Fridericus IV mortuo Ioh. Caſimiro maiorennis factus ipſe adminiſtrationem muneris Electoralis atque terrarum ſuæ ditionis auſpicaretur, qua occaſione prodiit *kurzes Verzeichniß deßienigen, was der Durchlauchtige Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Reichard Pfalz-Grafe bey Rhein, Herzog in Beyern, den 18 Ianuarii 1592 und die nachfolgenden Tage bey dem auch Durchlauchtigſten Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Friedechen, Pfalz-Grafen bey Rhein, des Heiligen Ræmiſchen Reichs Erz-Truchſeſſen und Chur-Fürſten, Herzogen in Bayern, ob einer vermeinten Tutel und Curatel wegen, zu Heidelberg*

berg geſucht; daraus greiflich abzunehmen, daß S. F. G. Ihres Suchens und Fürnehmens ganz und gar unbefugt. Allen Chur-Fürſten und Standen des Heil. Rœm. Reichs, inſonderheit aber Churfürſtl. Pfalz Lehen-Leuten Angehœrigen und Unterthanen, zum Bericht aus den damaln gehaltenen Protocollis gezogen, Heidelberg 1592. 4. Contrarium aſſeritur in der kurtzen, wohlgegründeten und beſtændigen Widerlegung des Durchlauchtigſten Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Reicharden, Pfalz-Grafen bey Rhein, der Churfürſtlichen Pfalz Curatorn, und Adminiſtratorn, Herzog in Beyern &c. Auf den ohnlangſt zu Heidelberg in Druck ausgegangenen vermeinten Bericht und Gedanken: darinn klærlich dargethan wird, daß dem auch Durchlauchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Friederichen dem IIII, Pfalz-Grafen bey Rhein, des Heiligen Rœm. Reichs Erz-Truchſeſſen und Churfürſten, Herzog in Beyern, &c. Ihr. Churfürſtl. Gn. anererbten Land-Regierung, nach der Alter 18 Iahren, von Rechts wegen nicht gebüre, ſondern deren Adminiſtration, biß nach des Herrn Churfürſten 25 Iahren Hœchſtgedachter Herzog Reichards Pfalz-Grafen Fürſtl. Gnaden in Krafft legitimæ curatelæ überlaſſen werden ſoll: Tubingæ 1594. 4.

§. XXIII.

*Commentatores ad Receſſus Imperii.*

Commentatores in Receſſus Imperii proximi ſunt, inter quos primo loco venit IOAN. WERLHOFIVS, qui in *ſpecimine primo Iuris Germanorum enucleati*, quod *Helmſtadti 1705. 4.* prodiit, hiſtoriam Receſſuum exhibet. ANTONIVS GüNTHERVS FRITZIVS, *ius Cæſareum nouiſſimum*, ſeu *Commentarium Receſſuum Imperialium ab anno 1442 ad 1654, Gryphiswaldi* edidit *1656. 4.* quod exercitationibus XXIV conſtat. Sed, nec ſatisfaciunt omnibus, vti nec eiusdem *paratitla Receſſuum, Gryphiswaldi 1663. 4.* in quibus ad lectionem receſſuum conatur introducere. PETRI FLEISCMANNI *von Puntzelwitz* habemus *kurze Beſchreibung des zu Regenſpurg 1594 gehaltenen Reichs-Tages, Regenſpurg 1594. 4.* qua præter Ceremonias Comitiorum, ſingulæ perſonæ, quæ Comitiis adfuerunt, deſcribuntur. Ad Comitia, quæ anno 1613. menſe Auguſto Ratisbonæ fuerunt habita, facit *Hiſtoria des Reichs-Tags zu Regenſpurg 1613. 4.* cui etiam adnexa grauamina ſtatuum euangelicorum. Cum tamen contra proteſtationem Statuum euangelicorum, Receſſus horum Comitiorum formaretur, Status Euangelici ediderunt, *gründliche Relation*

*des-*

*desienigen, ſo bey iüngſt zu Regenſpurg vorgeweſenen Reichs-Tag von der Euangeliſchen correſpondirenden Chur-Fürſten und Stände Geſandten und Abgeordneten verhandelt worden, auch der Vrſachen, warum ſie des andern Theils vor ſich gemachten Abſchied nicht angenommen, ſondern darwider proteſtiret haben, 1614. f.* in quo ipſa acta Comitiorum ſumma fide videmus exhibita. MICHAEL LOFFENIVS edidit *Begriff etlicher durch die Proteſtirende auf den Reichs-Tag 1613 übergebener Fälle, in welchen ſie nicht geſtatten können, daß die maiora vota den Vorzug haben ſollen.* *Receſſus & Hiſtoriam Comitiorum anni 1652, 1653 & 1654 celebratorum* ex archiuo Vinarienſi illuſtrauit TOBIAS PFANNERVS, *Vinariæ 1694. 8.* IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR *XL diſſertationibus academicis Receſſum eundem de anno 1654* illuſtrauit, quæ prodierunt *Altdorfi 1699. 4.* atque ex editione locupletiori, *Heidelbergæ 1686. 4.* & multa continent ad controuerſias publicas & ciuiles decidendas vtilia. Bini commentarii in eundem receſſum haut ita pridem *Francofurti 1695. 4.* editi, quorum prior VLRICO OBRECHTO ab editore tribuitur, alter PAVLO GAMSIO, qui ad praxin potiſſimum & emendationem proceſſus Cameralis facit, qui vltimus ſeparatim alias



Digitized by Google

excuſus *1701. 4.* HENRICVS HAHNIVS ea tantum, quæ ad proceſſum forenſem in dicto Receſſu ſpectant, explicauit *Helmſtadti 1657. 4.* MELCHIOR GOLDASTVS collegit *Catholicon Rei monetariæ, Francofurti 1662. 4.* in quod collegit Leges Monarchicas generales de rebus nummariis in Germania latas & ſub certos titulos redactas. Acceſſerunt *collectanea monetaria* ex documentis Manuſcriptis PHILIPPI LVDOVICI AVTHÆI, quibus plerumque valor monetæ pro diuerſis annis deſignatur. Huic addimus *Extract aus allen Reichs-und Deputations-Abſchieden, was vom Iahr 1356. und alſo von Zeit der gülden nen Bull an bis 1596. wegen gemeinen Müntzweſens auf Reichstagen iſt geſchloſſen worden, Mayntz 1597. f.*

## §. XXIV.

*Scriptores qui ad hiſtoriam pacis generalem faciunt.*

Faciunt poſt hos, qui hiſtoriam pacis ſcripſerunt, vel in pacis inſtrumenta fuere commentati. ADOLPHVS BRACHELIVS & CHRISTIANVS ADOLPHVS THVLDENVS, *hiſtorias noſtri temporis* ediderunt ab anno 1618. ad 1660. atque varios pacis tractatus addiderunt. Sic etiam Diario Europæo, de quo ſupra iam dictum fuit, varios pacis tractatus videmus additos. In ſpecie hic nominanda *ſuccin-*



Digitized by Google

*cta narratio omnium eorum, quæ ab vltimis comitiis ſeptemuiralibus & eligendo Romanorum Regi Ratisbonæ habitis in pacis cum corona Sueciæ negotio, vsque ad exitum anni 1637 ſunt geſta. Ex actis collecta & edita, vt cuiuis liqueat, ab vtra parte retardatorum hactenus pacis tractatuum culpa hæſerit. E germanico Idiomate Latina, 1637. 4. Theatrum Pacis*, quod *Noribergæ* prodiit *1660. 4.* omnes pacis tractatus, qui ab anno 1647. ad 1661. fuere concluſi, exhibet. Acceſſit alter Tomus *Noribergæ 1684. 4.* Debetur hæc collectio CHRISTOPHORO PELLERO, & quidem Tomus prior XVI. Tractatus latino, germanico, Belgico & Gallico ſermone exhibet, quorum primus eſt Monaſterienſis, vltimus Oliuenſis. Poſterior LIX Tractatus complectitur, quorum primus eſt Pleiſſemundanus Sueco-Ruſſicus, poſtremus Gallo-Genuenſis. Prodiit poſt hæc *Pacis & paciſcentium, leges Imperii fundamentales & inprimis inſtrumenta pacis Weſtphalicæ & armiſtitii Ratisbonenſis, cum aſteriſcis ſeu auctuariis Clariſſimorum iuris publici & priuati, politica prudentia & hiſtorices ſcriptorum iuncta proponens & exhibens Francofurti 1688. 8.* ſed notæ, quas auctor ex locis ſuis communibus congeſſit, nullo cum iudicio additæ, hoc vnicum vſum habe-

habere videtur, quod Synopſin in eodem reperiamus pacis articulorum eosdemque inuicem collatos. Huc etiam facit GEORGII BRAVTLACHTI *hiſtoria pacificationum ab annis plus quam ducentis, Lipſiæ 1687. 8.* Hac autem breuis hiſtoria omnium pacificationum, quæ inter Auſtrio-Hiſpanos atque Gallos fuerunt pertractatæ, breuiter, aſt eleganter exponitur, vsque ad pacificationem Ratisbonenſem anno 1630. concluſam. Haut ita pridem prodiit *Chronologie des algemeinen Staats-Archius: worinnen die Friedensſchlüſſe, Neutralitäts und Stillſtands-Handlungen, Vereinigungs- Verbündniſſe, Kriegs-Declarationen und andere Manifeſte, wie auch Guarantien und Handels-Tractaten ſambt Vermählungs-Vergleichen, Teſtamenten und anderer offendlichen Abhandlungen derer Kayſer, Könige, Hertzogen, Fürſten, Republiquen und übrige Stände, ſo wohl in Europa als andern Theilen der Welt von 1536. bis 1703. angezeiget werden, Hamburg 1704. 8.* Ad hoc autem inſeruire poteſt, vt chronologiam pacis Receſſuum ad noſtra tempora vsque celebratorum, exinde hauriamus, quæ multum illuſtrat. Habuit in animo WICQVEFORTIVS, vt omnia pacis acta ederet a pace Veruinienſi ad ſua vsque tempora. Verum interrupit hoc propoſi-

poſitum ipſius captiuitas. Idem inſtitutum erat DANIELIS NESSELII, qui edere voluit *Corpus Hiſtorico-Politicum publicarum Pacificationum, confœderationum, Ligarum, Conuentionum, Transactionum, Pactorum, Tabularum Fœderis, Inſtrumentorum Pacis, Neutralitatis, Commercii, aſſociationis, prouiſionis, Guarantiæ, Receſſuum interimiſticorum ab A. C. 1400. ad ſua vsque tempora per totum terrarum Orbem ſancitorum & concluſorum.* Huic etiam vt de methodo ipſius plenius pateret, edidit *Prodromum Hiſtoriæ Pacificatoriæ, Vindobonæ 1690. f.* Præcipuum opus eſt AMELOV de la HOVSSAYE *Recueil des traités de paix à Amſterdam 1700. f. VI. Tomis,* quod & Germaniæ aliorumque Regum tractatus pacis varios continet, de quo ſupra iam fuit dictum.

## §. XXV.

*Scriptores qui faciunt ad hiſtoriam pacis Pragenſis.*

Inde fuerunt, qui particularis cuiusdam pacis hiſtoriam ſcripſerunt. Ad præparatoria pacis Weſtphalicæ referenda eſt pax Pragenſis. Hanc alii vel adprobabant vel deteſtabantur. Inter hosce BERNHARDVS COMENIVS ſcripſit *prodromum exequiarum funeſtæ pacificationis Pragenſis, Roterodami 1619. 4.* qui etiam germanico ſermone prodiit ſub titulo:

*Vor-*

Digitized by Google

*Vortrab der Leich-Beſtattung des unſeligen Pragiſchen Friedenſchluſſes, nach dem erſten Roterodamiſchen Druck ins Teutſche gegeben 1640. 4.* Potiſſimum auctoris inſtitutum eſt, vt demonſtret, Pacem Pragenſem aduerſari paci religionis, iuribus Imperii & Proteſtantium vtilitati; hinc illam potius eſſe fugiendam, ab eademque ſingulis cauendum. Et quidem hac occaſione Scriptum hoc Auctor compoſuit cum Haſſiæ Landgrauius ad acceptandam hanc pacem Pragenſem vrgeretur. Dein IVSTVS ASTERIVS edidit *deplorationem pacis Germaniæ, ſiue diſſertationem de Pace Pragenſi, tam infauſte quam iniuſte inita, Pariſiis 1657. 4.* quod ſcriptum etiam germanice verſum proſtat. Sub Aſterii nomine primum Grotius quærebatur, verius tamen eſt, IOANNEM STELLAM eſſe Chriſtianiſſimi Regis Reſidentem apud Argentinenſes. Verum, contra eosdem prodiit *der Schwediſche Störenfriede, oder gewiſſer Grund und Beweis, daß die Schwediſche Waffen nach geſchloſſenen Pragiſchen Frieden Teutſchland unrecht, durch* INNOCENTIVM EHRENFRIED von CREVTZLAG *1637. 4.* ſub quo nomine latere dicitur PETRVS OSTERMANNVS. Prodierunt etiam pro pace *Vindiciæ Pacis Pragenſis, aufgeſetzt durch einen getreuen Chur-*

*Sächſiſchen Patrioten 1635. 4. Gegründete Ablehnung etlicher wider den Pragiſchen Friedenſchluß movirter dubiorum, von einem Liebhaber des Friedens 1636. 4.*

## §. XXVI.

*Scriptores qui hiſtoriam pacis, vel durante adhuc bello, concernunt.*

Durante adhuc tricennali bello, plura euulgabantur ſcripta, quæ ad illius hiſtoriam conducunt. Ita prodierunt primum *Præliminaria Pacis*. Inde LAVRENTII FORERI *Rationes pro amneſtia facienda, & argumentum contra amneſtiam & pacem 1640. 4.* qua bellum non niſi cum proteſtantium ſuppreſſione continuandum eſſe ſuadet. Dein prodierunt ſcripta mutua Electoris Saxoniæ & Ducum Brunſuicenſium de cauſa religionis. Poſt tractatus præliminares Hamburgenſes prodiit ERASMI IRENICI *Bibliotheca Gallo-Suecica, Vtopiæ, 4.* Continet illa ſatyricos titulos librorum quorundam fictitiorum, quibus Gallorum Suecorumque iſta tempeſtate, belli proferendi, pacis euertendæ ſtudia publico exhibuerunt. Contra hanc *Monarchiam Gallicam*, tecto tamen nomine ſcripſit IO. STELLA. Et cum circa ipſum pacis negotium multa machinarentur pontificii, contra pacem Proteſtantibus dandam, ea de re prodibat ERNESTI de EVSEBIIS *iudicium Theologicum*

*ſuper*

*ſuper quæſtione, an pax, qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita, Eccleſiopoli* 1647. 4. Hoc ſcriptum in Conuentu Oſnabrugenſi & Monaſterienſi fuit disſeminatum, in quo demonſtrare contendit, talem pacem & ſacræ ſcripturæ & eccleſiaſtico ſtatui contrariari. Auctor aliis dicitur HENRIGVS WAGNEREKIVS, Ieſuita Dillinganus, aliis P. BIBER, confeſſionarius Electoris Moguntini. Repoſuit eidem IO. GEORGIVS DORSCHÆVS *Nothwendige Entdeckung des blutdürſtigen Vrtheils, welches der vermummte Ernſt von Euſebiis, über die Frage, ob der Friede, wie ihn die Proteſtirende begehren, vor ſich ſelbſt unerlaubt und unrecht ſey.* Huic libro perſonatus quidam Ieſuita oppoſuit, *Criſin anticriſeos* quam & Dorſchæi diſcipulus ANDREAS RHVNÆS & DORSCHÆVS ipſe confutauit. Hic enim poſtea ſcripſit *prodromum anticriſeos Theologicæ ſeu inuectiuam in vehiculum iudicii Theologici, Argentorati* 1648. 4. Hunc inſecuta eſt ipſa *anticriſis & triga Syndromos anticriſeos Theologicæ, h. e. pro pace religionis ICtorum Patauinorum Marci Mantuæ, Philippi Iacobi Portii, Tiberii Deciani conſilia caſibus iſtis adplicata, Argentorati* 1648. 4. Alias ex ipſis pontificiis IO. CARAMVEL LOBKOWIZ ſcripſit *pacem*

*S.Rom.*

Digitized by Google

*S. Rom. Imperii licitam* demonſtratam, *Viennæ 1649. f.* Ex Proteſtantibus HERMANNVS CONRINGIVS ſub nomine IRENÆI EVBVLI, in *conſultatione pro pace perpetua Proteſtantibus danda*, quæ primum *Fridburgi 1648. 8.* prodiit, poſt nomine ipſius præmiſſo hoc titulo: *de pace ciuili inter ordines Imperii circa religionem diſſidentes, Helmſtadii 1657. & 1677. 4.* Alias ad pacis etiam præparatoria facit CHRISTOPHORI FORSTNERI *epiſtola de negotio pacis Osnabrügenſis, Mompelgarti 1646. 12.* edita, quæ multa continet notabilia. Similis momenti eſt *exemplum Litterarum ad ſereniſſimum Daniæ & Norwegiæ Regem a Gallico per Germaniam legato* CLAVDIO de MESNES *ſcriptarum circa Tractatus pacis, Amſtelodami 1624. 4.* Cui addi poſſunt *Literæ ſiue declaratio Regis Hungariæ ad Regem Daniæ ſuper tractatu præliminarium Hamburgi concluſo, prout latine concepta prodierunt e Cancellaria Vinarienſi. 4.* & *Tractatus de præliminaribus pacis uniuerſalis. 4.*

## §. XXVII.

*Scripta, quæ integram hiſtoriam pacis Weſtphalicæ declarant.*

Primus ni fallor, pacis Weſtphalicæ hiſtoriam ſine nomine expoſuit TOBIAS PFANNERVS, *Irenopoli 1679. 8.* quam ex archiuo Vinarienſi illuſtrauit, in quo

 nihil

nihil deſideres, niſi quod obſcuro loquendi genere vtatur, de quo iam controuerſias habuit cum Tentzelio atque Ludouici. Inde prodierunt *Arcana pacis Weſtphalicæ, ſiue plenius & ex ſecretioribus actis & congreſſibus deprompta relatio hiſtorica de S. Rom. Imperii pacificatione Osnabrugo-Monaſterienſi, auctore A. A. Francofurti 1698. 4.* Paulo poſt titulus eiusmodi fuit præfixus: ADAMI ADAMI *relatio hiſtorica, ſiue breuis atque ſuccincta narratio eorum, quæ in pacificatione Osnabrugo-Monaſterienſi ex arcana ratione Status inter paciſcentes geſta fuere, Francofurti 1707. 4.* Auctor in præfatione dicitur epiſcopus, quem Fabius Chiſius de Siena, Cardinalis in illa Pacificatione Innocentii X. Legatus vel teſtem ſibi adſciuerat vel adiutorem, qui a primis initiis pacis negotio ad finem vsque interfuit, & ſectetiora ſingula litteris mandauit. Rem autem a primis initiis repetit, a Tranſactione Paſſauienſi ſcilicet, bellum Germanicum exponit, & demum, quæ in ipſa pace concilia fuerint agitata, tradit. Non omnem quidem pacis hiſtoriam expedit, aſt multa proponit quæ notatu digna, atque alibi haut reperiuntur. Quod vltimum etiam dicere poſſumus *de Memoires & Negotiations ſecretes de la cour de France touchant la paix de Munſter contenant les let-*

tres,

*tres, Reponſes, Memoires, & Auis ſecrets enuoiez de la part du Roi, de S. E. le Cardinal Mazarin, & de Mr. le Comte de Brienne Secretaire d'Etat, aux Plenipotentiaires de France à Munſter, afin de leur ſeruir d'inſtruction pour la paix Generale, auec les depéches & les réponſes des dits plenipoteutiaires.* Quod opus tribus tomis diſtinctum lucem aſpexit *Amſtelodami 1710.* 8. In hoc continentur potiſſimum Epiſtolæ, quæ a Plenipotentiariis Gallicis ad Regem eiusdemque Miniſtros fuerunt miſſæ, vel ad eosdem datæ, vna cum quibusdam Inſtructionibus, ex quibus pacis negotium licebit animaduertere. Statim poſt pacem Ryswicenſem prodierunt *Memoires Politiques pour ſeruir à la parfaite intelligence de l'Hiſtoire de la Paix de Ryswick par Mr. DV MONT, à la Haye 1699. 12. 4. vol.* Incipit auctor ab hiſtoria pacis Weſtphalicæ, & quidem a prima ſubſcriptione Tractatuum Hamburgenſium, quæ facta fuit anno 1641. & progreditur primo libro vsque ad pacem Weſtphalicam concluſam. Hanc autem hiſtoriam licet breuiter ſaltim narret & ſatis imperfecte, aliqua tamen ſingularia proponit circa cæremonias legatorum. Pergit inde reliquis libris ad pacem Pyrenæam, Aquisgranenſem, tentatam pacem Colonienſem,



Digitized by Google

atque vltimo præparatoria addit ad pacem Nouiomagenſem. Deſumſit pleraque ex relationibus quibusdam ipſi ad hunc vſum ſuppeditatis, vt ipſe in præfatione monet, vbi ſimul addit, prodromum hoc eſſe debere maioris operis, quod meditaretur hoc titulo: Hiſtoire Politique de dix-ſeptieme ſiecle. Iniquius tamen de Dumontio ex effato legati Colonienſis iudicat Ludvvig de iure adlegandi ſtatuum Imperii ∫ p. 158. Nec omittendum ISAACI VOLMARI Liberi Baronis de RIEDEN *Diarium*, ſiue *Protocollum Actorum Publicorum Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, Francofurti 1710. f.* in quo quidquid a Septembri menſe 1643. vsque ad Ianuarium 1648 fuerit pertractatum recenſetur, cæremoniæ inter legatos deſcribunrur & ſcripta quædam ſingularia inſeruntur.

## §. XXVIII.

*Commentatores in ipſos articulos pacis.*

Plures in ipſos pacis articulos fuerunt commentati. Inter hos primus eſt PHILIPPVS ANDREAS BVRGOLDENSIS, qui *notitiam rerum illuſtrium imperii Romano-Germanici* edidit, ſiue *Diſcurſus in Inſtrumentum pacis Osnabrugo-Monaſterienſis, Freiſtadti 1668. 8.* poſtea auctius editos *Freiſtadti 1669. 4.* in quo originem & fontes controuerſiarum, quæ per pacem Weſt-

Weſtphalicam fuere compoſitæ, magna cum libertate immo potius audacia explicat, atque multa eruit haut vbiuis cognita, licet nonnunquam peruerſo ordine, ſæpe etiam ſine ſelectu, intermixtis vbique vanis multis & dicteriis Germanicis. Iniquus etiam eſt nimium in Pontificios. Idem Burgoldenſis ſub nomine FRANCISCI IRENICI ſcripſit *collegium iuris publici*, quod *1670. 4.* prodiit, & ſupplementum eſt in diſcurſus priores, in quo magis adhuc inſtrumentum pacis explanat. AHASVERI FRITSCHII *annotationes ad inſtrumentum pacis* admodum ſteriles ſunt. GODOFREDVS FERDINANDVS de BVCKISCH & Lövvenfels *obſeruationes hiſtorico-politicas* ſcripſit *in inſtrumentum Pacis, Viennæ 1696. 4.* Neque tamen vltra art. VII. progreſſus fuit. Inter Proteſtantes hic educatus, verum ad caſtra Romana tranſiit, & Viennæ commendatione Patrum Societatis munus Profeſſorium fuit adeptus. Verum odium demum Ieſuitarum incurrens, Vienna cum omni familia expulſus, Coloniæ egenus admodum mortuus. In hoc ſcripto Statum eccleſiaſticum Principum Imperii ſibi maxime propoſuit, ſed nimium fauet Imperatori, cuius auctoritatem extollit. Immo etiam Proteſtantium religioni ſæpius eſt contrarius,

rius, his talem, qualis vulgo explicetur, religionis libertatem non eſſe conceſſam, contendens. Poſtquam autem a Ieſuitis eiectus, Ratisbonæ ſe ad auita ſacra reuerſurum, ea, quæ in fraudem pacis Weſtphalicæ ſcripſerat, ſe retractaturum, immo fraudes Pontificiorum detecturum promiſit, morte tamen, antequam hæc executioni mandarentur, fuit præuentus. Plura de huius auctoris fatis ſcriptisque videri poſſunt in præfamine Meditationum ad Inſtrumentum pacis, de quibus ſtatim dicendum. IACOBVS OTTO adnotationes quoque ad *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ & Nouiomagenſis* dedit *Francofurti 1697.* 8. ſed potius iſtæ ex iure ciuili ſunt deſumtæ, inſertis adlegatis nimiis. Haut ita pridem prodiit VLRICI OBRECHTI *breuis & ſuccincta expoſitio Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suecici 1701. 4.* verum breuis eſt & ieiuna. Vltimo prodierunt *Meditationes ad Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suecicum*, quarum *Specimen primum 1706. 4.* prodiit. *Specimen ſecundum & tertium 1707. 4, Specimen Quartum & Quintum 1708. 4, Specimen Sextum & Septimum 1709. 4. Specimen octauum 1710. 4. Specimen nonum 1711. 4.* cui etiam Index acceſſit. Auctor eſt HENRICVS de HENNINGES, Legatus Boruſſicus, in Comi-

tiis

tiis nuperis electionis Carolinæ defunctus. Sane, dilucidum præbet Commentarium ex Actis Imperii illuſtratum. Maxime vero diuerſa negotia publica in Comitiis adhuc durantibus pertractat, & de diuerſis materiis, vtpote Iure Sacrorum, iuribus Statuum, Superioritate territoriali Commerciis & eiusmodi in mantiſſæ modum prolixe ſatis atque erudite agit. Ad articulum quintum ſaltim facit IO. SCHILTERI diſſertatio egregia de *termino, a quo reſtitutio bonorum eccleſiæ petenda, Argentorati 1687. 8.* Plures ad articulum octauum, § de indaganda fuerunt commentati, de quibus iam capite nono.

## §. XXIX.

*Iudicia de pace Weſtphalica.*

Abrogare quidem conabatur dictam pacem Innocentius X per ſolennem bullam d. 3 Ianuarii 1651 editam, quam tamen examinauit IOANNES HORNBECK, *Vltrajecti 1652. 4.* & ſub nomine AMANDI FLAVIANI, DAVID BLONDELLVS, *1651. 4.* Ex Lutheranis egregie hoc perſecutus eſt LVDOVICVS de MONTESPERATO, ICtus Germanus, qui *vindicias pacis Osnabrugenſis* dedit contra Innocentii X bullam, quem Thulemarius de Octouiratu cap. XX auctorem facit BENEDICTVM CARPZOVIVM, cui adſtipulatur



Digitized by Google

Schwederus in introduct. ad ius Publicum p. ſpec. ſect. 2 §. 5. idque ex diſputatione, quæ ſub Carpzouii præſidio Lipſiæ 1674. habita de coercitione hæreſeos § 8. & Placcius pag. 44 Prodiit etiam germanice ſub titulo: *Rettung des Osnabrügiſchen und Munſteriſchen Friedens wider Innocentii X Nullitats-Erklahrung.* Poſt pacem varii extant panegyrici, de eadem reſtauratæ Germaniæ gratulantes. Quales quinque collegit TOBIAS OELHAFEN van SCHOELLNBACH in *templo pacis in Imperio Romano-Germanico extructo Francofurti 1657. 8.*

## §. XXX.

*Scriptores qui vel hiſtoriam vel notas in pacem Nouiomagenſem ſcripſerunt.*

Ad pacis Nouiomagenſis præparatoria faciunt primum *Lettres de Mr. le Cheualier TEMPLE* & aures Miniſtres d'etat, *publices par Ionathan Swisft, à la Haye 1700. 8.* Acceſſerunt *Lettres du Comte d'ARLINGTON au Cheualier Temple, à Vtrecht 1701. 8.* Licet igitur hæ epiſtolæ ad præparatoria ſaltim atque initia belli ante pacem Nouiomagenſem geſti faciant, cum hiſtoriam ſaltim rerum in Belgio ab anno 1665 ad 1672 geſtarum declarent, plura tamen, quæ & ipſam pacem illuſtrent, in iisdem reperimus inſerta, præcipue vero ea, quæ ad pacem Bredanam, Aquisgranen-

ſem

Digitized by Google

ſem & alia faciunt, eademque plerumque inter ſummos viros agitata, cum Temple apud Belgas fuerit legatus. Poſtea prodierunt *Memoires de ce, qui s'eſt paſſé dans la Chretinenté depuis le commencement de la Guerre an. 1672 iusques à la Paix concluë en 1679. par le Chevalier TEMPLE à Amſterdam 1708. 8.* Concluſa pace prodiit *Hiſtoire des Negotiations de la paix de Nimegue, par le Sr. de S. DISDIER, à Paris 1680. 12. & à la Haye 1697. 12.* Elegans eſt hiſtoria & nitido ſermone ſcripta, nec tamen perfecta, nec a partium ſtudio aliena, cum legationis Secretarium egerit Disdier in ipſa pacis tractatione, alias non contemnenda. Durante pace prodiit *Recueil des Preliminaires*, quo tractatu ſcripta quædam continebantur, quæ durante tractatione fuerunt exhibita, verum ſatis imperfecte. Inde prodierunt *Actes & Memoires des negotiations de la Paix de Nimegue, à la Haye 1679, 12. & 1697. 12.* Verum, nec ordinatum eſt Opus, nec perfectum, licet ſcripta varia fuerint inſerta, quæ multam omnino lucem præferunt. Hæc acta in Germanicum ſermonem tranſtulit IOANNES LEONHARDVS SAVTERVS, *Lipſiæ 1680. 4.* malo autem omine, cum perverſa admodum ſit translatio. Inter Com-



Digitized by Google

mentatores primus eſt AHASVER. FRITSCHIVS, cuius *adnotationes ad* hanc *pacem Nouiomagenſem, Francofurti 1697. 4.* editæ, breues ſunt atque eruditorum exſpectationem non adimpleruńt. Haut ita pridem prodierunt ADAMI CORTREII *obſeruationes ad pacem Nouiomagenſem Cæſareo Gallicam & Cæſareo Suecicam, Francofurti 1707. fol.* His autem ad ſingulos articulos commentatur & quidem ea potisſimum immiſcet, quæ pacis tractationem concernunt, quæ ex actis publicis fuerunt depromta. Ex dictis autem patet, male in titulo Operis Cortreiani haberi, hanc pacificationem a nemine antehac fuiſſe illuſtratam.

## §. XXXI.

*Scriptores qui hiſtoriam pacis Ryſwicenſis ſcripſerunt, vel ad eandem fuerunt commentati.*

Ad Ryswicenſis pacis hiſtoriam primum faciunt *Les Actes & Memoires des Negotiations de la paix de Ryswick, à la Haye 1699. 12. 4. vol.* Continentur iisdem diuerſa ſcripta inter pacis tractationem exhibita, nec iſta tamen vbiuis obuia. Acceſſit in altera editione a la Haye 1707. 12. tomus quintus. Inde prodierunt *Tabulæ pacis Ryswicenſis* cum notis AHASVERI FRITSCHII, *Francofurti 1699. 4.* Ipſæ quidem adnotationes adeo magni momenti

menti non ſunt, verum inſerta fuerunt quædam acta publica, licet hæc etiam obuia. Subſecutæ fuerunt ADAMI CORTREII *Obſeruationes in pacificationem Ryswicenſem, Francofurti 1707. fol.* quæ prolixiora ſunt, atque ad hiſtoriam potius pacis conducunt, quid inter legatos hinc inde fuerit actum, licet alias parum ſint ordinata. Acceſſit prolixa recenſio locorum, quæ ſub clauſula quarti articuli Ryswicenſis continentur. Demum DV MONT pacis quoque hiſtoriam abſoluere voluit, verum præter præparatoria iſta ad pacem Ryswicenſem, de quibus ſuperius iam dictum, quantum quidem conſtat, nihil fuit editum. Noua poſt pacem concluſam exorta fuit controuerſia de clauſula quarti articuli, quam abolitam volebant Status proteſtantes. Inde prodierunt ADAMI CORTREII *obſeruata hiſtorico-politico-iuridica ad articulum quartum pacificationis Ryswicenſis, Magdeburgi 1705. 4.* qua religionis Catholicæ obſeruantiam iuxta normam pacificationis Osnabrugenſis non vero Ryswicenſis putat eſſe diiudicandam. In Tomo quinto obſeruationum Halenſium quintam faciunt conſiderationem ad clauſulam articuli quarti Pacis Ryswicenſis, in qua auctor dictam clauſulam ita

ita interpretatur, catholicam religionem quidem ſimultaneo iure exerceri debere in locis a Gallis reſtitutis, ſaluis tamen eccleſiis atque reditibus Proteſtantium. Alias acta controuerſa comprehenduntur in Antoni Fabri Staats-Canzelley parte quarta cap. X. pag. 507.

§. XXXII.

*Scriptores ad Hiſtoriam Pacis Raſtadtienſis.*

Pacis quidem Raſtadtienſis Inſtrumenta diuerſimode prodierunt. Ad hiſtoriam vero pacis eiusdemque articulorum explorationem facit *Hiſtorie Raſtadtiſcher Friedens-Handlungen, benebenſt zweyen Friedens-Proiecten und dem Friedens-Inſtrument zwiſchen Sr. Kayſerl. und Allerchriſtl. Maieſt. Maieſt. den 6. Martii 1714. errichtet. Alles aus authentiſchen Piecen gezogen, und mit nœthigen Anmerckungen erlautert, nebſt einem Discours von der Reichs-Deputation zu Friedens-Schlüſſen. Iena 1714. 4.*

§. XXXIII.

*Scriptores de matricula & capitulationibus.*

De matricula egerunt plerique iuris publici commentatores, eandemque interpretantur. Separatim extat ERICI MAVRITII *diſſertatio de S. Romani Imperii matricula, Kiloni 1667. 4.* qui etiam Matriculam Cameræ de anno 1654. adnexuit, licet

non-

nondum receptam. Diuerſas diuerſorum annorum *matriculas ſtatuum Imperii, Collectarum Imperialium & Cameræ Imperialis* cum commentariis Zachariæ Geizkoflers edidit ADAMVS CORTREIVS, *Francofurti 1707. f.* Facit huc etiam SEBASTIAN ALMERS *Grund-Seule der dem Heil. Rœm. Reich Teutſcher Nation hochzutræglichen Sicherheit, erbauet aus der Reichs-Matricul, Franckfurt 1697. 4.* qui tractatus matriculam recentiorem & diuerſas ſupputationes pro modo Collectarum Imperii exhibet. IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII diſſertatio de *Imperii Matricula, Altdorfi 1673. 4.* perbreuis eſt. De *Moderatione Statuum Imperii Matriculari* pro Licentia diſputauit IOHANN. LVDOVICVS KOEBEL, *Altdorfi 1705.*

## §. XXXIV.

*Scriptores de Capitulationibus.*

De Capitulationibus in genere egit BENEDICTVS CARPZOVIVS in tractatu ſuo de *Lege Regia, ſiue de Capitulatione Cæſarea Germanorum, Ienæ 1697. fol.* quam tamen male cum lege regia Romanorum confert & nimium Statibus fauet. SAMVELIS RACHELII diſſertatio de *Capitulationibus regni Germanici* prodiit *Kiloni 1675. 4.* generalia potiſſimum, quæ ad vſum politicum ſpectant, tractat. Melior omnino

eſt

eſt IOANNES LIMNÆVS, cuius Commentarius *Argentorati* prodiit *1658. 4.* qui dein Tomo II. additionum Ferdinandi IV. Capitulationem cum notis exhibet, quæ tamen cum iudicio ſunt ſeligendæ. Nouum tomum *additionum ad Limnæum* edidit AHASVERVS FRITSCHIVS, *Lipſiæ 1691. 4.* in quo Capitulationem perpetuam exhibet, atque ad Capitulationem Leopoldinam & Ioſephinam commentatur. Carolinam, quæ prima eſt, interpretatus fuit Ioannes Strauchius in exoterica IV, quæ agit de illuſtribus controuerſiis circa electionem Caroli V. *Leopoldinam* explicatam videmus ab ERICO MAVRITIO inter opuſcula *Francofurti 1692. 4.* coniunctim edita, & a GEORGIO CHRISTIANO STIRNIO in nomotheſia Germanica tit. IV. P. III. pag. 75. *Ordinationem conſilii aulici & Capitulationem Leopoldinam* ordine alphabetico diſpoſuit IOANES IACOBVS a GOPPOLD, *Viennæ 1680. 8.* *Ioſephinæ Capitulationis explicationem* ſuſcepit IO. DIETERICVS von Gülich, *Francofurti 1691. 4.* qui tamen Rachelium plerumque fuit ſecutus. Quid noui Ioſephinæ capitulationi acceſſerit, expendit LVDOVICVS GVSTAVUS FINCKLER in diſſertatione ſua inaugurali, cui titulus, *Ioſephi clementiſſimi nuperæ Capitulationi inſerta-*

*rum*

*rum nouiter additionum conſiderationes* in Vniuerſitate Altorfiana *1692. 4.* Eandem hanc capitulationem in tabellas redactam atque commentatione ſolida ornatam, iuxta cum Aurea Bulla exhibet L. B. NICOLAVS CHRISTOPHORVS de LYNCKER, ſub rubrica; *ſeries Aureæ Bullæ Carolinæ cum Introductione præmiſſa obſeruationibus tabulæ ſubiectis: item Capitulationis Ioſephinæ cum doctrina communi præeunte, de Commentatione Ioſephina ſubiecta, Ienæ 1711. fol. p. 460.* Neque prætermittendus hic eſt eruditus ille FRIDERICI NITZSCHII ad Capitulationem hanc commentarius, qui cum præfatione IOH. NICOLAI HERTII & ſupplemento poſt art. XL incipiente, ac præcipuarum rerum indice AVGVSTI HOFFMANNI *1711. 4.* prelo ſubiectus eſt *Francofurti ad Mœnum.* Hoc ipſo anno itidem editum eſt *ſpicilegium obſeruationum ad Capitulationem Auguſtiſſimi Imperatoris Caroli VI, cuius inſtituta collatione cum capitulatione Ioſephina, Commentario Nitſchiano haud ita pridem illuſtrata, Momenta ſingula ius publicum Imperii, ſtatumue eius alternantia ingenue notantur, a G. H. W. C. S.* ad HOFFMANNI quidem commentationem ſubinde Autor ſeſe refert, plura tamen ex genuinis fontibus petita, hiſtorica libertate vſus, haud exiguo legen-

Digitized by Google

legentium commodo idem adiecit. Præcipue huc facit IOANNIS CHRISTIANI MüLDENERI *capitulatio harmonica*, quæ omnes Capitulationes a prima Caroli V iuxta Ioſephinam ad ſe inuicem collatas continet, Capitulationem perpetuam *in* Comitiis exhibitam nondum vero adprobatam, varia acta publica ex protocollis electoralibus deſumta, & quæ iura conficiendæ Capitulationis, quæ adhuc dum inter Electores atque principes controuerſa concernunt, atque alia, prodiit *Halæ 1697. 4.* & multi eſt vſus. Eiusmodi collationem inſtituit æque CHRISTOPHORVS ZIEGLERVS, cuius *Wahl-Capitulation Rœmiſcher Kayſer und Kœnige*, prodiit *Francofurti 1711. 4.*

## §. XXXV.

*Scriptores ad pacem publicam.* Reſtant adhuc, qui ad varias conſtitutiones alias imperii fuerunt commentati. Alia quidem eſt *pax publica*, *der Land-Friede*, alia *pax religioſa.* Ad illam doctus eſt commentarius ANDREÆ GAILII, qui cum eiusdem obſeruationibus Cameralibus imprimitur. Secutus eundem eſt GEORGIVS BECHTIVS, de *ſecuritate publica* quæ tractatio extat in tomo II Iuris publici Gieſſenſium & THOMAS MAVLIVS de *iure conducendi*, *Gieſſæ 1621. 8.* Omnium

vero

Digitized by Google

vero curas ſuperat IOANNES PHILIPPVS DATTIVS, cuius *volumen rerum Germanicarum nouum, ſiue de pace imperii publica libri V, Vlmæ 1689. fol.* prodierunt, de quo ſuperius §. XV iam dictum fuit. Nuperrime demum prodiit. *Conſtitutio pacis profana, cum obſeruatis ADAMI CORTREII, Francofurti ad Mœnum 1709. fol.* In Obſeruatis aliqua inſeruit, quæ ius declarandi in bannum illuſtrant.

§. XXXVI.

*Scriptores qui faciunt ad concordata nationis Germanica.*

Maxime in Epiſcopatibus Germaniæ adhuc vſum habent Concordata Nationis Germanicæ inter Fridericum III, Imperat. & Nicolaum V Papam anno 1448 erecta. Hæc Goldaſtus Tomo primo Conſtitutionum Imperatoriarum inſeruit, Ioannes Limnæus mantiſſæ ſubiunxit, Andlerus corpori ſuo Conſtitutionum inſeruit. Commentatus in eadem fuit ex Pontificiis HENRICVS CANISIVS, *Ingolſtadti 1600. 4.* Sic etiam GEORGIVS BRANDEN *collectanea* edidit *ſuper concordatis ſedis apoſtolicæ & nationis Germanicæ, Coloniæ 1600. 8.* & cum Rebuffi praxi beneficiorum, qui tamen Romanæ curiæ artes diſſimulant. Præſtantior eſt HENRICI LINCKII diſſertatio de *Concordatis nationis Germanicæ, Altdorfi 1680. 4.* Nouiſſime prodierunt



Digitized by Google

ADAMI CORTREII *Obſeruata Hiſtorico-Politico-Iuridica ad Concordata Imperatoris Friderici III & Nicolai V Papæ de collatione beneficiorum eccleſiaſticorum, Magdeburgi 1705. 4.* poſtea cum aliis eiusdem *Francofurti 1707. fol.* Hoc ſcriptum licet parum ordinatum, inter omnia tamen Cortreii optimum eſſe puto, eo quod multa inſerta fuerint ſingularia ex archiuis eccleſiarum cathedralium deſumta. In his Concordatis Ius Annatarum etiam Papæ tribuitur in Epiſcopatibus Germaniæ. Extat de eodem IOAN. PETRI LVDWIGS erudita diſſertatio, *Halæ 1707. 4.* qua originem, cauſſas & iuſtitiam annatarum illuſtrat & annatarum etiam ius Principibus Euangelicis tribuit.

## §. XXXVII.

*Scriptores qui vel hiſtoriam ſcripſerunt vel Commentarios ad Transactionem Paſſauienſem & pacem Religioſam.*

Transactio Paſſauienſis ſæpius quidem cum aliis Imperii Conſtitutionibus fuit edita, pauci vero eandem illuſtrarunt. Inter hos vnus eſt IOAN. STRAVCHIVS, cuius diſſertatio iuris Publici decima quarta agit de *transactione Paſſauienſi, pacificatione Auguſtana & reſeruato eccleſiaſtico.* Hinc ADAMVS CORTREIVS, *Obſeruata* ſcripſit *Hiſtorico-Politico-Iuridica in eandem, Francofurti 1707. fol.* Ad pacem vero Religionis plures faciunt. In Tomo primo diſſer-

diſſertationum ad ius Publicum extat BERNHARDI BERTRAMI & PETRI LEOPOLDI diſſertatio de *pace religioſa*, & in Tomo ſecundo QVIRINI CVBACHII tractatus de *conſtitutione pacis religioſæ.* WILHELMI IGNATII SCHüTZII *manuale pacificum ad articulum quintum Inſtrumenti pacis Weſtphalicæ*, antea ſeparatim editum exhibet Ahasuerus Fritſchius in iure ſuo eccleſiaſtico, poſtea prodiit cum notis HEIDERI BORROMÆI ſiue HENRICI BRüCKNERI, *Veronæ 1689. 12.* Sic etiam in Fritſchii iure eccleſiaſtico extat ABRAHAMI CALOVII tractatus de *natura & indole pacificationis religioſæ*, IVSTINVS SPRINGERVS ſub nomine PETRI SYRINGII ſcripſit de *pace religioſa*, *Witteberga 1607. 4.* FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS de eadem ſcripſit, *Francofurti 1632. 4.* qua potiſſimum beneficia Catholicis æque atque Proteſtantibus ex hac pace competentia declarantur. GODOFREDVS SVEVUS diſſertationes ſcripſit de *pace religioſa*, *Wittebergæ 1656. 4.* quibus appendicem ſubiecit tranſactionis Paſſauienſis de religione & iuſtitia, deque iuribus Statuum Proteſtantium. HENRICVS ANDREAS CRANIVS *diſſertationem* ſcripſit *Iuridico politicam de pace Religionis in Romano Imperio ſeruanda*, *Helmſtadti 1619. 4.*



Digitized by Google

in qua potiſſimum priuilegia immediate Imperio ſubiectis competentia late examinat & quæſtiones de hac pace olim occurrentes ſatis dilucide decidit. Facit huc etiam *Epiſtola Exegetica de retinenda pace publica Imperii, & fugiendis infidelium & Heterodoxorum foederibus 1621. 4.* Sic etiam SIMONIS GOGREVEN *Diſcurſus Academicus de quæſtione illa, an Exercitium Religionis contra ſuperiorem, illud vi impedientem, armis defendi iure poſſit, Gieſſæ 1620. 4.* Optimi vero hac in parte ſunt Schilterus, Deckherrus & Cortreius: IO. SCHILTERVS enim in Commentario de *pace religioſa*, *Argentorati 1700. 8.* edito, omnem hiſtoriam pacis religioſæ declarat. Acceſſit eiusdem diſſertatio de *termino reſtitutionis ad art. V. §. 2. Pacis Weſtphalicæ* & diuerſa conſilia pacem religioſam illuſtrantia. IOANNIS DECKHERRI *Conſultationum libri duo; Francofurti 1691. 4.* prodierunt, in harum libro primo reperitur conſultatio vnica de *pace ciuili Religioni Germanorum data.* Singulares caſus, qui ex pace religioſa profluunt examinat, eademque decidit, idque occaſione diuerſarum litium in Camera motarum. Dolendum ſaltim, quod obſcuro admodum & tædioſo vtatur genere ſcribendi. Vltimum demum ſcriptum præbent ADAMI CORTREII *Obſer-*

*uata*

Digitized by Google

*uata Hiſtorico-Politico-Iuridica ad pacem publicam Religioſam, Francofurti 1709.* In quibus potiſſimum eſt æſtimandum, quod pleraque acta publica, quæ circa pacis tractationem fuerunt agitata, locis conuenientibus fuerint inſerta. Et cum Catholici Status Paci Religioſæ certam clauſulam inſeruerint, circa mutationem religionis epiſcoporum, quæ Reſeruatum eccleſiaſticum adpellabatur, idque ſuperiori ſeculo maxime vrgerent Pontificii, prodiit SCIPIONIS ARETINI *gründliche deduction, wie es mit dem Kayſerlichen Religions-Edict, und dem geiſtlichen vermeinten Vorbehalt eigentlich bewandt, und was dieſelbe beyderſeits vor Kraft und Würckung haben. Francfurt 1633. 4.* Sub hoc nomine latere IACOBVM LAMPADIVM omnino certum eſt. AHASVERI FRITSCHII *diſſertatio de reſeruato Eccleſiaſtico.* Electis Eiusdem I. P. cap. VII. inſerta eſt. Recentior eſt VLRICI OBRECHTI *diſſertatio de reſeruato eccleſiaſtico, Argentorati 1675. 4.*

## §. XXXVIII.

*Scriptores Pontificii, qui pacem religioſam impugnare conati fuerunt.*

Concluſa licet pace religioſa, fremebant pontificii, eandemque omni modo euertere conabantur. Primum, quod in lucem euulgabatur ſcriptum eſt, quod ſub nomine FRANCISCI BVRCARDI pro-



Digitized by Google

diit *autonomia ſ. von Freyſtellung der Religion, München 1601. 4.* cuius ſcripti Wahremundus ab Ehrenbach lib. II, de fœderibus c. II. p. 222. ANDREAM GAILIVM & ANDREAM ERSTENBERGERVM auctorem facit, licet alii potius Ieſuitas Colonienſes auctores putent. Hac cum auctor, quisquis ſit, omnibus iis, qui a pontifice ſeceſſerunt, locum non dari concludat, contra eum ſcripſit BARTHOLOMÆVS GÆRICIVS, ſub nomine ANTONII BEMBELLONÆ de GODENTIIS *commentationem iuridico politico hiſtoricam ad pragmaticam conſtitutionem de pace religionis, Francofurti 1612. 8.* in qua autonomiam defendit, ius libertatis eccleſiaſticæ & conſcientiarum declarat, vid. etiam Hortlederus lib. I. de cauſſis Belli Germanici c. XXXVII. p. 556. Contra eandem Burcardi autonomiam diſputauit quoque DOMMAREIN von DISSINGAV, *Chriſtlingæ 1610. 4.* Cum autem gliſcerent magis magisque diſſidia inter proteſtantes atque pontificios, CASPAR SCIOPPIVS, homo nefarius, *claſſicum belli ſacri* cecinit atque vulgauit *Ticini 1619. 4.* qua auctor eſt Imperatori de extirpandis rebellibus vt putat eccleſiæ principibus. Huic tamen MATTHIAS BERNEGGERVS ſub nomine THEODOSII BERENICI oppoſuit pri-

primum *Proaulium tuba pacis occenta Scioppiano belli ſacri claſſico, Argentorati 1620. 4.* quo nihil continetur, niſi commonefactio ad Principem de Praxi ac inſtitutis patrum Ieſuitarum, a quodam religioſo conſcripta, quam ex Italico in latinum ſermonem tranſtulit. Adiecta fuerunt quædam loca ex Euphormionis Satyrico de artibus Ieſuitarum. Subſecuta eſt Eiusdem *Tuba pacis occenta Scioppiano belli ſacri claſſico, Auguſtæ Treboccorum 1621. 4.* qua plerumque variæ artes promouendi religionem deteguntur. Subſecuta eſt *Iuris publici Quæſtio Capitalis, ſintne Proteſtantes iure Cæſareo Hæretici, & vltimo ſupplicio afficiendi contra ſanguinarium Caſparis Scioppii Claſſicum, tractata a* IVSTO MEIERO, *Argentorati 1621. 4.* vbi potiſſimum disquirit, quinam ſecundum leges Codicis Iuſtinianei & Theodoſiani dicantur hæretici, eademque ad ſtatum Proteſtantium adplicat. Poſtea pacem hanc varie oppugnarunt Ieſuitæ, vt Ioannes Nordermann de iuris principiis §. XXIX. & præcipue Ieſuitæ Dillingenſes *in compoſitione pacis, inter Ordines Imperii Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis addictos, Dillingæ 1655. 4.* quam LAVRENTIO FORERO adſcribunt communiter, ita, vt magis magisque incitarent ad bellum illud Germaniæ ferale.



Digitized by Google

Paucis abhinc annis res iſta mota iterum fuit a Cardinali LEOPOLDO COLLONITSHIO in *confeſſione Auguſtana atque Antiauguſtana*, quam tamen ex mandato Sereniſſimæ domus Saxonicæ refutauit VALENTINVS ALBERTI, *Lipſiæ 1684. 4.* Huc etiam facit Ioannes Deckherrus in vindiciis Cameralibus tit. XXVIII. & ſeqq. Goldaſtus in Politiſchen Reichs-Händeln p. XX.

## §. XXXIX.

*Commentarii ad Ordinationem Executionis.*

Inter leges Imperii reperitur etiam *Ordinatio Executionis*, quæ in Comitiis Auguſtanis anni 1555. fuit publicata. Reperitur iſta in Corpore Receſſuum & ſeparatim prodiit cum Commentariis ADAMI CORTREII, *Francofurti 1707. f.* acceſſerunt etiam diuerſæ ordinationes Circulorum.

## §. XL.

*Scriptores qui ſynopſes iuris publici ediderunt.*

Ex his fontibus profluxerunt ſynopſes, ſyſtemata & reliqua ſcripta iuris publici. DANIELIS OTTONIS inauguralis diſſertatio *de iure publico* primum inter diſcurſus Arumæi prodiit, poſt ſeparatim *Ienæ 1616. 8.* Dum primum eſſet ſcriptum, quod certa methodo ius publicum exponeret, in academias recipiebatur, in quibus illud priuatim explicarunt Ericus Man-

Digitized by Google

Mauritius & Ioannes Otto Tabor. In idem compendium notas ſcripſit IOANNES LIMNÆVS, *Witteberga 1658. 8.* & IO. HENRICVS BOECLERVS, edento Vlrico Obrechto. HENRICI CHRISTOPHORI a GRIESHEIM *Iurisprudentiæ publicæ Romano-Germanicæ breuis delineatio ſex Diſputationibus comprehenſa*, prodiit *Roſtochii 1620. 4.* Vulgaris induſtriæ ſunt IOACHIMI CLVTENII *ſylloge rerum quotidianarum & CHRISTOPHORI BESOLDI tractatus poſthumus iuris publici*, *Auguſtæ Vindelicorum 1659. 12.* GEORGII BRAVTLACHTI *epitome iurisprudentiæ publicæ*, *Gothæ 1661. 12.* edita, atque aucta cura CHRISTOPHORI LEONHARDI LEVCHTII, ob ſtudium partium non vbi uis ſatisfacit. Huius quæſtiones plenius expoſuit IO. WVRMSERVS in *exercitationibus iuris publici*, *Tubingæ 1649. 4.* IACOBI LAMPADII *de republica Romano-Germanica* liber, cum notis HERMANNI CONRINGII, ad libri tertii caput ſeptimum vsque productis, *Helmſtadti 1671. 4.* vſum quidem habet, ſed nec in originibus, nec in materiis ſpecialibus plene eſt perfectus, immo nec ad recentiora tempora in omnibus accommodatus. Singularia tamen quædam in notis propoſuit Conringius. Idem in additionibus ſuis &



Digitized by Google

notis egit IOANNES GEORGIVS KVLPISIVS, quas edidit *Argentorati 1686. 4.* in quibus potiſſimum ad ſcriptores remittit, & quæ poſt pacem Weſtphalicam acceſſere, addit. WILHELMVS BECKERVS in *iure publico*, quod *Viennæ 1668. 4.* prodiit, ex odio partium, quod pontificius, multis agit contra imperium, Animaduerſiones in eundem dedit HENRICVS HENNINGES, *Francofurti 1680. 12.* qui tamen nimio ſæpe contradicendi ſtudio abripitur. In eundem quoque adnotata extant IOANNIS STRAVCHII a Fritſchio ſæpius citata, nondum tamen edita. GEORGIVS LVDOVICVS LINDENSPVR in tractatu *de ſucceſſionibus & mutationibus imperiorum*, qui *Ingolſtadti 1638. 4.* prodiit, publici iuris fundamenta iecit, multa autem continet ſingularia, quæ praxi repugnant. CASPARIS MANTZII *ſumma Iuris Publici* breuis eſt, nec adeo ſincera, prodiit *Ingolſtadti 1623. 12.* ANTONIVS PERETZIVS *de iure publico* ſcripſit, *Amſtelodami 1657. 12.* qui ex practica philoſophia principia magis generalia proponit. IOANNIS THEODORI SPRENGERI *opuſcula iuris publici quatuor, lucerna moderni ſtatus Romani Imperii perſpicillum orbis Chriſtiani, fontes iuris publici, elychnia ad lucernam*, quæ antea ſeparatim pro-

Digitized by Google

prodierunt, poſt coniunctim edita *Francofurti 1666. 12.* in quibus tamen nec iuſto ordine, nec certa methodo fuit vſus, aliqua autem vel ex propria experientia, vel ex archiuorum monumentis inſeruit, nullo tamen ſeruato ordine nec ſelectu. Eiusdem autem *inſtitutiones iurisprudentiæ publicæ*, quæ *Francofurti 1692. 4.* prodierunt, tanti non æſtimantur ac ſcripta iſta minora quippe ſine ordine, ſine ſelectu congeſtæ. IO. VOLCKMARI BECHMANNI *inſtitutiones iuris publici aximaticæ, Ienæ 1689. 8.* iuxta ordinem analyticum ſunt compoſitæ, & leues admodum ſunt. Nec multum vſum præbet IO. FRIDERICI BÖCKELMANNI *ſynopſis Iuris publici, Lipſiæ 1698. 8.* *Anonymi notitia imperii Romano-Germanici, Coſmopoli 1679. 8.* edita. CAROLVM SCHARSCHMIDIVM auctorem habet, quæ etiam in ſolis fere indicibus conſiſtit, & licet commentarium eſſe velint in Bœcleri notitiam, diuerſo tamen vtitur ordine. CHRISTIANI WEIDLINGII *principia iuris publici Romano-Germanici* prodierunt *Lipſiæ 1703. 12.* atque per erotemata traduntur, & exemplis illuſtrantur. Hæc poſtea inſecutum eſt *Ius Publicum Imperii Romano-Germanici hodierni methodo facillima per definitiones, diuiſiones, cauſas, quæſtiones & axiomata, Lipſiæ 1706.*

Digitized by Google

1706. f. Ius publicum in tabulis comprehendit, quarum tamen vſus haut adeo magnus videtur. Ad normam & ordinem Inſtitutionum Iuſtiniani per Iura perſonarum, rerum & actionum ius publicum deduxit IOANNES STRAVCHIVS, cuius quidem pleniores *inſtitutiones* meditabatur, morte tamen præuento eo, ſpecimen ex iisdem euulgauit IO. GEORGIVS KVLPISIVS, *Francofurti 1683. 8.* Plenius adhuc ad ipſos fere Inſtitutionum titulos ius publicum accommodauit IOANNES FRIDERICVS RHETIVS in *libris IV. Iurisprudentiæ Romano Germanicæ*, *Francofurti 1683. 8.* Acceſſit Aurea Bulla, Capitulatio Leopoldi, atque inſtrumentum pacis Weſtphalicæ. IACOBI BRVNNEMANNI *Iurisprudentia publica*, *Halæ 1701. 4.* publicis diſſertationibus in academia Halenſi fuit propoſita, verum admodum imperfecta, CASPARIS HENRICI HORNII *Iuris publici Romano- Germanici eiusque prudentiæ liber vnus*, *ſecundum LL. fundamentales & formam Imperii præſentem conſcriptus*, *Berolini 1707. 8.* manca hinc inde eſt, nec vbique ſolide deducta.

## §. XLI.

*Vſitatiora hodie compen-...ris*

Inter vſitatiora iuris publici Compendia reputatur hodie IOANNIS HENRICI

RICI BöCLERI *notitia S. R. Imperii*, quæ primum *Argentorati 1670. 8.* prodiit, poſt neceſſariis additamentis aucta fuit & recuſa, *Argentorati 1681. 8.* Multas quidem continet quæſtiones, quæ tamen rarius deciduntur, cum hæc notitia, vti titulus etiam præfert, per titulos ſaltim memoriales diſpoſita, ita, vt locorum communium inſtar ad ius publicum haberi poſſit, cum plerumque tantum ad Scriptorum loca remittat. In vſu frequenti eſſe ſolet GABRIELIS SCHWEDERI *introductio in ius Publicum Imperii Romano-Germanici*, quæ primum prodiit *Tubingæ 1681. 8.* poſt ex editione ſexta eademque auctiore, *Tubingæ 1707. 8.* & denuo *1711. 8.* Hæc introductio ob ordinem ſuum, communem fere adplauſum promeruit, cum tyronibus ſatis ſit apta. Ipſam etiam materiam multa induſtria ex actis Imperii & ſcriptoribus præcipuis explicauit, ad illos frequentius remittendo. Dolendum tamen, quod ſtylo nonnunquam vtatur difficiliori, quem per varias parentheſes reddit adhuc obſcuriorem. Alias diuagatur nonnunquam, prolixius nimium eſt in reſeruatis Imperatoris ex iure Ciuili declarandis, nec vbique ad fontes ſatis recurrit. Analecta ad eandem ſcripſit Perilluſtris LYNCKERVS. Ante annos aliquot prodierunt NICOLAI

LAI DANCKWERTHII *inſtitutiones iuris publici, Spiræ 1683. 8.* Collegium hoc erat, quod in Mſto primum circumferebatur, poſt, curante Mauritio editum. Cum autem plena hæc editio eſſet errorum, *nouam* ipſe auctor PHILIPPVS REINHARDVS VITRIARIVS procurauit *Lugduni Batauorum 1686. 10.* Ad methodum Inſtitutionum Iuſtiniani etiam hæ Inſtitutiones fuerunt directæ, & breues admodum, parum etiam perfectæ. Commentatus poſtea in easdem fuit IO. FRIDERICVS PFEFFINGERVS in *Vitriario illuſtrato, Friburgi 1691. 8.* poſt, maiori cum adparatu *Gothæ 1698.* & *1699. 4.* Notæ quas addidit, ſunt egregiæ, ex tabulis aliisque monumentis publicis deſumtæ, quibus varias controuerſias inter Status Imperii noſtri Romano-Germanici ortas ex ipſis fontibus decidit. Hoc certum eſt, notas textu eſſe præſtantiores. Dolendum ſaltim, quod dum ad ipſum Vitriarii textum ſe accommodat, paulo ſint confuſiores. Addidit etiam Ioſephi Capitulationem, Inſtrumentum Pacis Rysvvicenſis & tabulas Genealogicas præcipuorum Statuum. Tertiæ tandem editionis Vitriarii *Inſtitutionum Iuris Publici nouis notis illuſtratarum Tomus primus* prodiit Libri I Titulos XV exhibens. Hæc editio triplo eſt auctior, atque ob

Hiſto-

Hiſtoriam Germanicam, quæ multo cum adparatu inibi pertractatur, Scriptorum teſtimoniis confirmata, adprime eſt commendanda. Prodierunt HENRICI COCCEII *fundamenta iuris publici, Francofurti 1695. 8.* atque ex tertia editione, *Francofurti 1705. 8.* Peculiari vtitur methodo, ita, vt primo agat de territorio Imperii Germanici, poſt, de officialibus Imperii, inde de Imperatore huius & Imperii iuribus. Hæc methodus licet tyronibus multam faciat difficultatem, prouectioribus tamen haut inutilis eſt. Singula declarat ex fontibus, facem potiſſimum præferente Lehmanno in Chronico Spirenſi, ita, vt ipſe lucem protulerit in iure publico haut minimam. Materiam etiam de Imperii officialibus demonſtrauit egregie. Licet negandum non ſit, vbi de territorio Germanico agit, eum non ſatis eſſe accuratum. GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS edidit *ſpecimen Iuris Publici Romano-Germanici* adæquata breuitate reſtituti, *Lipſiæ 1698. 8.* Ordo ipſius eſt, vt præter Generalia, de Statibus primum agat, dein de Imperatore, demum de forma Imperii. In hoc, cum ſæpius refutaſſet Vitriarium, & maxime reprehendiſſet, quod Inſtitutionum methodo incedat, edidit *I. I. V. L.* & *Vindicias pro Vitriario*, quas vero adnota-

notationibus caſtigauit idem Titius *1699. 12.* Tota res plerumque eo redit, an leges vſum habeant in Iure Ciuili, quod negauit Titius. Haut ita pridem denuo prodiit Titii Specimen, adiecta diſſertatione *de habitu territoriorum Germanicorum.* Circa eadem tempora prodierunt IOANNIS SCHILTERI *Inſtitutionum Iuris publici Romano-Germanici Tomi duo, Argentorati 1697. 8.* Harum primus Tomus ipſam continet introductionem Iuris publici ad methodum Inſtitutionum conſcriptam, quæ licet fontibus ſit deducta, perfecta tamen non eſt. Alter varias leges fundamentales Imperii, acta publica, reſponſa & conſilia quædam iuris publici continet.

§. XLII.

*Montzambano cum aduerſariis & ſectariis.*

Poſt medium ſuperioris ſeculi prodiit SEVERINI de MONTZAMBANO *de Statu Imperii Germanici ad Lælium fratrem liber*, qui primum prodiit *Geneuæ 1667. 12.* poſtmodum a Pacifico a Lapide *Vtopiæ 1668. 8.* editus, inde cum variis notis & ſtricturis. De auctore libri amplius non eſt diſceptandum, cum certo ſit certius, partum genuinum eſſe illuſtris viri SAMVELIS PVFFENDORFII, qui eundem conſcripſit impellente indignatione præ-

reptæ

reptæ ab alterò profeſſionis, quam ſibi deberi auctor crediderat. Licet etiam ex epiſtola, a Placcio Theatro Pſeudonymorum p. 450. inſerta, pateat, tum fratrem Eſaiam, apud Gallos dum Suecorum negotia tractantem reuidiſſe, tum etiam ſapientiſſimum Electorem, Carolum Ludouicum cenſura ſua illum adprobaſſe, & ſymbolas ſuas adieciſſe. Statim autem ac prodiret libellus, diuerſa hominum ſenſa prodebantur. Prout enim hominum animi huc vel illuc abripiebantur, iudicabant de hoc libello. Erant, quibus libellus mirum in modum adrideret, eo quod ex eodem integra Status Germanici cognitio pateret, vitia & morbi ſatis clare fuerint detecti, vt ſingulis oculi aperirentur ad medelam corpori tam morbido adhibendam. Alii e contrario nimiam ſcribendi libertatem & quod tam facile morbos Imperii detexerit, Germanosque irriſui expoſuerit, in eodem reprehendebant. Exinde plures fuerunt, qui ſtricturas potius quam notas in dictum libellum conſcriberent. Primus erat MARTINVS SCHOOCKIVS. qui tecto nomine ſcripſit *Exercitationes XII. quibus Seuerini de Monzambano ad modum promulſidis Tractatus de Statu Imperii Germanici diſcutitur & quædam Chreſimo, plura Obelo notantur*, cis

Nn *Vero-*

Digitized by Google

*Veronam apud Seuerum Miſoſycophantum* 1668. 12. Alter erat PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS, qui recuſo Monzambani ſcripto, ſub nomine PACIFICI a LAPIDE *notas* addidit & *ſtricturas*, *Geneuæ* 1668. 8. qui tamen pro more diuagatur, ſæpe etiam aliqua reprehendit, quæ minime erant reprehenſione digna. Prodierunt poſthæc Seuerini de Montzambano *de Germana Imperii Germanici forma ad Lælium fratrem litteræ ſecretiores*, quibus auctor in ſententiis ſuis ſibimet ipſi diffidens inducitur, cuius auctorem faciunt IOANNEM LODOVICVM PRASCHIVM. CHRISTIANVS a TEVTEBVRG in *ſolida & neceſſaria diſquiſitione de forma imperii Romano-Germanici* caput ſextum potiſſimum de forma imperii refutauit 1668. 12. IOANNES VLRICVS ZELLERVS publica declamatione in academia Tubingenſi diſquiſitionem *de ſtatu Imperii Germanici contra Monzambanum* inſtituit. Singulis hiſce reſpondet Puffendorffius in *diſſertatione* ſua *de republica irregulari*, in qua latius ſententiam ſuam exponit. Contra hanc CAROLVS SCHARSCHMIDIVS peculiarem diſquiſitionem publicauit *de republica monſtroſa*, cui autem ſub nomine IOANNIS ROLETI, Palatini, oppoſitus eſt *Scharenſchmidius vapulans*,

*pulans*, *Stralſundæ* 1678. 8. ſatyrice nimis ſcriptus. Alii vero dictum librum Commentariis ſuis illuſtrarunt. Inter hos primus eſt VLRICVS OBRECHTVS, qui duas aut tres exercitationes ſub titulo *ſpeciminis* publicauit *Argentorati* 1687. 4. IOANNIS GEORGII KVLPISII Commentarius prodiit *Stutgardiæ* 1688. 8. Poſt eum CHRISTIANVS THOMASIVS Monzambano cum notis edidit, *Halæ* 1695. 8. atque ex recentiori editione, *Halæ* 1714. 8. quibus multa obſcurius dicta illuſtrat, ipſius autem aduerſariis hinc inde reſpondet. Aliqua etiam in textu emendat, idque ex autographo Pufendorfiano. Haut ita pridem IACOBVS PAVLVS GVNDLING textum ſaltim Montzambano edidit *Coloniæ ad Spream* 1706. 8. eundemque ad exempla ab ipſo Pufendorfio paullo ante obitum emendatum. Hinc GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS eundem librum cum notis edidit *Lipſiæ* 1708. 8. Quantum ad textum emendatum, Gundlingii editionem fuit ſecutus, ita tamen, vt vncis includeret, quæ in prioribus editionibus reperiebantur. In notis potiora ex Kulpiſio, Obrechto, Oldenburgero & Thomaſio ſelegit, paucis de ſuo adiectis. Germanico idiomate idem liber prodiit, hoc titulo: *Kurtzer doch gründlicher Bericht*



Digitized by Google

*von dem Zuſtand des H. R. R. Teutſcher Nation, Leipzig 1709. 8.* Verſio non ſemper adeo eſt accurata, notæ tamen textui ſubiectæ, eundem illuſtrant. Præmiſſa eſt Hiſtoria libri, & ſubiecta Diſſertatio de vita, fatis & ſcriptis Puſendorfii, quo hunc libellum etiam probe illuſtrant. Poſt Monzambanum bini fuerunt Scriptores, qui ad eiusdem exemplum ſimilia tentarent, neque tamen felici ſatis ſucceſſu. Primus eſt CONSTANTINVS GERMANICVS ſiue OLDENBVRGERVS in *Itinerario Germaniæ politico*, in quo magna cum libertate vitia aularum Germaniæ perſtringit, ſed diffuſum eſt ſcriptum ſæpe etiam ineptum. Alter eſt PAVLVS MARCKMANNVS, ſub quo nomine MECHOVIVM quendam latere compertum eſt. Hic enim *binas epiſtolas* edidit, in priori ex vnionis Hiſpaniæ & Galliæ molitionibus occultis, ſed plane periculoſis, quippe ad monarchiam Europæ nitentibus *de futuro Germaniæ ſtatu* iudicat, *Veronæ 1702. 8.* Altera, quam ſub DIETERICI MARCKMANNI nomine publicauit, demonſtrare voluit, vnionem Galliæ & Hiſpaniæ inſtitutum Pontificium eſſe, *Cremonæ 1704. 8.* Multa ex hiſtoriis priorum temporum proponit, neque tamen eodem iudicio, nec eodem ſelectu ac Puſendorfius.



Digitized by Google

## §. XLIII.

Inter compendia germanice edita habemus EITEL FRIDERICHS von HERDEN *Grund-Veſte des Heiligen Rœmiſchen Reichs*, quæ ſæpius edita, cuius verus auctor eſt RVDOLPHVS HEIDEN Conſiliarius Vinarienſis, non Gothanus, vt Placcius contendit. Hæc autem ad hiſtoriam, ſolennitatem & iura Comitiorum, quibus ipſe interfuit, multum conducit. Recentiſſimæ editioni, quæ *Francofurti 1706. 8.* prodiit, acceſſit *Bedencken über die Grund-Veſte des Heil. Rœmiſchen Reichs*, cuius auctor eſt perilluſtris LYNCKERVS, qui in hoc ſcripto de ſtatu & forma Imperii egregie iudicat. Acceſſit etiam IO. HENRICI BOECLERI *ausführlicher Bericht von dem Heil. Rœmiſ. Reich Teutſcher Nation*, Capitulatio Ioſephi, Actus Electionis & Coronationis Ioſephi, & Matricula Imperii. Auctor der *Beſchreibung des Heiligen Rœmiſchen Reichs Teutſcher Nation*, quem GEORGIVM ACHATIVM HEER vulgo faciunt, non omnia exhaurit. ABRAHAMVS BENEDICTVS RAVTNERVS ſcripſit *Anführung zur Teutſchen Staats-Kunſt*, *Sultzbach 1672. 8.* quam ad filium ſcripſit, quem introducere cupit in omnibus, quæ ad prudentiam politicam & iuris

*Compendia Iuris publici Germanico & Gallico idiomate ſcripta.*



Digitized by Google

publici ſpectant, ſed prima tantum ſunt fundamenta, quæ adducit. Capitulationes tamen varias & matriculam inſeruit. Haut ita pridem prodiit *Teutſcher Reichs-Staat oder ausführliche Beſchreibung des Heiligen Rœmiſchen Reichs Teutſcher Nation, nebſt præfigirter Bibliotheca Iuris Publici, Leipzig 1706. 4.* Hanc primam editionem altera ſecuta fuit, *Lipſiæ 1709. 4.* in qua præfixo pſeudonymo IO. SYLVERIO Germano, Bibliotheca CHRISTOPHORO LAVRENTIO BILDERBECKIO tribuitur. De Bibliotheca iam in ſuperioribus dictum: quantum ad ipſum tractatum, collectio eſt inordinata, non ex fontibus, verum ex compendiis Iuris publici, potiſſimum Zechii Heroldo Europæo depromta. Adiecit hinc inde breues quasdam notas Bilderbeckius. Succeſſit pars ſecunda *des Reichs-Staats, Leipzig 1707. 4.* qua ſpeciatim recenſet Principes & Status Imperii, quæ plerumque ex Heroldo fuerunt deſumta. Altera editio prodiit *Lipſiæ & Francofurti 1709. & 1710. 4.* Cuius Tomo ſecundo Bilderbeckius, Præfationem præmiſit, in qua contra hancce cenſuram diſputat. Verum, licet non omnem ſcripto laudem denegare auſim, ſic cuilibet Scriptori facile patebit, an ex veris fontibus fuerit depromtum. Interim nec Autori

nec

nec aliis quibuslibet iniuriam facere animus eſt, nec libri bonitati quidpiam derogare. Si qui meliora de hoc ſcripto iudicent, meis vero derogent, mihi perinde erit. Gallico idiomate prodierunt *du May douze dialogues ſur l' etat de l' Empire, imprimé a Montbeliard* 1665. 12. 2 vol. & *Sr.* HEIS *hiſtoire de l' empire à Paris* 1684. 4. & *Hagæ Comitum* 1685. 12. vtrique tamen parum ſunt vtiles. Haut ita pridem prodiit MEYERI *nouueau pregout du droit public, qui traitte de l' Election & du Couronnement des Rois des Romains & de Pruſſe, des regales reſeruées & communiquées, de la forme du Gouvernement, auec encor beaucoup d' autres choſes remarquables, à Bareit* 1708. 8. gallice & germanice. Sed potius dialogi ſunt ad perdiſcendam linguam Gallicam vtiles, quam vt aliqua illuſtrent in iure publico.

§. XLIV.

*Scriptores ſyſtematum iuris publici.*

Inter ſyſtemata referuntur primo ſcriptores illi, qui de iurisdictione egerunt, inter quos eſt TOBIAS PAVRMEISTERVS, qui olim magni fiebat, cuius editiones anteriores meliores ſunt illa, quæ *Helmſtadti* 1670. 4. prodiit. Multa quidem ex Archiuis proponit, varios tamen errores quoque committit. Sic etiam de rebus

imperii in tractatibus ſuis de iurisdictione diſſeruit MATTHIAS & IOACHIMVS STEPHANI, atque CHRISTOPHORVS BESOLDVS, qui tamen ad politicam potius faciunt. THEODORVS REINKING de *regimine ſeculari & eccleſiaſtico* vniuerſum complexum Iuris publici ſibi proponit, aſt a nimio vſu iuris Ciuilis & partium ſtudio notatur, & quod Monarchiam Imperatoris adſerere non dubitat, eius editio eſt optima, quæ *Francofurti 1669. 4.* prodiit. Iſti autem ad illuſtrationem Iuris Publici quodammodo faciunt, iuſtum vero ſyſtema non conſtituunt. Primus, qui in artis formam ius publicum redegit, eſt DOMINICVS ARVMÆVS, qui in quinque voluminibus de *iure publico imperii*, & ſuos & aliorum labores congeſſit *1620. 4.* editos. Diſſertationes ſunt in omnes iuris materias ſuo ordine diſpoſitæ, quæ tamen cum a Reſpondentibus elaboratæ, non vbique parem induſtriam ferunt. Secutus eundem eſt IOANNES LIMNÆVS, qui nouem libros de *iure Imperii Romano-Germanici* ſcripſit, *Argentorati 1629. 4.* quibus deinde duos additionum tomos ſubiecit, vt ſuppleat, quæ in prioribus omiſſa, in varias Imperatorum Capitulationes quoque fuit commentatus. Tertium additionum tomum adiecit AHAS-

AHASVERVS FRITSCHIVS, *Norimbergæ 1680. 4.* editum, ex recentioribus potiſſimum actis, quibus etiam adnotationes ad inſtrumentum pacis addidit. Edidit eadem Limnæi opera cum nouis additionibus IOANNES SCHILTERVS. Quod ſi laborem Limnæi inſpicimus, multa congeſſit, pauca digeſſit, ſæpe etiam aliena & extera intermiſcens, alias iura Statuum plenius adſtruit: vtilis tamen & locorum communium inſtar eſſe poterit. Monzambano in præfatione ita de eodem iudicat: *vti exteriorem Imperii Germanici faciem ſic ſatis inde licet cognoſcere, ita illud abſurdum valde videtur, quod, cum vbique febriculoſam iuris ciuilis notitiam oſtentaret, ac quidquid vſpiam legiſſet, audiſſetque, eodem compingeret, nihil ibidem deprehenderetur, quod vel mediocrem politices ſolidioris cognitionem ſaperet.* PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS ex operibus hisce *Limnæum enucleatum* edidit *Geneuæ 1670. fol.* aſt ſine iudicio, cum alia, quæ vel maxime neceſſaria, omiſerit, ſuperflua alia addidit, aliorumque labores expilauit, alias magnæ molis Opus eſt, in quo multifariam rerum notitiam licet reperire. IVSTI SINOLTI, vulgo dicti SCHüTZII, *collegium iuris publici de ſtatu Rei Romanæ* ex variis diſſertationibus, ipſo præſide ventilatis, eſt



Digitized by Google

compoſitum. Auctior atque emendatior eſt editio, quæ per CAROLVM SCHARSCHMIDIVM edita *Francofurti 1682. 4.* Et licet ob auctorum diuerſitatem imparem animaduertere liceat induſtriam, varia tamen ex propria experientia & rerum geſtarum praxi adnotauit Schützius, frequentius autem, ac par eſt, ad Ius Ciuile prouocat. Ex pontificiis HERMANNVS HERMES *faſciculum iuris* edidit *Salisburgi 1693. 4.* qui tamen in plerisque papizat, alias Limnæi aliorumque labores compilauit, atque ad ius Ciuile quam ſæpiſſime prouocauit. Eundem fere morem ſeruauit PETRVS OSTERMANNVS in *diſputationibus iuris publici*, *Coloniæ 1629. 4.* Magnæ molis opus eſt CHRISTIANI GASTELII de *ſtatu publico Europæ*, *Noribergæ 1675. f.* quod, licet non adeo ſingularia contineat, quæ non apud alios maiori cum iudicio reperiantur, multa tamen inſeruit acta publica, quæ principum iura inter ſe varie illuſtrant. Varia etiam intermiſcet, quæ ad ius publicum aliorum Regum ac Statuum Europæ faciunt. ERICI MAVRITII & IOANNIS STRAVCHII hac in parte ſpecimina extant, quæ tamen, cum morte præuenti, continuare non potuerunt. Idem inſtitutum eſt IOANNI WERLHOFIO, qui integram Iuris publici pru-

Digitized by Google

prudentiam certis diſſertationibus abſoluere conſtituit. Edidit enim *Notitia Sac. Rom. Imperii enucleata & in ſuccinctas theſes memoriales digeſta, ſpecimen primum, Helmſtadti 1695. 4.* quo generalia iuris publici principia abſoluit. Inſecutum eſt *ſpecimen ſecundum, Helmſtadti 1695. 4.* quo de Germania antiqua, populisque Germaniæ, initiis & incrementis regni Francici agit. Materiam de ortu & nominibus Imperii Romano-Germanici tertio ſpecimini deſtinauit. Haut ita pridem Eiusdem *Iuris Publici enucleati Caput primum, de iuris publici prudentia & ſecundum de origine Imperii Germanici, Helmſt. 1706. 4.* prodiit, IO. WOLFGANGI TEXTORIS *Ius Publicum Statuum Imperii, Tubingæ 1701. 4.* Statuum ſaltim iura illuſtrat. Haut ita pridem prodiit ADAMI CORTREII *Corpus Iuris Sacri Romani Imperii Germanici,* cuius Tomus Primus prodiit *Francofurti ad Mœnum 1707. f.* Continet iſte pacificationem Cæſareo-Gallico-Nouiomagenſem, pacificationem Cæſareo-Suecico-Nouiomagenſem, pacificationem Cæſareo-Rysvvicenſem, Sacri Imperii Ordinationem Executionis, Matriculas diuerſas, Concordata nationis Germanicæ, cum obſeruatis hiſtorico-politicis. Tomus ſecundus ſiſtit Transactionem Paſſauienſem cum obſeruatio-

uationibus, & prodiit *Francofurti 1707. f.* Succeſſit Tertius Tomus, *Francofurti 1709. f.* quo comprehenditur conſtitutio pacis profanæ & religioſæ cum obſeruatis hiſtorico-politico-iuridicis, plures etiam promittuntur. Poſthumo Opere prodiit *Tomus Quartus*, ſiſtens obſeruata Hiſtorico-Politico-Iuridica ad materiam de Nono Electoratu, de Statu Ciuitatis Bremenſis & de Regali Poſtarum Iure, Electoribus & Principibus Imperii competente, qui curante filio, Erneſto Ludouico Cortreio prodiit *Lipſiæ 1710. 4.* Pleraque deſumta ſunt ex Collectaneis Io. Krullii, qui Cancellarius olim Magdeburgicus & legatus ad pacis Weſtphalicæ uegotium fuerat. Huius enim Manuſcripta cum filia adeptus Cortreius, poſtmodum continuauit. Negandum non eſt, inſerta eſſe multa lectu digniſſima ex protocollo Krulliano, verum integrum opus inordinatum eſt, ſine ſelectu conſarcinatum.

### §. XLV.

*Scriptores de diuerſis iuris publici materiis coniunctim editis.*

Alii fuerunt, qui variorum de diuerſis iuris materiis congeſſerunt labores. CONRADVS BIERMANNVS primus illud egit. Potiores ex hisce congeſtos videmus in *Nucleo iuris publici*, qui *Gieſſæ* editus, *diſputationibus* Baſileenſibus & Repræſentatione

tatione *Reipublicæ Romano - Germanicæ* a TOBIA OELHAFEN edita, *Noribergæ* 1657. 4. Continetur in eadem PETRVS de ANDLO de *Imperio - Romano - Germanico*, cùm notis Marquardi Freheri. GERLACVS BVXTORFIVS in *ſeptem capita priora Aureæ Bullæ.* MARQVARDI FREHERI *Commentarius ad Auream Bullam Caroli IV, de legitima tutela curaque electorali.* CHRISTOPHORI GEWOLDI *antitheſis ad Marquardum Freherum.* MARQVARDI FREHERI *epiſtola reſponſoria ad Chriſtophorum Gewoldum.* CHRISTOPHORI GEWOLDI *ad reſponſoriam epiſtolam Freheri replicatio.* Eiusdem *ad Freherum epiſtola monitoria.* MARQVARDI FREHERI *ad Chriſtophori Gewoldi epiſtolam monitoriam de ſuſcepta ſiue Recepiſſe.* MARQVARDI FREHERI *de tutela Teſtamentaria curaque electorali libera & integra, commentatio. Sigismundi Imper. Bulla integra, cum notis perpetuis Freheri. Rupertorum, Senioris & Iunioris, qui poſtea Rex Romanorum disquiſitio de Minorennibus anno 1398.* MARQVARDI FREHERI *Commentariolus ad Caput VII Aureæ Bullæ Carolinæ de ſucceſſione Principum in primogenitis & hæredibus eorum.* Eiusdem de *Principum iuniorum Electoralibus Domibus natorum inſtitutione in Grammatica, ſeu lingua*

*latina*

Digitized by Google

*latina. Conſtitutio Adolphi, Romanorum Regis de inſulis Rheni & diuerſis aliis capitulis cum commentario Marquardi Freheri.* Eiusdem FREHERI Φιλοπόνημα de *ſtatu Caroli M.* CHRISTOPHORI GEWOLDI commentarius de *electoratu.* GEORGII HORNII diſputatio de *Palatinatu Superiore & electoratu Rheni.* IOACHIMI CLVTENII *diſſertatio de Comitiis Sac. Rom. Imperii electoralibus.* AHASVERI FRITSCHII *Electa iuris publici Romano-Germanici*, prodierunt *Francofurti 1672. 4.* His continentur variæ de diuerſis materiis diſſertationes, de adflicto reipublicæ Germaniæ ſtatu, de ſecuritate Imperii domi foriſque conſeruanda, de æqualitate inter ordines Imperii ſeruanda, de quibusdam Comitum Imperii grauaminibus, de tuenda iurisdictione Imperii aduerſus exterorum principum molimina, de confœderationibus Principum Imperii cum exteris, de vulgato illo axiomate: cuius eſt regio, eius etiam eſt religio, de Reſeruato eccleſiaſtico, vulgo Geiſtlicher Vorbehalt, de pacificatione votorum ratione diuerſitatis religionis, de erectione noui dicaſterii Imperialis & Translatione Cameræ Spirenſis & eius ſuſtentatione, de executione ſententiarum in aulico Iudicio Imperii latarum, de fundatione octaui Electoratus,

de

Digitized by Google

de nouis ſtatibus Imperii, de auxilio Turcico, de Titulatura, de reformatione Calendarii, de ſtatu rei monetariæ, de prætenſione regis Galliæ in Flandriam. Succedunt IOANNIS STRAVCHII *diſſertationes Iuris Publici de controuerſiis quibusdam illuſtribus ſuperiori ſeculo ſcriptis publicis agitatis, Gieſſæ 1679. 4.* Hæ antehac ſub titulo *Exotericarum* prodierant, & continent diſſertationem de Statu totius Europæ currente ſeculo XVI, de cauſſis & controuerſiis illuſtrium familiarum circa electionem Imperatorum, de trium ſecularium Electorum controuerſiis circa electionem Imperatoris, de illuſtribus circa ſtatum eccleſiaſticum, de Lutheri excommunicatione & proſcriptione, de cauſſa proteſtationis, appellationisque Ordinum Proteſtantium, de conciliis & colloquiis religionis controuerſæ cauſſa habitis, de tumultu Packiano, impreſſione in epiſcopatum Moguntinum, Herbipolenſem & Papæbergenſem, eorumque expilatione, de eiectione & reſtitutione Ducis Würtenbergenſis, de iuribus quibusdam Saxonicæ Domus in controuerſiam fruſtra adductis, de controuerſiis quibusdam inter Landgrauium Hasſiæ & alios principes exercitis, de recuſatione iudicii Cameralis, de ſtatu Germaniæ poſt debellatos Smalcaldici

fœde-

Digitized by Google

fœderis ſocios; de transactione Paſſauienſi, pacificatione Auguſtana & reſeruato eccleſiaſtico, de partibus Romani Pontificis circa electionem Imperatoris. HERMANNI CONRINGII *exercitationes academicæ de republica imperii Germanici*, poſtea in vnum volumen redactæ prodierunt *Lipſiæ 1677. 4.* Continent autem exercitationes nouem de *Germanici Imperii Ciuibus*, *Imperatore*, *vrbibus*, *ducibus*, *comitibus*, *ſeptemuiris*, *iudiciis*, *comitiis*, *negotiis præcipuis*, *officialibus & conſtitutione epiſcoporum Germaniæ*. IOANNIS FRIDERICI RHETII *diſputationes Iuris Publici vndecim*, *Francofurti 1678. 4.* agunt de Statuis Rolandinis, de iure Statuum Imperii circa ſacra, de ſeculariſatione, de ſtatu Germaniæ circa ſubditos, de iure portionis alimentariæ, de dignitatibus Imperii Germanici, de abſoluta Principis poteſtate, de acciſis, de pace, de iure portuum, de ſarcina emigrantium. AHASVERVS FRITSCHIVS in *Exercitationibus Iuris Publici*, *Rudolſtadti 1667. 4.* variorum in diuerſis Academiis traditas Diſſertationes congeſſit. IOANNIS VOLCKMARI BECHMANNI *Exotericæ Exercitationes Iuris publici*, *Ienæ 1670. 4.* has, quæ ipſo Præſide fuerunt ventilatæ continet. Poſt mortem ipſius prodiit *Commentationum atque Opuſculorum Volumen*

Digitized by Google

*lumen ſecundum*, ex ſelectis Iuris nec non Geographiæ & Hiſtoriæ antiquæ Germanicæ argumentis, *Francofurti 1713. 4.* IO. GEORGII KVLPISII *diſſertationum academicarum volumen*, *Argentorati 1705. 4.* comprehendit præter alia diſſertationem de obſeruantia Imperii, de placitis Ordinum Imperii, de adoptionibus & emancipationibus Principum, de origine & conſtitutionibus Iuris publici Germanici, de vnitate Reipublicæ in Sacro Romano Imperio & Tractatum de legationibus Statuum Imperii. Alias ſpeciales quasdam Iuris publici quæſtiones examinauit NICOLAVS CHRISTOPHORVS LYNCKERVS in diſſertatione, qua exprimuntur *fontes deciſionum illuſtrium ad Ius Publicum*, *Ienæ 1695. 4.* in quo etiam opinio ipſius de forma Monarchica defenditur. Talia etiam ſunt GEORGII HENRICI BRUCKNERI *Curioſa Iuris Publici, Erfurdiæ 1688. 4.* ERICI MAVRITII *diſſertationes & opuſcula de ſelectis iuris publici*, *feudalis & priuati argumentis* coniunctim edidit IOANNES NICOLAVS HERTIVS, *Francofurti ad Mœnum 1692. 4.* Singulæ ordine & cum magna induſtria ſunt elaboratæ. Separatim prodierunt Diſſertationes quædam WAGENSEILII, LYNCKERI atque COCCEII, quæ præcipuas materias illuſtrant egregie.

## §. XLVI.

*Scriptores de Maieſtate & ratione Status Imperii.*

Inter particulares ſcriptores habemus alios. Faciunt huc primum qui de maieſtate eiusque iuribus egerunt. RICARDVS DIETERVS de ea *decades XII* propoſuit *Hanouiæ 1614. 4.* HENNINGVS ARNISÆVS, *Argentorati 1635. 4.* & præ cæteris CASPAR ZIEGLERVS de *iuribus Maieſtatis*, quod ſcriptum eſt egregium, prodiit *Witteberga 1668. 4.* De *ratione ſtatus* notum eſt ſcriptum HIPPOLYTI a LAPIDE, quod primum *Freyſtadti 1646. 4.* poſt *Freyſtadti 1647. 12.* editum, cuius BOGISLAVM PHILIPPOM CHEMNITIVM auctorem faciunt. Hic liber olim inter prohibitos habebatur, eo quod de extirpanda domo Auſtriaca agat. Hoc tamen certum, quod Liber hicce multo cum iudicio ſit conſcriptus, atque ex Legibus Imperii declaratus. Iniurius tamen in domum Auſtriacam. Contra hoc ſcriptum prodierunt *Unpaſſionirte Gedancken wider des Hippolyti de Lapide von dem Hochlœblichen Hauſe Oeſterreich*, quod ſcriptum accesſit Comitiologiæ Ratisbonenſi, *Francofurti 1657. 4.* Animaduerſiones contra ſcriptum illud edidit IOANNES SLUTERVS, *Hamburgi 1653. 12.* & poſt eum FRIDERICVS CHRISTIANVS BRVGGEMANNVS de *ſtatu & ſcopo*

*reipublica Germanica, Ienæ 1667. 4.* qui veritate quidem vincit Hippolytum a Lapide, non æque iudicio. Adnotationes autem IOANNIS HENRICI BOECLERI, *Argentorati 1674. 4.* editæ a profundiore argumentorum indagatione commendantur, ex quibus contra Hippolytum diſputat. Melius *rationem ſtatus Germaniæ* expreſſit IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR in ſcripto peculiari, *Altdorfi* edito *1667. 4.* qui præferendus eſt ARNOLDO MAVRITIO HOLTERMANNO de eadem materia, *Marpurgi 1677. 4.* Partibus Auſtriacis nimium fauere videtur *Conſilium oder kurzer Unterricht, darinn klarlich aus vier Argumenten und ſechs politiſchen Urſachen dargethan und bekræfftiget wird, daß Teutſch-Land nunmehr nicht ein Frey Wahl-Reich, beſondern nur einig und allein dem Læblichen Hauſe Oeſterreich lineæ Germanicæ zuſtændig ſeye, daſſelbe auch hinfüro keinen Competitorem mehr habe, Authore AUSTRIACO POLITICO 1625. 4.* Ruinam e contrario atque caſum domus Auſtriacæ minatur auctor ſcripti, cui eſt titulus: *Sonderliche Frage, ob nicht des Erz-Herzoglichen Hauſes Oeſterreich Ruin, Fall, Aus- und Abſchaffung von des Ræmiſchen Reichs Cron und Scepter clar, und für der Thür, 1633. 4.* cuius auctor IOANNES



Digitized by Google

GEISLANIVS dicitur. Sed hic autor ſubinde ad deciſionem cauſarum publicarum Imperii noſtri leges Romanas inepte allegat, vnde quid de eodem iudicandum, harum rerum periti facile æſtimarint.

## §. XLVII.

*Scriptores de ſtatu & iuribus Imperii Romano-Germanici.*

De Imperio Romano-Germanico plures habemus tractatus. PETRVS de ANDLO libros duos ſcripſit *de Imperio Romano*, quos cum notis edidit MARQVARDVS FREHERVS, *Heidelbergæ 1603. 4.* qui ſtatum priſtinum Imperii & quid circa electionem Imperatoris iuris olim fuit, declarauit, multa tamen in eo contra hiſtoriæ fidem animaduertere licet. LVPOLDVS de BEBENBVRG *de iuribus regni & imperii, Argentorati 1664. 4.* In hoc autem de origine & progreſſu Imperii agit, de iure eligendi Imperatorem, & quod iſte a Papa non dependeat. Denuo prodiit cum notis Marquardi Freheri, curante Matthia Berneggero, *Heidelbergæ 1664. 4.* Adiectus eſt HIERONYMI BALBI *de coronatione liber.* ANTONIVS AFFELMANNVS *de Imperii Romano-Germanici capite & eius membris* ſcripſit *Roſtochi 1624. 4.* De *origine & progreſſu Romani Imperii* varios auctores congeſſit IOA-

CHI-

CHIMVS CLVTENIVS, *Offenbachi 1610. 8.* ANTONII COLERI & IVSTI GEBHARDI tractatus *de iure imperii Germanici* extant in nucleo iuris publici. ATTALARIVS EGENOLPHVS *pro ſacra Regia Maieſtate, pro libertate, ſalute & gloria Germaniæ* ſcripſit, *Francofurti 1652. 8.* IOANNES THEODORVS SPRENGERVS *de ſtatu S. R. Imperii, Francofurti 1665. 12.* De *Imperiali iurisdictione, auctoritate & praeminentia Imperii atque iuribus regni ſyntagma tractatuum* extat a SIMONE SCHARDIO, *Baſileæ 1566. f.* congeſtum, atque denuo editum *Argentorati 1609. f.* Continentur in eodem WALTRAMI Numburgenſis tractatus *de vnitate eccleſiæ conſeruanda, & ſchiſmate, quod fuit inter Henricum IV & Gregorium VII.* Eiusdem tractatus *de inueſtitura epiſcoporum per Imperatores facienda*, DANTIS ALIGHERII *monarchia, Chronica* Magiſtri IORDANIS, *qualiter Romanum Imperium translatum fuit in Germanos*, Fr. IOANNIS de PARISIIS tractatus *de poteſtate regia & papali*, MARSILII PATAVINI tractatus *de translatione imperii*, RVDOLPHVS de COLVMNA *de translatione imperii*, LVPOLDVS de BABENBERG *de iuribus regni & imperii Romani*, Eiusdem *libellus de zelo catholicæ fidei veterum Principum Germano-*



Digitized by Google

*manorum*, FRANCISCVS de ZABARELLIS *de ſchiſmatibus, auctoritate Imperatoris tollendis*, THEODORICVS a NIEM *de priuilegiis & Iuribus Imperii circa inueſtituras epiſcopatuum & abbatiarum*, NICOLAVS de CVSA *de Concordantia Catholicâ*, ÆNEAS SYLVIVS *de Ortu & auctoritate imperii Romani*, LAVRENTIVS VALLA *de falſo credita, & ementita Conſtantini donatione*, MICHAEL COCCINIVS *de imperii a Græcis ad Germanos translatione*, SIMON SCHARDIVS *de electorum origine*. Hoc igitur Opere iura Imperatoris ſupra Papam potiſſimum videmus defenſa. Eiusdem fere argumenti eſt MELCHIORIS GOLDASTI *Monarchia S. Rom. Imperii ſ. Tractatus de Iurisdictione Imperiali ſeu regiæ, & pontificia ſeu ſacerdotali, deque poteſtate Imperatoris ac Papæ, cum diſtinctione vtriusque Regiminis, Politici & Eccleſiaſtici.* Primus Tomus, qui *Hanouiæ 1612. f.* prodiit, continet. AGOLARDI *epiſtolam de Monarchia Imperii Francici*. HINCMARI *admonitionem de poteſtate regia & pontificia*. EVTROPII *Tractatum de iuribus ac priuilegiis Imperatorum in Imperio Romano*, PETRI CASSIODORI *epiſtolam de tyrannide pontificis Romani in iura Regni & Eccleſiæ Anglicanæ*. GVILIELMI OCKAMI *diſputatio-*

*tationem ſuper poteſtate prælatis Eccleſiæ, atque Principibus terrarum commiſſa.* HENRICI CHACHEMII *informationem de Nullitate Proceſſuum Papæ Iohannis XXII contra Ludouicum Imp.* GVILIELMI OCKAMI *Tractatum de iurisdictione Imp. in cauſſis matrimonialibus.* ANONYMI *Tractatum de ætatibus Eccleſiæ, contra primatum & ſuperioritatem Papæ*, NILI *de Primatu Papæ libros II*, RVDOLPHI PRALLEI *Tractatum de poteſtate Pontificali & Imperiali ſeu Regia*, PHILOTHEI ACHILLINI *Somnium viridarii de Iurisdictione Regia & Sacerdotali; Pariſienſis, Oxonienſis, Pragenſis & Romanæ Academiarum epiſtolam de auctoritate Imperatorii & ſchiſmate Paparum tollendo*, IO. HVSSI *determinationem de ciuili dominio Clericorum*, ANONYMI *cuiusdam Græci diſceptationem cum Cardinalibus Romanis, de Primatu Papæ libros II*, IO. CHARLERII *opuſculum de excommunicationis valore. Ei. reſolutionem circa materiam excommunicationum & irregularitatum*, ANTONII ROSELLI *Monarchiam*, GREGORII HEIMBVRGII *admonitionem de iniuſtis vſurpationibus Paparum Rom. ad Imp. Reges & Principes Chriſtianos*, M. WESSELII *Tractatum de dignitate & poteſtate eccleſiaſtica, Ei. propoſitiones de poteſtate Pa-*

*pæ & eccleſiæ*, *Ei. reſponſionem de poteſtate Papæ & materia indulgentiarum*, IAC. ALMAINI *expoſitionem de ſuprema poteſtate eccleſiaſtica & laica*, BEATI RHENANI *præfationem in Marſilii Ficini defenſorem Pacis*, GEORGII WICELII *adhortatiunculam ad Archiepiſcopum Moguntinum vt vocetur Concilium*: STEPHANI, *Epiſcopi Wintonienſis orationem de vera obedientia*, IO. BEKINSAV *de ſupremo & abſoluto Regis Imperio librum vnum*, CLAVDI GOVSTÆI *Tractatum de Poteſtate Regia in Eccleſia*, ISAACI CASAVBONI *de libertate eccleſiaſtica librum ſingularem*, *Narrationem veriſſimam eorum, quæ in diſputatione publice propoſita Pariſiis de abſoluta Papæ poteſtate.* Secundus Tomus prodiit *Francofurti 1614. f.* qui continet AMBROSII *epiſtolam de poteſtate Imperiali & Epiſcopali*, HIERONYMI *Epiſtolam ad Euagrium, de differentia epiſcopi & presbyteri*, *Ei. Tractatum de correctione, vita & conuerſatione Epiſcopi & Clericorum.* GREGORII M. *epiſtolas de obedientia erga Imperatorem, & de nomine vniuerſalis Papæ in Eccleſia Catholica non vſurpando*, B. AGOLARDI *Tractatum de comparatione vtriusque regiminis, eccleſiaſtici & politici*, PETRI DAMIANI *Tractatum de Correctione Epiſcopi & Papæ*, *Ei. diſceptationem ſynodalem inter*

*Imperii*

*Imperii Romani Aduocatum, & eccleſiæ Romanæ defenſorem, de electione Pontificis Romani*, BERNHARDI *epiſtolas de iuribus Imperii & ſacerdotii. Ei. de conſideratione ad Engenium III Papam, libros V. Innocentii III epiſtolam Decretalem pro iure Regis & Regni Francorum.* RADVLPHI COLVMNÆ *Tractatum de translatione Imperii*, ÆGIDII ROMANI *quæſtionem pro & contra pontificiam poteſtatem*, IOANNIS PARISIENSIS *Tractatum de poteſtate Regia & Papali.* MARSILII PATAVINI *Tractatum de transactione Imperii. Eiusdem Defenſorem pacis, de poteſtate Imperiali & Papali.* GVILIELMI OCKAMI *octo quæſtionum deciſiones ſuper poteſtate ſummi Pontificis. Eiusdem Dialogum de Poteſtate Imperiali & Papali. Eiusdem Compendium errorum Ioannis Papæ XX. de vtili dominio rerum Eccleſiaſticarum.* IODOCI BADII *ſummaria ſeu Epitomata CXXIV Capitulorum operis XC Dierum M. Guilielmi Ockami.* GVILIELMI OCKAMI *opus nonaginta dierum de vtili dominio rerum eccleſiaſticarum.* MICHAELIS CÆSENATIS *Tractatus tres contra errores Ioannis Papæ ſuper vtili dominio Eccleſiaſticorum.* PETRI CVGNERII & PETRI BERNHARDI *Actionem coram Rege habitam de iurisdictione eccleſiaſtica & politica.*



Digitized by Google

MARSILII PATAVINI *Tractatum de iuriſdictione Imperatoris in cauſis matrimonialibus.* RICHARDI *defenſionem Curatorum contra eos, qui ſe dicunt priuilegiatos.* ROXERII CHANNOE *Defenſionem religionis mendicantium contra Armachanum.* FRANCISCI PETRARCHÆ *Epiſtolas de Iuribus Imperii Romani aduerſus Papam.* IORDANI *Chronicum de translatione Imperii.* THEODORICI NIEMI *Excerpta de poteſtate Imperiali & Papali.* IOANNIS CARDINI *Epiſtolam de obedientia, quatenus Papæ ſit præſtanda.* IOANNIS CARLERII GERSONIS *Tractatum de Poteſtate Eccleſiaſtica & de origine Iuris. Eiusdem concordiam, quod plenitudo poteſtatis Eccleſiaſticæ ſit in ſummo Pontifice, & in Eccleſia, quamuis omnino non ſimpliciter. Eiusdem Sermonem de Viagio Regis Romanorum ad Antipapas. Eiusdem tractatum de auferibilitate Papæ ab Eccleſia. Eiusdem Sententiam de modo habendi ſe tempore ſchiſmatis.* THEOPHORI *Tractatum, qualis fuerit ſtatus Eccleſiæ in V. & N. Teſtamento, & primitiuis temporibus.* ANONYMI *Tractatum de Vnitate Eccleſiaſtica.* GERSONIS *Tractatum de Statibus Eccleſiaſticis. Eiusdem Tractatum de modo viuendi omnium fidelium. Eiusdem Epiſtolam Pacis, ſiue ſermonem de tribulationibus ex* defe-

Digitized by Google

*defectuoſo Eccleſiaſticorum regimine adhuc Eccleſia prouenituris.* *Eiusdem Tractatum de Schiſmate.* *Eiusdem (vt putatur) alium Tractatum de Schiſmate.* *Eiusdem Quædam edita tempore Schiſmatis Eccleſia de Concilio generali vnius obedientiæ.* *Decretum Concilii Conſtantienſis ſuper futuris Conciliis celebrandis & prouiſione aduerſus futura Schiſmata.* *Eiusdem Sermonem de Pace coram Papa Benedicto.* *Eiusdem Conſiderationes de Pace prædicata coram Papa Benedicto.* *Eiusdem: Sermonem coram Papa Alexandro.* *Eiusdem Sermonem coram Papa Benedicto.* *Eiusdem propoſitionem factam coram Anglicis, Pariſiis euntibus ad Concilium Piſanum.* *Eiusdem Trilogum in materia Schiſmatis.* *Chriſtianiſſimi Regis Franciæ Carol. VI. Epiſtolam iuſtificatiuam ſubtractionum factarum a Pſeudopapa Petro de Luna, non obſtante obedientia ſuo prædeceſſori & ſibi quandoque præſtita.* *Eiusdem Diſceptationem Mendicitatis & Proprietatis, ſiue de vtili dominio bonorum eccleſiaſticorum.* *Eiusdem Sermonem factum in Concilio Conſtantienſi poſt fugam Ioannis Papæ.* *Eiusdem Tractatum, Quomodo & an liceat in cauſſis Fidei a Papa appellare, ſeu eius iudicium declinare.* *Eiusdem Tractatum contra Papam ſupra poteſtate & auctoritate Eccleſiæ.* *Eiusdem Excerpta de articu-*

*Articulis contra Papam in proceſſu producti*s. *Decreta ſacra Facultatis Theologicæ Pariſienſis, de poteſtate eccleſiaſtica; & primatu Romani Pontificis. Pauli Decretorum Aureum ſpeculum ſuper plenitudine poteſtatis Papalis.* ÆNEÆ SYLVII *Tractatum de ortu & auctoritate Romani Imperii.* IACOBI de PARADYSO *collectum de auctoritate Eccleſiæ, & eius Reformatione.* SIGISMVNDI *Archiducis Auſtriæ Proceſſum contra Papam Pium Secundum.* GREGORII de HEIMBVRG *Scholia in Breue Papæ Pii ſuper Excommunicatione. Eiuſdem Appellationem ab excommunicatione Papali.* THEODORI LÆLII *Replicam pro Papa & Sede Romana. Eiuſdem Inuectiuam in Nicolaum Cuſanum Cardinalem Papalis plenitudinis defenſorem.* IOANNIS FRANCISCI PICI *Apologiam pro Sauonarola contra excommunicationem Papalem. Sacri Concilii Turonenſis Decreta contra plenitudinem Papalis poteſtatis in temporalibus. Sacri Concilii Piſani Apologiam pro Eccleſia Catholica auctoritate contra edicta Papalia. Eiuſdem Epiſtolam ad Imperatorem pro auctoritate Eccleſiæ & Concilii generalis.* PHILIPPI DECII *Conſilium pro auctoritate Concilii generalis ſupra Papam. Eiuſdem Sermonem ſuper eadem materia, pro Iuſtificatione Concilii Piſani contra Papam Iu-*

*lium*

*lium congregati.* Tertius Tomus prodiit *Francofurti 1613. fol.* & continet VLRICI VELOVI *Tractatum, quo aſſeritur Petrum Apoſtolum nunquam Romæ fuiſſe, aduerſus prætenſum Primatum in Romana Eccleſia.* FRANCISCI GVICCIARDINI *Diſcurſum de origine Poteſtatis ſecularis in Romana Eccleſia. Innominati Auctoris Angli opus eximium de vera differentia Regiæ poteſtatis & Eccleſiaſticæ & quæ ſit ipſa veritas & virtus vtriusque.* CAROLI MOLINÆI I C. *Tractatum de origine, progreſſu & præſtantia Monarchiæ Regnique Francorum. Quæſtionem in Thomam Watſonum, aliosque nonnullos Anglos ſuper articulis quibusdam de Bulla Papali, quæ contra Reginam Elizabetham recens exierat.* FRANCISCI HOTOMANNI *Fulmen Brutum Papæ Sixti V. aduerſus Henricum Franciæ & Nauarræ Regem. Iudicium cuiusdam boni Sorboniſtæ, non addicti Ligæ, ſuper Monitorio Papæ contra Regem Chriſtianiſſimum. Innominati Auctoris Pium Conſilium ſuper Papæ Monitorialibus Bullis & excommunicationis ac interdicti in Galliæ Regem, Eccleſiam & Regnum minis.* LVDOVICI SERVINI *Vindicias ſecundum libertatem Eccleſiæ Gallicanæ, & Regii Status Gallo-Francorum.* IACOBI LESCHASSERII *Tractatum de libertate antiqua & Canonica Eccleſiæ* Galli-

*Gallicana.* LEONARDI DONATI *Ducis Venetiarum Edictum contra Bullam iniuſtam Pauli V. Papa Romani.* PAVLI VENETI *conſiderationes cenſurarum Pauli V. Papa contra Rempublicam Venetam.* ANTONII QVIRINI *Relationem rationum Reipublica Veneta difficultatibus Pauli V. Papa oppoſitarum. Theologorum Venetorum Tractatum de interdicto Pauli V. Papa contra Rempublicam Venetam.* MARCI ANTONII PEREGRINI *Reſponſum pro Decretis Reipublica Veneta.* MARCI ANTONII OTHELII *Reſponſum pro Decretis Reipublica Veneta.* IOACHIMI SCAINI *Reſponſum pro Decretis Reipublica Veneta. Reſponſionem Doctoris Theologi ſuper cenſuris ſeu excommunicatione Pauli V. Papa contra Rempublicam Venetam, & ſuper nullitate dictarum cenſurarum ſeu excommunicationis.* IOANNIS MARSILII *votum pro Republica Veneta, oppoſitum voto Cardinalis Baronii. Innominati Auctoris Sermonem Apologeticum pro Reipubl. Veneta vetuſtiſſima & incorrupta, & a maioribus ſumma virtute ſummisque laboribus parta ac conſtituta libertate,* OCTAVII MORINI *orationem de immenſa Curia Romana potentia moderanda. Eiusdem Odam in Adulatores Papa Romani.* ALEXANDRI LYSCÆ *Epiſtolam de Romana Curia rapacitate, perfidia, & tyrannide*

contra

Digitized by Google

*contra Cardinalem Baronium.* IOANNIS SIMONIS SVRDI *vel verius* IOANNIS BAPTISTÆ LEONIS *Diſcurſum ſuper poteſtate Eccleſiaſtica & Romana Curia Monarchia. Gallo Franci ad Ebilanetum Epiſtolam pro libertate Status & Reip. Venetorum.* NICOLAI CRASSI *Antiparaneſin ad Cardinalem Baronium pro Reip. Veneta. Pariſii ſiue* IACOBI LESCHASSERII *conſultationem de controuerſia inter Sanctitatem Pauli V. Papa & Remp. Venetam.* HIERONYMI VENDRAMENI *Diſquiſitiones controuerſiarum inter Paulum V Papam & Remp. Venetam vergentium.* IOANNIS MARSILII *Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in cauſſa Veneta.* PAVLI VENETI *Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in cauſſa Veneta.* VENTVRÆ VICENTINI *Conſilium ſuper controuerſia vertente inter Paulum V. Papam & Remp. Venetam, occaſione nonnullorum ſtatutorum, ac cuiusdam Cenſura.* ANNIBALIS CRANCII *Sententiam ſuper quaeſtione, an iniurias a Paulo V. Papa Veneta Reipubl. illatas, liceat bello & armis propulſare. Quaeſtionem bipartitam in Georgium Blacuellam: cuius actio prior iusiurandum de fidelitate praeſtitum; altera eiusdem iuramenti aſſertionem contra Bellarmini litteras continet.*

ASCA-

ASCANII COLVMNÆ *iudicium de iis, quæ Baronius de Monarchia Siciliæ ſcripſit. Philippi Hiſpaniarum Regis Edictum contra Tractatum Baronii de Monarchia Siciliæ.* GVILIELMI BARCLAII *Tractatum de poteſtate Papæ, an & quatenus in Reges & Principes ſeculares ius & imperium habeat.* ROGERII WIDRINGLENI *Apologiam Bellarmini pro iure Principum.* LVDOVICI SERVINI *Commonefactionem & poſtulationes aduerſus librum Bellarmini de poteſtate Summi Pontificis in temporalibus cum Arreſto Parlamenti.* BENIGNI MILLETOTI *Tractatum de Delicto communi & caſu priuilegiato, vel de legitima Iudicum ſecularium poteſtate in perſonas Eccleſiaſticas.* EMVNDI RICHERII *Librum de Eccleſiaſtica & politica poteſtate.* IOANNIS BODÆI de la GORMANDIERE *Tractatum de Iure Regum contra Bellarminum & alios Ieſuitas. Innominati Auctoris Commentatio ad Bellarmini librum de temporali poteſtate Papæ.* IOANNIS BARCLAII *Pietatem ſiue publicas pro Regibus ac Principibus, & priuatas pro Guil. Barclaio parenti vindicias aduerſus Bellarminum.* Ad ſtatum noſtrum facit egregie IOANNES HENRICVS BOECLERVS de *ſacro Romano Imperio, Argentorati 1663. 4.* qui in rationem nominis inquiſiuit.

§. XLVIII.

## §. XLVIII.

Ad iura Imperii in Papam facit SIGISMVNDI SELDII *Rathſchlag, darinn von der Kayſer und Pæbſte Gewalt, und wie weit ſich dieſelbe erſtrecke, 1612. 4.* Scriptum hoc ea occaſione editum cum Paulus IV Papa reſignationem Caroli V, & Ferdinandi I ſucceſſionem minus adprobaret, quod ſine conſenſu Papæ hæc facta. Noſtra ætate idem egregie egit, autor libri Italico primum idiomate publicati, qui Gallice prodiit, & inſcribitur: *Les Droits de L'Empire ſur l'Eſtat Eccleſiaſtique, recherchez & pleinement éclaircis a l'occaſion de la diſpute de Commachio, & des droits particuliers de la ſereniſſime Maiſon d'Eſte ſur celle ville pour ſeruir de Reſponſe tant aux deux Ecrits publiez ſous le titre de premiere & ſeconde defenſe du Domaine temporel du S. Siège, qu'a un autre Liure intitulé Diſſertation Hiſtorique &c.* acceſſit, *vne table chronologique* & vn *Appendix, qui continent les Inueſtitures imperiales & les autres pieces Iuſtificatieres concernant la Diſpute de Commachio à Vtrecht 1713. 4.* His accenſeri merentur *die Politiſche Reichs-Handel, das ganze Heil. Rœmiſche Reich, die Kayſer- und Kœnigliche Maieſtæten, Chur-Fürſten und Stænde deſſelben betreffende. Und von*

*Scriptores de Iure Imp. in Papam.*

*denſelben beydes bey letzterem Reichs-Tage zu Regenſpurg Anno 1654, und denn darauf erfolgeten Deputation-Wahl-und Crœnungs-Tægen zu Franckfurt am Mayn 1655 biß 58, und auch vorigem zu Kayſer Ottonis I, Rudolphi I, und Caroli V Zeiten abgehandelt und geſchloſſen. Aus theils itziger Zeit bewerthen Authoren, auch theils aus* Hartmanno *Mauro, Lehmanno und Goldaſto: Item der güldnen Bull zuſammen getragen durch* PANCRATIVM LAMPADIVM, *Francofurti 1661. 4.* Maximi hoc opus apud eruditos pretii hactenus fuiſſe habitum, conſtat, nec abs ratione; nam quæ aliis traditur de iuribus Imperii doctrina, ipſa praxi ex documentis publicis firmata, commodiſſime inde ſuppleri poteſt. Melius hæc declarat, inſimul de vnctione atque coronatione pontificia agit, *Ruminatio iuris ab Auguſtiſſimis Imperatoribus olim in approbandis confirmandisque Pontificibus Romanis vſurpati. Et vice verſa de aſſumta Pontificum Romanorum, temporum ſucceſſu, in ipſos Cæſares & Imperatores, nimia illorum indulgentia, confirmationis & reprobationis auctoritate. Adiecta ſimul Ludouici IV Imperatoris conſtit. in qua pontificii iſtius iuris arrogantia grauiſſime definitur. Ex veris & fidelibus hiſtoriarum monumentis, non ita pridem ab hiſtoricæ veritatis ſtudioſo*

&

*& priſci iſtius iuris Imperatorii vindice, inſtituta.* Quæ iuxta cum IO. GARSENII oratione *de pontificia Rom. Imp. coronatione* prodiit, *Hamburgi 8.* Bina hæc ſcripta Maieſtatem Imperatoriam ſolidis argumentis ſtrenuę defendunt, hinc curioſo harum rerum inueſtigatori haud abs re commendari poſſunt. Equidem partes pontificias aduerſus Theutonici Imperii libertatem præter Cardinalem Baronium, tuebatur Iacobus Gretſerus Ieſuita, dum Melchioris Goldaſti pro maieſtate imperii edita ſcripta refutare præſumeret, ſed quæ pro honore Imperatoris conſeruando faciunt aſſerta, habet *Replicatio pro ſacra Cæſarea & Regia Francorum Maieſtate, illuſtriſſimisque Imperii Ordinibus aduerſus Iacobi Gretſeri Ieſuitæ e ſocietate Loiolitarum, crimina læſæ Maieſtatis, rebellionis & falſi,* inſtituta a MELCHIORE GOLDASTO HAIMINSFELDIO. Acceſſit, *apologia Henrici IV, aduerſus Gregorii VII & aliorum patriæ hoſtium impias ac malignas criminationes, Hanouiæ 1611. 4.* Speciatim iura Imperatoris, Electorum & Principum expoſuit ANTONIVS COLERVS in ſectionibus ſuis inauguralibus præſide D. EBERHARDO SPECKHAN in Academia Iulia exhibitis 1613, quæ *ibidem 1675. 4.* cura HENRICI HAHNII denuo recuſæ, titulum ad-



Digitized by Google

ptæ ſunt: *De iure Imperii Germanici SS. Cæſarea Maieſtati, Electoribus Principibusque Viris ſingulari, & hoc maxime ſeculo controuerſo Methodica tractatio.*

## §. XLIX.

*Scriptores de forma & finibus Imperii.*

De *forma Imperii Romano Germanici* erudita extat diſſertatio perilluſtris LYNCKERI, *Ienæ 1699. 4.* in qua potiſſimum diuerſas ſententias examinat. Maxime vero egregium mihi videtur Eiusdem *Bedencken über die Grundveſte des Heil. Rœmiſ. Reichs*, in quo hanc materiam ſine habito ad Monarchiam Imperatoris reſpectu pleniſſime declarat, addimus HERMANNI CONRINGII eruditum tractatum de *finibus Imperii*, qui auctior longe prodiit *Helmſtadti 1696. 4.* Illuſtrat hanc de forma Imperii Romano-Germanici materiam WILHELMI WITZENDORFFI diſcurſus de *Status & adminiſtrationis Imperii Romani forma hodierna, Regimonti 1642. 4.* in quo Reinkingii ſententiam de ſtatu Monarchico defendit, Limnæi refutat, cui tamen IOAN. LIMNÆVS in *diſſertatione apologetica, Onoltzbaci 1643. 4.* edita, erudite reſpondet. *Varias auctorum ſententias de ſtatu ſeu forma S. R. Imperii* congeſſit IOACHIMVS HENRICVS SIBRAND, diſſertatione, *Roſtochi 1695.* propoſita.

§. L.

Digitized by Google

§. L.

De *Imperatore & Imperio Romano* ſingulari opere egit IVLIVS CÆSAR BVLENGERVS, *Lugduni 1618. f.* in quo ſtatum Imperii Romani, qui fuit primo ſeculo, erudite deſcribit, dignitatum, titulos, iura & maieſtatem Imperatoris Romani ex ſcriptoribus antiquis declarat. Sed, cum ea nos non tangant, ad alios pergimus. Ad electionem & coronationem Imperatoris facit HIERONYMI BALBI de *coronatione Principum* liber ad Carolum V, qui cum Petro de Andlo a MARQVARDO FREHERO editus, *Argentorati 1613. 4.* & cum notis MATTHIÆ BERNEGGERI, *Argentorati 1624. 4.* GOTHOFREDI de IENA extant *diſputationes quinque de electione Imperatoris*, *Francofurti 1662. 4.* Accuratior eſt Tractatus WICQVEFORTII de *l' election de l' Empereur*, qui eiusdem recentiſſimæ editioni de l' Ambaſſadeur acceſſit *à Cologne 1690. 4.* qua etiam de mutatione Imperii ex hæreditario in electitium, origine, electorum iure & ritu eligendi, Capitulatione etiam Imperii agit & Auream Bullam in Gallicum ſermonem translatam inſeruit. VLRICVS OBRECHTVS in erudita diſſertatione de *Electione Imperatoris Romano-Germanici*, *Argento-*

*Scriptores de Imper. & Imperio Romano.*

*rati 1676. 4.* demonſtrauit, quæ iura ſint electionis. GABRIELIS SCHWEDERI habemus diſputationem de *electione Imperatoris, continentem habilitatem perſonæ eligendæ, Tubingæ 1712.* De *electione Romanorum Regis* egit quoque ANTONIVS GüNTHERVS FRITZIVS, *Gryphiswaldi 1663. 4.* & IVSTVS ASTERIVS, ſiue IOANNES STELLA, *Hanouiæ 1636. 4.* Sic etiam extat *volumen diſputationum de Regis Romanorum electione & deſignatione* per varios auctores collectum *Baſileæ 1620. 4.* Facit huc etiam *Collegium reliquorum Deputatorum ad Collegium Electorale, de præſenti Statu Imperii, Imperatore eligendo & eligendo ſcribendo lege 1657. 4.* quod ſcriptum IOAN. FRISCHMANNO tribuitur. De *Rege Romanorum* habemus diſſertationem perilluſtris Baronis de LYNCKER, *Ienæ 1699. 4.* Poſt hosce GODEFRIDVS FERDINANDVS BVKISCH *diſſertationes Iuris publici* ſcripſit *de Regis Romanorum tum electione, tum coronatione, ſubiuncto diſcurſu iuridico politico de fontibus iuris publici, Pragæ 1689. 4.* Acceſſit de Inueſtitura Electorum Tractatus ORNVPHRII PANVINII ac MICHAELIS BEUTHERI diſſertatio de *Septemuiratu.* Cum eodem prodierunt *Orationes Gratulatoriæ in electione, coronatione, natiuitate, Nuptiis*

*trium-*

Digitized by Google

*triumphis &c. Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, habita a legatis viriſue ſuæ ætatis doctiſſimis, Hanouiæ 1613. 8.* MELCHIORIS GOLDASTI *Politica Imperialia & Politiſche Reichs-Handel,* varia ſcripta & acta electionem atque coronationem diuerſorum Imperatorum, ſpeciatim Caroli V comprehendunt.

## §. LI.

Speciatim vero de triplici Coronatione Impp. varii egerunt. De *triplici* quidem *coronatione, Germanica, Lombardica & Romana* egit IOANNES FRIDERICVS MATENESIVS, *Coloniæ 1622. 4.* IOACHIMI FELLERI diſſertatio de *tribus coronis Imperatoriis Germanica, Lombardica atque Romana, Lipſiæ 1662. 4.* extat, qua communes etiam errores de triplici coronarum metallo refelluntur. Singulatim vero habemus PETRI a BEECK *Aquisgranum, ſiue de Coronatione Aquenſi Impp. Aquisgrani 1621. 4.* LVDOVICVS etiam ANTONIVS MVRATORIVS Tomo ſecundo Anecdotorum ſingularem inſeruit diſſertationem de *corona ferrea,* qui etiam cap. XVI dicit, *ampliorem ſegetem ſcribendi clariſſimo Wagenſeilio relinquimus. Qui de coronis Cæſareis ampliſſimum commentarium meditatur, vti me per litteras certio-*

*Scriptores de coronatione Impp. & triplici corona.*

*rem fecit celeberrimus Bibliothecæ Mediceæ præfectus, Anton. Magliabechius.* Licet hic ſaltim in Commentatione de Republica Noribergenſi cap. XXVI de hac materia agat.

## §. LII.

*Scriptores qui Hiſtoriam & Acta electionum atque coronationũ diuerſorum Impp. ſcripſerunt.*

Præcipue ritus in electione & coronatione diuerſorum Imperatorum varii deſcripſerunt. Inter hos *Inaugurationem, coronationem atque electionem aliquot Imperatorum à Maximiliano I ad Matthiam vsque* deſcriptam videmus in tractatu, qui *Hanouiæ 1613. 8.* prodiit. *Matthiæ electionem atque Coronationem* deſcripſit BERNHARDVS PRÆTORIVS in *Corona Imperiali, Noribergæ 1613. 4.* Coronationem Ioſephi accurate deſcripſit SIGISMVNDVS SCHMIDT in libro, cui titulus, *der geœffnete Teutſche Audienz-Saal, Francofurti 1697. 4.* CASSANDER etiam THVCELIVS *Hiſtoriam electionis & coronationis Ioſephi* non ſolum, ſed etiam Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ ſingulari Tractatu deſcripſit. *Auguſtæ Vindelicorum 1690. fol.* Ad electionem Caroli VI facit *Vollſtændiges Diarium, alles deſſen, was vor, in, und nach denen hœchſtanſehnlichen Wahl - und Crœnungs - Solennitæten Caroli VI, ſo wohl im ganzen Rœmiſchen Reich, als auch in der freyen*

Digitized by Google

*freyen Reichs-und Wahl-Stadt Francfurt am Mayn von Anfang bis zum Ende paſſiret iſt, Francfurt am Mayn 1712. f.* Eiusdem Diarii Continuatio coronationem deſcribit. Acta varia inſeruntur & plura quæ faciunt ad Curialia.

## §. LIII.

Ad reliquias & Cleinodia Imperii facit CHRISTIANI ERDMANNI *Relatio Hiſtorico-Paraenetica de Sacroſanctis, Sacri Romani Imperii Reliquiis & Ornamentis, quibus Romanorum Cæſares inaugurari, coronari, ſolennique ritu inueſtiri conſueuerunt, aliisque ſacris Lipſanis, in Imperiali Theſauro collectis ac Noriberga aſſeruatis, 1629, 4.* in qua de harum origine potiſſimum agit, ſed multa pro more pontificiorum miraculis tribuit. Eiusdem eſt *Norimberga in flore auitæ Romano-catholicæ religionis, ex antiquiſſimis variorum monaſteriorum Bibliothecis, veteribusque mouumentis, graphice delineata & expicta, 1629. 4.* Animus autoris eſt per diuerſas bullas papales, aliaque documenta publica demonſtrare, quanto zelo olim Noribergenſes erga fidem Catholicam fuerint correpti, quanta vero per reformationem mutatio acciderit; *& quam fœde, quam turpiter vnius rancidi & vxoraturientis Monachi*

*Scriptores de Cleinodiis Imperii.*



Digitized by Google

*nachi Auguſtani, Wolfgangi Volperti, a Luthero Magiſtro ſuo corrupti, ſeductione, a priſtina & auita Maiorum fide abſceſſerit atque apoſtatarit*, prout ipſe in præfatione loquitur. Sunt etiam, qui dicant, hoc libello inſtrui debuiſſe illos qui Ferdinando II Cæſari auctores fuiſſent vel expugnandi vrbem vel repetendi ab illa reliquias imperiales. GEORGII IMHOFII diſſertatio *de infulis & Lipſanis Imperii*, quam præſide ERNESTO GREGELIO *Altdorfi 1659. 4.* defendit, leuioris eſt momenti. Melior omnino eſt VLRICI OBRECHTI *de Clenodiis Imperii, ſiue inſignibus*, quorum vſus eſt in coronatione, diſſertatio, *Argentorati 1677. 4.* Omnium vero curas ſuperat IO. PETRVS LVDEWIG in diſſertatione inaugurali. Reſpondente *Wolfgango Hieronymo Herold* habita, qua *Noribergam inſignium Imperialium Tutelariam* ſiſtit *Halæ 1713. 4.* Scripta hæc diſſertatio hac occaſione, dum Aquisgranenſes aſſeruationem inſignium Imperii peterent, quarum argumenta diario nuperæ coronationis fuerunt adnexa, ſub rubrica: *Kurtzer Bericht über des Königl. Stuels und des Heil. Rom. Reichs St. Aachen bey denen Krönungen der Kayſer habende prærogatiuen und gerechtſame.* Cui tamen Noribergenſes oppoſuerunt: *Kurtzen doch beſt-*

*beſtgegründeten Gegenbericht der löbl. Reichs-Stadt Aacken gantz neuerlich anmaſſenden Anſpruch an die Kayſerl. und Reichs-Kleinodien, ſo von der Stadt Nürnberg verwahret werden, betreffend, Nürnberg 1712. f.* Huius vero controuerſiæ occaſione Clenodiarum Imperii hiſtoriam ex fundamento declarat, controuerſias de horum aſſeruatione exponit, eandemque Noribergenſibus vindicat. Acceſſerunt diuerſa monumenta hiſtoriam illam illuſtrantia, atque inter hæc IACOBI GRETSERI *ſyntagma de inſignibus Imperii*, quod *Ingolſtadti* antea *1618. 4.* prodierat & rariſſimum erat.

## §. LIII.

*Scriptores de titulis inſignibus archiuo & domanio Imperii.*

*De titulis Imperatoriis eiusque Inſignibus* IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII extat diſſertatio, *Altdorſi 1674. 4.* Eiusdem eſt diſſertatio *de Imperii Archiuo, Aurea Bulla & Lipſanis Imperii, Altdorſi 1673. 4.* Præſtat tamen NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI diſſertatio *de Archiuo Imperii, Ienæ 1684. 4.* Eiusdem eſt diſſertatio *de Idiomate Imperiali, Ienæ 1687. 4.* ex actis publicis & hiſtoria elaborata. Facit huc etiam AHASVERVS FRITSCHIVS *de Iure Idiomatis, Ienæ 1673. 4.* *De domanio Imperii* habemus GABRI-

GABRIELIS SCHWEDERI diſſertationem, *Tubingæ 1703. 4*

## §. LV.

*Scriptores qui faciunt ad hiſtoriam controuerſiæ de iure coronandi Regem Rom.*

Sub medium ſuperioris ſeculi controuerſia oriebatur inter Moguntinum & Colonienſem Electorem de Iure coronandi Imperatorem, quod ſibi quisque vindicabat, deque eo res inter ſcriptores, vtriusque partis defenſores fuit agitata. Prodiit enim primum HERMANNI CONRINGII *aſſertio iuris Moguntini in coronandis regibus Romanorum, Moguntiæ 1655. & Helmſtadti 1656. 4.* tertia editio auctior & emendatior *Helmſtadti 1664.* recuſa 4. & cum Colonienſes *vindicias* publicaſſent *iuris coronandi pro archidiœceſi Colonienſi,* prodiit Eiusdem CONRINGII *iterata diſſertatio de iure coronandi pro Electore Moguntino contra Colonienſes, Moguntiæ 1656. 4.* Cum autem Colonienſes *iteratas vindicias* euulgaſſent, prodiit *Iteratarum vindiciarum iuris coronandi pro archidiœceſi Colonienſi examen, Francofurti 1656. 4. & Helmſt. 1664. 4.* & cum a Colonienſibus ederetur *Anti-Conringiana defenſio Iuris Colonienſis in coronandis Romanorum Regibus,* prodiit *Caſtigatio dicti libelli, Francofurti 1656.* & *Helmſtadti 1664. 4.* Horum & aliorum ſcriptorum a Moguntinis publica-

blicatorum mentionem facit Boineburgius in epiſtola ad Prüſchenckium, quæ continetur in actis litterariis faſciculo tertio p. 48. dum ait: *Facias me certiorem, num omnia noſtra ſuper iure noſtrate conſecrandi reges noſtros edita videris nec ne, ſi nactus ea es, ſcribe id quaeſo: ſin minus, mittam. Præter germanicam Ratisbonæ ſcriptam & rudem epiſtolam eo in argumento vulgauimus huc vsque (1.) diſſertationem nouem quaternionibus (2.) trutinam omnis huius concertationis (3.) aſſertionem ſtylo optimi mei Conringii (4.) examen argumentorum Colonienſium ſyllogiſtice propoſitorum (5.) diſſertationis iterationem (6.) caſtigationes gerrarum aduerſæ partis. Quas tractationes ſequetur vernacula ſcriptio de interpretatione Aureæ Bullæ. Spero eruditis ſatisfactum iri.*

## §. LVI.

HENRICVS HENNINGES *de ſumma Imperatoris Romani poteſtate circa ſacra, Noribergæ 1676. 8. de Eiusdem poteſtate circa profana, Noribergæ 1677. 8.* quidquid iuris in Imperio habeat Imp. abſoluit. *De reſeruatis Imperatoris* habemus tractatum DANIELIS KEYSERI, *Ienæ 1671. 4.* & qui præferendus eſt, IO. HENRICVS STAMMLER, cuius tractatus prodiit

*Scriptores de Reſeruatis Imperatoris & iure primariarum precum.*

diit *1658. 4.* Inter hæc primum eſt *ius primariarum precum*, de quo ſcholia extant IO. a CHOCKIER, *Coloniæ 1621. 4.* Melius vero eodem de iure egit AHASVERVS FRITSCHIVS, *1661. 4.* Sic etiam de eodem argumento egit GERHARDVS von STöCKEN & nouiter IO. EHRENFRIED MAYER *de iure primariarum precum*, *Quedlinburgi 1704. 4.* qui hoc ius a prima ſua origine repetit atque Imperatori ex iure proprio vindicat. Agit inſimul de primariis precibus Imperatricis, Regis Romanorum, Electorum, horumque Coniugum, nec non Vicariorum, inſertis hinc inde publicis documentis. Noua de hoc iure poſt mortem Leopoldi exorta fuit controuerſia. Cum enim Ioſephus litteris die XIX Iunii CIↃ IↃCC. datis, Ferdinando Raesfeldt, eccleſiæ Mindenſis Canonico preces ad obtinendum in Cathedralis eccleſiæ Hildesheimenſis Capitulo locum conceſſiſſet, interceſſit non ſolum Papalis nuntius, qui Coloniæ commoratur, qui litteris die XVIII. Nouembris ad Hildesheimenſe capitulum miſſis, preces Cæſareas ſine papalis ſedis conſenſu inualidas eſſe voluit, ſed etiam ipſe Papa d. VI Martii CIↃ CIↃCCVI Capitulo Hildesheimenſis eccleſiæ interdixit, ne precibus Imperatoris ſatisfacerent. Reſpondit nuntio papali ADA-

ADAMVS CORTREIVS in *repræſentatione iuris primariarum Precum Sacratiſſimis Imperatoribus Romano-Germanicis ſine præuio Pontificum aſſenſu competentis, Magdeburgi 1706. 4. Francofurti 1707. fol.* Potiſſimum auctoris inſtitutum eſt, vt demonſtret, Imperatorem Papæ non eſſe ſubiectum, ideoque ius primariarum precum Papæ beneficio non exercere. Inſerit etiam quædam diplomata & conceſſiones recentiores precum primariarum. Surrexit tamen CONRADVS OLIGENIVS qui diſſertationem ſcripſit *de primariis precibus Imperialibus, Friburgi Briſiogæ 1706. 4. & 1707. 8.* Sub Oligenii nomine latere IVSTVM FONTANINVM in archilyceo ſapientiæ Romano Eloquentiæ Profeſſorem docent nos Nouuelles de la Republique des lettres Auguſto 1708. p. 222. Hic autem magno auſu, argumentis ex iure Canonico deductis, Concordatis nationis Germanicæ, pontificiis diplomatibus & perpetua conſuetudine demonſtrare voluit, primarias preces dirigi ab Imperatore non poſſe, ſine ſpeciali indultu ſummi Pontificis. Huic autem reſpondit MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS erudita diſſertatione *de primariis precibus Imperialibus, 1707. 4.* qua non ſolum Fontanini argumentis reſpondet, ſed etiam ex antiqua con-

conſuetudine, iure ſacrorum & legibus Imperii contrarium demonſtrat. Addimus NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI diſſertationem *de Poteſtate Imperatoris alienandi bona Imperii, Ienæ 1695. 4.* Nec omittendi HENRICI COCCEII *de fundata in territorio & plurium locorum concurrente poteſtate, Francofurti ad Viadrum 1696. 4.* Competit etiam Imperatori ſuprema poteſtas iudiciaria quæ partim in iure cognitionis conſiſtit vel in extrema prouocatione, ad illud referenda materia de Commiſſariis Imperatoriis, de quibus erudite actum in *diſſertatione* ductu NIC. CHRIST. de LYNCKER a *Ioh. Chriſtophoro Pürckhl, Ienæ 1678. 4.* propoſita *de Commiſſario Imperiali ad negotia Status.* hanc ibidem ſecuta eſt altera inauguralis præſide IO. VOLCK. BECHMANNO reſpondente, eodem *1683. 4. de Commiſſario Imperiali in cauſſis iuſtitiæ.* Fuſam hic inuenire licet tractationem legibus Imperii & præiudiciis notabilioribus ſuffultam, quæ ſuo iure laudari poteſt.

## §. LVI.

*Scriptores de Vicariis Imperii eorumque Iuribus.*

Vbi noſtrum Imperium vacare contingit, maieſtatem Imperatoriam repræſentant Vicarii de quorum origine & progreſſu tractat *diſſertatio hiſtorica* IVSTI CHRI-

Digitized by Google

CHRISTOPHORI DITHMARI, *Francofurti ad Viadrum*, 1712. 4. qui ex genuinis antiquitatum germanicarum fontibus ſua deriuare conatur. Habemus etiam IOANNIS SCHILTERI *de Vicariis Imperii Rom. Germanici Diſſertationem*, *Argentorati* 1693. 4. impreſſam. In qua limites & iura Vicariatuum docentur, inprimis prætenſiones paparum erudite refutantur. Occaſione nouiſſimi Interregni hæc materia plene pertractata fuit, *in der hiſtoriſchen Nachricht von denen Vicariaten des Heil. Röm. Reichs Anno* 1711. 4. vbi inprimis pro diuerſitate Imperii Romano-Germanici, atque regni Italici ſingularia competentia iura diſtincte perhibentur. Cum eodem recuſa eſt IOANN DECKHERS *hiſtoriſche Nachricht von denen Interregnien, und Vicariaten Teutſchen Reichs, mit Beylagen.* 4. Eadem occaſione edidit IO. BALTHASAR WERNHER duas diſſertationes, quarum prior tractat *de Iuribus Vicariorum Sacri Rom. Imperii in A. B. expreſſis*, altera *Iura proponit Vicariorum S. R. I. in A. B. non expreſſa*, *Wittenbergæ* 1711. Alii ſpecialia Vicariorum iura pertractarunt, quo ſpectat MICH. HENR. GRIBNERI *de precibus primariis Vicariorum Imperii Diſſertatio*, *Wittenbergæ* 1708. 4. & Anonymi ſcriptum *de iure*



Digitized by Google

*Sereniſſimo Electori Comiti Palatino Rheni circa Domanium Imperii competente in diſtrictu Vicariatus, Anno 1711. 4.* qua potiſſimum decidere conatur, Bauariæ adminiſtrationem, tanquam Imperii domanium, durante interregno competere Electori Palatino. *De Vicariatu Italico* Diſſertatio prodiit GERLACI ADOLPHI de MVNCHHAVSEN, *Halæ 1712. 4.*

§. LVII.

*Scriptores qui iura Statuum illuſtrarunt.*

Plures ſunt, qui Statuum Imperii iura vel generatim vel ſingula illuſtrarunt. Inter illos eſt IVSTVS WOLRAD BODINVS in *bilance iuſtæ poteſtatis inter Principes ac Status Imperii circa concurſum ad publica Imperii Germanici negotia, Rinthelii 1689, 4,* vbi potiſſimum iura Statuum Comitialia declarat. *De Charactere Statuum Imperii der Reichs-Standſchafft,* ſingulari diſſertatione egit HENRICVS COCCEIVS, *Francofurti ad Viadrum 1709. 4.* Faciunt huc pleraque ſcripta NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH vtpote *Nomologia, ſ. de legalitate Principum Germaniæ,* qua de contractibus, teſtamentis & ſimilibus Principum agit. Sic etiam *de iure Statuum legislatorio* ſpeciatim egit IO. EHRENFRIED MAYER, *Magdeburgi 1705. 4.* Licet potius in eo ſit, vt de

Stati-

Statibus in genere agat, cum ſexto capite ſaltim leges prouinciales comprehendat. Propius rem tetigit CHRISTIANVS THOMASIVS *in Diſſertatione de Statuum Imperii poteſtate legislatoria contra ius commune*, *Halæ* 1703. 4. NICOLAVS MYLERVS ab EHRENBACH in *Gamologia* de nuptiis perſonarum illuſtrium egit, *Stutgardiæ* 1664. 4. Huc ſpectat etiam GERHARDVS FELTMANNVS *de impari matrimonio*, *Bremæ* 1691. 8. MYLERI *Ethologia*, Ordinum Imperii iura in conceſſione veniæ ætatis illuſtrat, *Stutgardiæ* 1664. 4. & *Tubingæ* 1706. 4. *Hyparchologia de Officialibus & magiſtratibus*, de horum Statu, iuribus & officiis agit. *De Imperio Germanico, eiusque Statuum fœderibus* erudita extat diſſertatio VLRICI OBRECHTI, *Argentorati* 1676. 4. *De iure Statuum Imperii dandæ ciuitatis* ſpeciali diſſertatione egit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Halæ* 1696. 4. idemque Ius iisdem confirmauit. *De poteſtate Statuum Imperii circa dignitates* egit DANIEL LEONHARDVS MVLLERVS diſſertatione inaugurali ſub præſidio HENRICI COCCEII habita, *Francofurti ad Viadrum* 1698. 4. Iungi debet IO. FRIDERICI TROPPANEGER diſputatio iuris publici Inauguralis *de poteſtate Electorum & Principum*



Digitized by Google

*cipum Imperii circa ius Nobilitatis ſubditis ſuis conferendi*, *Lipſiæ* 1707. 4. *De iure legitimandi Principum Imperii* egit MICHAEL HENRICI GRIEBNERI diſſertatio *Lipſiæ* 1705. 4. *Ius reſtituendi famam Principibus Imperii aſſeritur & vindicatur*, *in Diſputatione inaugurali Ioh. Gottbefridi Starckii*, dirigente MICH. HENRICO GRIBNERO, *Vitembergæ* ventilata 1710. 4. Iura, quæ Statibus vel conueniant vel non, ſingulari diſſertatione perſecutus fuit perilluſtris Baro de LYNCKER, *de his*, *quæ Principum Statuumue Imperii libertati perperam accenſentur*, *Ienæ* 1688. 4. Hæc poſtea per modum Tractatus prodiit, ſub titulo: *Libertas Statuum Imperii & quæ perperam libertatis eius eſſe dicuntur*, *Ienæ* 1711. *f.* in quo Titulus: Dei Gratia aliaque iura Statuum plenius examinantur.

## §. LVIII.

*Scriptores de ſuperioritate territoriali.*

Superioritatem, quæ dicitur, territorialem primus methodice tractauit ANDREAS KNICHEN *de iure territorii*, *Francofurti* 1658. 4. & ex poſteriori editione cura CHRISTIANI KREMBERGII procurata *Francofurti* 1688. 8. Acceſſit huic editioni poſtremæ CHRISTOPHORI MYNGII diſſertatio inauguralis *de ſuperioritate territoriali & eiusdem iuribus adfinibus.*

Digitized by Google

*finibus.* Knichenius prolixus eſt, ſed in eo a ſcopo aberrat, quod multa intermiſceat aliena, ipſam originem potius ab antiquo Romanorum ſtatu quam primis Germanorum antiquitatibus deducat, Superioritatis actus potius ex Ictorum conſiliis quam legibus & conſuetudine imperii explicet, & remedia, adquirendæ ſuperioritatis & retinendæ, potius ex iuris Ciuilis fontibus quam legibus publicis extricare conatur. Hic autem Knichenii liber, paucis mutatis, extat in encyclopædia ipſius, ſub titulo: *de regio ac ſublimi territorii iure.* Secutus inde LVDOLPHVS HVGO diſſertatione inaugurali *de Statu regionum Germaniæ & regimine Principum ſummi Imperii reip. æmulo, Helmſtadti 1661. 4.* Egregium ſcriptum eſt atque in hac parte præcipue commendandum, agit autem in eodem de regionum Germaniæ variis generibus, ordinumque imperii initiis & incrementis, de diſtinctione regionum & conſtitutione rerum publicarum inferiorum in genere, de ſuperioritate territoriali eiusque partibus, de principum & Ciuitatum regimine & denique de vſu & auctoritate iuris ciuilis priuati in iure Territorii, quæ ſingula ex genuinis fundamentis hiſtoricis, politicis & legibus Germaniæ probe declarat. Speciatim ad rem noſtram



Digitized by Google

facit *Theatrum ſuperioritatis territorialis nouiter extructum, in quo territorialium iurium origo, incrementa & progreſſus, deductis ex hiſtorica antiquitate monumentis dilucide explicantur, & modernæ praxi Imperiali conformiter adumbrantur.* Auctore ANTONIO GVILIELMO ERTL *Auguſtæ Vindelicorum 1684. 4.* quamuis autem & hic autor legibus Romanis & ICtorum conſiliis in cauſis publicis definiendis nimium attribuat, tamen ex genuinis Germanicarum rerum fontibus atque Imperii obſeruantia varia haud inutilia profert. Huc facit eiusdem autoris *Praxis aurea de Iurisdictione inferiore, ciuili & baſſa, Noribergæ 1694. 4.* Germanico idiomate vulgata, vbi variarum prouinciarum praxis circa hanc materiam docetur, & ſparſim quæ ad territorialem ſuperioritatem faciunt, iniiciuntur. Sic etiam Originem Superioritatis Territorialis declarat, eiusdemque partes recenſet GEORGII LVDOVICI LINDENSPVRII Diſſertatio. Præſide CHRISTOPHORO BESOLDO habita, *de Succeſſionibus ac mutationibus Imperiorum ac familiarum: nec non de moderna iurisdictione Imperatoris Romani, Statuumque territoriali, Ingolſtadti 1630. 4.* Huius loci eſt Brocardicum illud vulgare, *quæ ſunt in territorio, præſumuntur eſſe de terri-*

*territorio*, cuius inutilitatem euincit diſſertatio Inauguralis, ductu CHRISTIANI THOMASII, Reſpondente Paulo Ioanne Manio, *Halæ 1709.* 4. ventilata. Inde prodiit perilluſtris Baronis de LYNCKER diſſertatio *de ſuperioritate territoriali*, *Ienæ 1699.* 4. atque alia *de ſuperioritate ſacra*, *Ienæ 1689.* 4. IO. NICOLAVS HERTIVS binas edidit diſſertationes huc ſpectantes; prima agit *de ſpecialibus Romano-Germanici Imperii Rebuspublicis*, *eorumque diuerſis nominibus & figuris*, *Gieſſæ 1698.* 4. qua differentias inter reſpublicas Germaniæ & ſingularum ſtatum ex antiquitatibus & legibus Imperii optime deducit. Altera eſt diſſertatio de *ſuperioritate territoriali*, *Gieſſæ 1682.* 4. quæ iisdem nititur fundamentis. Egregia ſunt ſcripta lectorem tamen requirunt exactum. Inter has diuerſas Rerumpublicarum Germaniæ ſpecies referenda etiam ſunt *Allodia Imperii*, de quibus ſingulari diſſertatione egi, Reſpondente *Vlrico Marbachio*, adfine cariſſimo *Ienæ 1710.* 4. Cui addimus SAMVELIS STRYKII diſſertationem *de Iure allodiali Principum Imperii*, *Halæ 1697.* 4. GOTTLIEB GERHARDI TITII diſſertatio *de habitu territoriorum Germanicorum* ipſius ſpecimini iuris Publici annexa eſt, qua in pleriſque a communi Dd. opinione recedit.

Hæc autem Statuum iura, qua ratione ſe habeant erga Reſeruata Imperii declarauit CHRISTIANVS THOMASIVS in diſſertatione de *iniuſta oppoſitione Iurium Maieſtaticorum Superioritatis Territorialis & Reſeruatorum Imperatoriorum, Halæ 1696. 4.* Acceſsit nuper FRIDERICI HEILBRVNNERI diſſertatio inauguralis de *ſuperioritate territoriali Ciuitatum Imperialium* ſub præſidio CHRISTIANI WILDVOGELII habita *Ienæ 1709. 4.* Facit huc etiam IO. VLRICI PREGITZERI *Teutſcher Regierungs- und Ehren-Spiegel, Berolini 1703. f.* quo præter hiſtoriam Hohenzolleranam, ſubnectit Statum Imperii, ita vt potisſimum originem potentiæ principum Imperii & ſuperioritatis territorialis declaret. Cui iungimus IOAN. ANDREÆ FROMMANNI diſſertationem de *Condominio territoriali, Tubingæ 1697. 4.*

## §. LVII.

*Varia controuerſia de Superioritate Territoriali.*

Ad ſuperioritatem, quæ dicitur, territorialem ſpectat ſcriptum, occaſione controuerſiæ, inter Philippum Ludouicum & Iohannem Abbatem Keiſersheimenſem de hoc iure agitatæ, exaratum, cuius titulus habet, *kurzer und wahrhaffter Bericht, des Ehrwürdigen in Gott, Herrn Iohann, Abts zu Kayſersheim, wegen der über itzt ermeldtes*

tes

*tus ſein Gottes-Haus Kayſersheim, von der Fürſtl. Pfalz-Neuburg vermaintlich prætendierten &c. Erb-Schutzes, Gerechtig- und Lands-Fürſtlichen Obrichkeit &c. Kayſersheim 1608. 4.* vbi plura inueniuntur documenta, quibus aduerſus Electoris attentata Abbas ſe tutatus eſt. Eodem referendum eſt *reſponſum iuris de reſtitutione Baroniæ Vallendar, eiusque ſublimi territorii iure ac aliis hiscè ſimilibus, quæ incontrouerſiam vocantur, inter Reuerendiſſimum Archiepiſcopum & Electorem Treuirenſem ac Illuſtrem Ludouicum, Comitem in Sayn & Witgenſtein &c. Anno 1612. 4.* Huc facit controuerſia, quæ ſuperiori Seculo inter Sereniſſimam Domum Saxonicam lineæ Altenburgenſis interceſſit, atque Comitem Waldeccium de Iure Landſaſſiatus in terris Saxonicis vſitati, & Superioritate Territoriali in dynaſtiam Tonnenſem. Hac de controuerſia prodiit *Rechts- und Wahrheits-gründliche Aſſertio und Fürſtellung der auch in dem Hœchſtlœblichen Chur- und Fürſtlichen Hauſe Sachſen und deſſelben Landen von undencklichen Zeiten beſtendig und unverruckt gewœhnlich hergebrachten und exercirten Landſaſſerey, und daß die Herren Grafen zu Waldeck, welche von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen-Altenburg die Herrſchafft Tonna zu Lehen tragen, in Krafft und*

*zu Folge des Demſelben, neben der Lehens-Pflicht, zugleich auch geleiſteten Iuramenti ſubiectionis und Ihrer ausgeantworteten Reverſalen, vor deſſelben Landes-Regierung und geſammten Hof-Gericht zu Iehna auch in nicht Lehen-rührigen perſœnlichen und dinglichen Sprüchen in Rechten paſſive zu ſtehen ſchuldig und verbunden ſeyn, Altenburg 1665. 4.* In ſimili cauſſa, cum Comites Hatzfeldenſes ſe ratione Comitatus Glichenſes a Superioritate Ducum Saxoniæ eximere conarentur, prodiit *Nothwendige Ablehnung des Contra-Memorials, welches im Namen des Ertz-Stiffts Meinz und der Herren Grafen von Hatzfeld zu vermeinter Behauptung der wegen der Grafſchafft Gleichen, und deren beyden Herrſchafften Blanckenhayn und Niedern-Cranichfeld de facto angemaſſeten Reichs-Immedietat und anderer unbegründeten Prætenſionen nechſtverwichenen Jahres wider des Fürſtlichen Sächſiſchen, Weimariſchen, Gothiſchen und Eiſennachiſchen Geſandten auf dem nechſten Regenſpurgiſchen Reichs-Tage publicirten Memorials, heraus gegeben worden, Iena 1655. fol.* Præ cæteris vero hic memorari meretur controuerſia inter Sereniſſimam Domum Saxonicam & Schwarzburgicam de Iure Landſaſſiatus in Saxonicis terris vſitati. Prodiit ea de cauſſa primum

*Kurze*

*Kurze Notitz, die Arnſtadtiſche Stadt-Thore, und Land-Straſſen, zuſammt der Fürſtl. Weimariſchen Ober-Botmæßigkeit daſelbſt betreffend.* Contra hoc euulgabatur *Unterſuchung der ſo genannten Kurzen Notitz, 1709. f.* Deinde prodibat *Conſilium Hiſtorico-Iuridicum in cauſſa Sachſen contra Schwarzburg, in ſpecie aber Sachſen-Weimar contra Arnſtadt in puncto Strittiger Landes-Hobeit 1712. f.* Ad quod Schwarzburgici dederunt *Nothwendige und ſo wohl in Iure als Facto gegründete Anmerckungen, 1709. f.* A parte Schwarzburgicorum prodiit *Gründlicher Beweis, daß das Fürſtliche Haus Schwarzburg ein ubralte, freyer, unmittelbarer Reichs-Stand, und zum Voto virili im Reichs-Fürſten-Raht gnugſam qualificiret, hingegen alles dasienige, ſo in denen ohnlengſt zu Regenſpurg diſtribuirten ſo genannten Urſachen und ſonſten, daß das Fürſtliche Haus Schwarzburg zur Seſſion und Voto im Reichs-Fürſten-Rath nicht zu admittiren, angeführet worden, unerheblich, 1710. 4.* Hoc autem ſcripto ſe ad qualitatem Principis legitimare conantur. Contra eos prodiit *Vorlauffige Facti Species in Sachen Sachſen-Weimar contra Schwarzburg-Arnſtadt 1711. f.* qua attentata Schwarzburgicorum recenſentur, & qua ratione ſe Iuri Landſasſiatus quæſito ſubducere fuerint

co-

conati. Ad hanc vero Schwarzburgenſes reſpondent *in Gründlicher Beantwortung der ſo titulirten vorlauffigen Facti Speciei in Sachen Sachſen-Weimar contra Schwarzburg-Arnſtadt 1712. fol.* Cum etiam Schvvarzburgici Mandatum S. C. Camerale obtinerent prodiit *Deductio Iuris & Facti in Sachen Sachſen-Weimar contra Schwarzburg-Arnſtadt, worinne durch beygelegte verſchiedene Documenta mit mehrern grundlich bewieſen wird, daſs die Grafen zu Schwarzburg ie und allezeit Chur- und Furſtlich Sachſiſche Landſaſsige Vaſallen und Unterthanen geweſen, und dergleichen, ob ſie ſchon neulich in den Furſten-Stand erhoben worden, noch ſeyn, 1712. 4.* Hoc autem Iura Saxonica in terras Schvvarzburgicas, ratione Superioritatis dilucidis argumentis declarantur. Similis argumenti eſt controuerſia inter Potentiſſimum Saxoniæ Electorem & Comites Schœnburgicos; cuius cauſſa prodiit LUDERI MENCKENII *Diſſertatio de vi Superioritatis Territorialis in Territoriis Imperii clauſis, & diſcernendo ab eodem iudicio feudali, intuitu feudi in iisdem ſiti, Curiæ Domini directi relinquendo. Lipſiæ 1712. 4.* in qua materia de Territorio clauſo plenius illuſtratur, atque ex eodem fundamento Iura Saxonica in terras Saxoniæ feudalibus declarantur. Ante annos

aliquot

aliquot occaſione Sereniſſimorum Principum apanagiatorum Haſſo - Rheinfelſenſium, quæſtio agitata; vtrum principes apanagiati ſeu paragiati ſint Status Imperii? quam quidem affirmat IOH. HENRICVS LOMBARDIVS *in Trutina trium quæſtionum &c.* Supra iam a nobis laudata; contrarium tenet *Epiſtola ad nobiliſſimum & conſultiſſimum Dn. Ioh. Henricum Lombardium &c. qua contra, eum probatur S. P. H. R. inter Status Imperii collocari non poſſe, ſimul ac eius, quibus Sereniſſima ac Potentiſſima Domus Haſſo- Caſſellana Superioritatem, & Dominium ſolitarium militare conatur, in trutina nimis liberaliter prolata argumenta amico calamo refutantur. Francofurti 1711. 4.*

§. LVIII.

Ad ſuperioritatem territorialem etiam ſpectat ius cancellariæ, quod vberius explicatum dedit *Diſſertatio de Iudiciariis Cancellariarum prærogatiuis*, Præſide *Ioan. Henrico Bergero*, auctore *Carolo Iacobo Schillingio, Vitembergæ 1708. 4.* publicata. Superioritati Territoriali reſpondet Subiectio & Landſaſſiatus, de qua extat diſſertatio IOAN. NICOLAI HERTII *de Subiectione Territoriali, Gieſſæ 1698. 4.* Cui adiici poteſt WILHELMI LEISERI *de Landſaſ-*

*Scriptores de Iure Cancellariæ & ſubiectione territoriali.*

*ſiis*

*ſiis itemque Schrifftſaſſiis & Amtſaſſiis* Diſſertatio, *Witteberga* 1664. 4. habita. Sic etiam IOANNIS SCHILTERI Praxi Iuris Romani in Foris Germanicis acceſſit erudita diſſertatio de *Schrifftſaſſiis & Landſaſſiis.* Statuum Prouincialium Iura ſeu Superioritati Territoriali reiicere conatus eſt Auctor *des Discurſes von Land-Standen, Colonia 1709. 4.* ob id notatus *in den unverfanglichen Gedancken eines Teutſchen uber den Discurs von Land-Standen, 1711. 4.* Addimus CHRISTIANI WILDVOGELII diſſertationem de *Statibus Prouincialibus, Iena 1711. 4.*

## §. LIX.

*Scriptores de Statuum Iure Sacrorum*

Singulare eſt, quod Principibus proteſtantibus vi iuris epiſcopalis competat ſuprema in cauſis eccleſiaſticis poteſtas, nec ab illis appelletur, qua de agit IOHANNES PüTTER *in diſſertatione inaugurali, Præſide* HENRICO BODINO, *de illicita a principibus proteſtantibus prouocatione in cauſſis eccleſiaſticis, Halæ 1699. 4.* Huic gemina tradit *Reſponſum iuris*, ad quæſtionem *propoſitam, in quo non ſolum clarisſime demonſtratur, quod in cauſſis Eccleſiaſticis, & in ſpecie Canonicalibus & præbendariis, a Statibus Imperii Euangelicis per iura Canonica & leges Imperii ad ſuprema Germaniæ*

tribu-

*tribunalia, aulicum ſcilicet & Camerale non poſſit licite appellari, nec ab iisdem deſuper cognitio inſtitui, &c. Anno 1700.* additæ ſunt trium Facultatum Iuridicarum, Marpurgenſis, Würceburgenſis, & Tübingenſis approbationes. Omnia vero Iura Principum circa ſacra illuſtrauit SAMVEL STRYKIVS erudita diſſertatione de *Iure Papali Principum Euangelicorum, Halæ 1694. 4.* IO. WOLFGANG. TECKER in diſſertatione de *Iure Epiſcopali in Terris Statuum Proteſtantium, Heidelbergæ 1671. 4.* Communem defendere conatur doctrinam, quod iura ſacra clericis ſint propria, Principes iurisdictionem eccleſiaſticam diuerſo modo nec proprio iure exerceant. Contra hanc directa eſt IVSTI HENNINGI BOEHMERI diſſertatio de *Iure Epiſcopali Principum Euangelicorum, Halæ 1712. 4.* Addimus LYNCKERI diſſertationem de *Superioritate Sacra, Ienæ 1689 4.* Quæſitum fuit, num ius reformandi Statibus Imperii competat vi ſuperioritatis territorialis? Id vero cum RITTMEYERVS publico ſcripto aſſereret, Anonymus eidem ſeſe oppoſuit; hinc *Rittmeieriana Vindiciæ iuris reformandi* prodierunt, refutatæ iterum *in Tractatu Iuris publici de Statuum Imperii Romano-Germanici iure reformandi &c.* ſeu *Examine Vindiciarum Rittmeieria-*

*narum, Anno 1710. fol.* quo ſcripto inprimis Regula illa: *cuius eſt regio, illius & religio;* explicatur, eiusdem abuſus demonſtratur, ſimul quid de tota hac materia ſit ſtatuendum ſolidis iuris publici fundamentis, adſtruitur. Facit huc etiam CHRISTIANI THOMASII diſſertatio *de Iure Principis circa Hæreticos, Halæ 1697. 4.* Ex eodem Sacrorum Iure *Ius Annatarum* etiam Principibus Euangelicis tribuit IO. PETRVS LVDEWIG ſingulari diſſertatione *Halæ 1707. 4.* habita. De *Iure diſpenſandi Statuum Imperii* egit vernaculo ſermone IOANNES IOACHIMVS MULLERVS, *Ienæ 1706. 4,* in quo ſcripto diſpenſationes circa matrimonia potisſimum perſequitur, quod tamen ex Iuris Naturæ Principiis potius eſt deductum quam iure publico. Quid Status Euangelici circa Cæremonias & ritus ſacrorum valeant, patet ex controuerſia, quæ Auguſtæ Vindelicorum Catholicos inter atque Euangelicos intercedit de imaginibus in templo S. Vlrici atque Afræ reparandis. Prodiit ea de cauſſa *In Facto & Iure feſt gegrundete Anmerkungen uber des Herrn Prælaten zu S. Ulrich und S. Afra in Augſpurg hier beygefugte, neulich durch den Druck publicirte Facti Speciem und weitere Ausführung auch deren Beylagen, benebenſt ſuccincter, doch*

*ſtand-*

*ſtandhaffter derſelben Widerlegung, die bewuſsigte Reparation der Euangeliſchen Kirchen zu S. Ulrich in der Heil. Reichs-Stadt Augſpurg, und den darbey vorgefallenen Bilder-Streit betreffend, Augſpurg* 1711. *fol.* Cum etiam controuertatur, qualenam forum in cauſſis matrimonialibus ſortiantur Principes Euangelici, diuerſas diuerſorum opiniones congesſit, & quid ea in cauſſa obtinere debeat, docuit HENRIC. LINCKIVS in diſſertatione erudita, de *Immediatorum Imperii Proteſtantium foro in cauſſis matrimonialibus*, Reſpondente *Francisco Barckhauſen, Altdorfi* 1680. 4.

## §. LX.

De *Iure Suprematus ac Legationis Principum Imperii* prudentisſimum Scriptum eſt, quod ſub nomine CÆSARINI FüRSTENERII proſtat 1678. 8. idque pro iuribus legationis Principum, quæ paria facit cum legatis Electorum, occaſione pacificationis Nouiomagenſis, rationibus accurate deductis. Auctores ſcripti olim habiti fuerunt PVFFENDORFFII fratres, ſed compertum poſtea fuit, illuſtrem Virum, GODOFRIDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM eundem concinnaſſe. Ad illuſtrandum ſcriptum hocce facit IOAN. GEORGII KVLPISII Commentarius de

*Scriptores de Iure Legationis Statuum Imperii.*

*legationibus ſtatuum Imperii*, qui ſub cenſura Strauchii *Gieſſæ* prodiit *1679. 8.* atque eiusdem diſſertationibus academicis adnexus, *Argentorati 1707. 4.* ſed academiam magis redolet, quam aulam, cum iuuenis adhuc hunc libellum ſcripſerit. *Immo* Ludvvig tractatu de iure ablegandi Statuum Imperii pag. 8. auctor eſt, ipſum tractatum hunc notulis ac remiſſionibus ad volumina publicorum actorum paſſim correxiſſe, partim adauxiſſe: verum inter hunc conatum morte fuit præuentus. Contra idem ſcriptum prodierunt *notæ ac animaduerſiones*, *Coloniæ 1682. 8.* quibus auctor, quisquis ſit, refutatis Leibnitii argumentis contendit, Germanicis principibus legatos primi ordinis mittendi ius non eſſe, eo quod ſuperioritatem quidem habeant territorialem, non vero ſuprematum, quia a ſubiectione & homagii fide non ſint liberi. Electoribus vero & principibus Italiæ idem competere vſu & conſenſu gentium, poſſeſſione vel quaſi. Poſt hunc anonymus alius *diſcurſum* ſcripſit *de ſuprematu aduerſus Cæſarinum Fürſtnerum*, *Hyeropoli ad Iſtrum*, *1687. 8.* quo non tam de iure legationis agit, quam Suprematu, quem male a Fürſtenerio explicatum ſcribit, videtur tamen iura aliqua principum in dubium vocare, vt ideo, licet eruditus ſit

diſcur-

diſcurſus, in argumenti veritate Fürſtenerium non adæquet. Contra hæc iura legationis faciunt etiam *Annotata über die vorgefallene Quæſtion: Ob Reichs-Fürſten befugt, Ambaſſadeurs zu ſchicken, unter eines vornehmen Miniſtri Schrifften gefunden.* Extat in Thucelii electis iuris publici In hoc auctor probare nititur, ab exemplo principum Italiæ ad Germaniæ principes argumentum ſumere non licere. Paucos ante annos perſonati cuiusdam auctoris, qui ſub nomine IVSTINI PRESBEVTÆ latere voluit, prodiit *diſcurſus de iure legationis ſtatuum Imperii, Eleutheropoli 1701. 8.* qui ſane inter optimos habendus eſt, cum eo exhauriatur omnis hæc materia, iura legationum ſtatibus adſerantur, & multa experientia firmentur. Plenius de eodem libro agitur obſeruationum Halenſium tomo II, obſeruat. XVII. Poſt pacem Ryſvvicenſem prodiit IOANNIS PETRI LVDWIGS eruditus tractatus de *iure ablegandi Ordinum Sac. Rom. Imperii, Halæ 1704. 4.* Primus eſt, qui hanc materiam pertractauerit, in eodemque iura ſtatuum adlegandi Imperatoriis legatis certos deputatos in negotiis Imperium concernentibus, idque tum ex actis anteriorum temporum, tum etiam potiſſimum pacis Ryſvvicenſis.



Digitized by Google

§. LXI.

*Scriptores de origine & iuribus electorum.*

Controuerſa maxime eſt origo Electorum, quam alii vel antiquam nimis faciunt, alii vero recentiorem. ONVPHRIVS PANVINIVS, quidem tractatu de *Comitiis Imperatoriis*, qui ex iterata editione *Argentorati 1613. 8.* prodiit, ſimul demonſtrare conatus fuit, Electores demum poſt Friderici II tempora fuiſſe exortos. Huic ſe oppoſuit SIMON SCHARDIVS in libro de *Principum, quibus electio Imperatoris in Germania commendata eſt, origine, ſeu inſtitutione*, qui primum *Baſileæ 1566. f.* excuſus, cum ipſius tractatu de iurisdictione Imperii, recuſus *Argentorati 1608. 8.* qui ad Ottonis III tempora electorum originem referre conatur. Sic etiam ERICVS MAVRITIVS diſſertatione alias erudita de *origine Electorum & Comitiis electoralibus*, quæ *Kiloni 1667. 4.* prodiit, contra Panuinium & Lehmannum demonſtrare voluit, iam ante Friderici II tempora fuiſſe Electores. Panuinium ſecutus eſt CHRISTOPHORVS GEWOLDVS, qui in tractatu ſuo *de Electoratu, Monachii 1616. & Auguſtæ 1621. 4.* & in Repræſentatione Imperii *Noribergæ 1657. 4.* eandem originem ad Ottonis III tempora refert. Haut ita pridem prodiit WILHELMI GABRIEL PACHELBL

a GE-

Digitized by Google

a GEHAG Conſiliarii Brandenburgici & Dicaſterii Cæſareo-Prouincialis Aſſeſſoris diſſertatio præuia de *originibus Electorum, iisque etiam Chriſti natiuitate non iunioribus, Halæ 1705. 4.* qua demonſtrare voluit, ſi non ante, certe poſt Chriſti natiuitatem fuiſſe Electores. Fundamentum ſumit ex loco Taciti, vbi de Germanis: Reges ex nobilitate ſumunt, ideoque neceſſario dicit fuiſſe Electores ex proceribus. Horum etiam in regnis hæreditariis fuiſſe officium ait, vt Rege decedente, alium ex ſtirpe regia eligerent, atque eo omnia ſcriptorum loca trahit, id quod poſtea ſcripto quodam Germanico magis adhuc illuſtrare conatus fuit. Varias de origine Electorum ſententias confert & examinat IOH. GVILELMVS IANVS in Iudiciis Eruditorum de *origine Electorum cum vera ſententia comparatis & cum diplomatibus huc ſpectantibus coniunctim editis, Wittembergæ 1711. 4.* EUCHARIUS GOTTLIEB RINCK, in Analectis Hiſtoricis de *Origine Electorum, Altdorfi 1712. 4.* electionem quidem omni populo tribuit, ita tamen vt Officiales præcipuæ fuerint auctoritatis, qui a temporibus Rudolphi Habsburgici omnem, reliquis excluſis, ſibi ſumſerint electionem.



Digitized by Google

§. LXII.

*Scriptores de ſtatu & iuribus Electorum.*

Facit huc MICHAEL SCHIFERER *de origine & poteſtate Electorum*, *Gieſſæ 1626. 4.* & IO. GEORGIVS KIEFFER, *Argentorati 1671. 4.* qui potiſſimum proceſſum electionis & coronationis Imperatoriæ deſcribit. Prodiit deinde IOAN. TESMARI *experimentum iuris publici*, *de iure Electorum*, *Marpurgi 1685. 4.* Agit primum de origine Electorum, circa quam Mauritio plane adſentitur, deinde iura non ſolum communia, ſed etiam ſpecialia ſingulorum Electorum examinat. Potisſimum vero ſcriptum eſt HENRICI GüNTHERI THVLEMARII *Octouiratus*, qui primum tecto nomine, *Ienæ 1676. 12.* prodiit, poſt, præmiſſo nomine auctius longe *Francofurti 1688. 4.* in quo Electorum originem, iura tam communia quam ſpecialia, ſingulorum ſuccesſionem, tutelam, inſertis multis documentis publicis perſequitur. Dolendum ſaltim, quod materiam de Electorum officiis non adeo iuſte fuerit perſecutus. Recentiſſimus tractatus eſt IOACHIMI ERNESTI CRüGERI *nouem virorum Sac. Rom. Imperii auctoritas atque dignitas*, *Coloniæ Brandenburgicæ 1696. 4.* Singula iura Electorum ſpeciatim & prolixe

lixe illuſtrat, eademque ex actis recentiorum temporum depromta. *De Electorum iuribus prærogatiuis* diſputauit IOH. IACOBVS L. B. de WALPOTT, Præſide IOANNE HENRICO FELZIO, *Argentina 1710. 4.* Faciunt huc etiam AEMILII CHREGGRENE *velitationes de Septem. Sac. Romani Imperii Officialibus*, quarum auctor eſt MICHAEL GERINGERVS. Huc etiam referenda ſunt ſcripta varia, quæ nonum Electoratum concernunt, vti HIPPOLYTI a LAPIDE *raiſonnement von der neundten Chur-Würde.* In CASSANDRI THVCELII *Electis Iuris Publici* curioſis, editis *Francofurti 1694. 4.* varia ſcripta videmus inſerta, quibus in vtramque partem hanc Electoratus cauſam videmus disceptatam. Præcipue omnem huius controuerſiæ rationem exponit ADAMVS CORTREIVS in *Obſeruatis Hiſtorico-Politico-Iuridicis ad § IX, art. IV, Iur. Publ.* de expungendo Electoratu octauo, linea Guilhelmina in domo Bauarica deficiente, deque Electoratu nono controuerſo, *Francofurti 1707. 4.* *An Elector duos Electoratus uno & eodem tempore poſſidere queat?* & *An Elector filio ſuo primogenito cedere de duobus Electoratibus vnum poſſit?* Duæ hæ quæſtiones illuſtres cum rationi-

bus dubitandi & decidendi editæ ſunt 1621. 4. De *vnione Electorali*, *von der Chur-Fürſten Verein*, ſpecialis extat diſſertatio CHRISTIANI WILDVOGELII, *Ienæ* 1707. 4. qua de pactis Electorum, præcipue fœdere Rhenenſi tum vniuerſali, tum particulari ſpeciatim agit. Eiusdem eſt Diſſertatio de *Filiis Electorum*, *von Chur-Prinzen*, *Ienæ* 1711. 4.

## §. LXIII.

*Scriptores de Officialibus Imperii.*

Cum autem ſinguli Electores ſummi ſint Imperii Officiales, non deſunt quoque, qui horum officia ſaltim explicare fuerunt adgreſſi. Ad officia Electorum eccleſiaſticorum, qui Archi-Cancellarii dicuntur Imperii, facit eruditisſimus tractatus BERNHARDI a MALLINCROT, de *Archi-Cancellariis S. Romani Imperii*, qui prodiit *Monaſterii* 1656. 4. recuſus *Ienæ* 1666. 4. nunc tertia vice apud nos recuditur. Hoc ſcriptum multa induſtria, multaque eruditione elaboratum, *Ienæ* 1666. 4. in quo ex primis Francorum antiquitatibus hæc materia declaratur. Alia ſunt ſecularium Electorum officia, ad quæ declaranda facit IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII commentatio de *Sacri Romani Imperii ſummis Officialibus, & earundem ſubofficialibus*, *Altdorfi* 1686. 4. Illuſtrauit etiam hanc mate-

riam

riam HENRICVS COCCEIVS in *prudentia Iuris Publici* capite decimo & ſequentibus, idque potiſſimum ex Lehmanno. Addimus NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *Hyparchologiam, Stutgardiæ 1678. 4.* ſupra iamdum memoratam. Ad ſpecialia officia facit AVGVSTI ADOLPHI ab HAVGWITZ tractatus politico-publico Iuridicus de *regni & aulæ Mareſchallis, Budiſſæ 1690. 4.* Prolixus eſt tractatus, quo origo, officia & iura Mareſchallorum non apud Germanos ſolum, ſed etiam alias gentes demonſtrantur, idque multis ſcriptorum allegatis confirmatur. Huc ſpectant WILH. PACHELBL a GEHAG *Teutſchen Reichs-Staats vrkundliche Nachrichten, bevorab auf die Erwahlung des Maieſtatiſchen Ober-Haupts und auf die eigene Gros-Macht derer hohen Reichs-Stande und vor die Chur-Fürſtliche Rechte, auf die Reichs-Erz-Amt-Männer, und hierunter abſonderlich vor das Burggrafthum Nürnberg auf den Reichs-Erz-Pfærtner*, quod ſcriptum haut ita pridem forma maiori prodiit, idque non ſolum ſpicilegium eſſe voluit diſſertationis ante memoratæ, ſed etiam demonſtrare, Burggrauios Noribergenſes olim etiam fuiſſe Officiales & Oſtiarios Imperii. Ideoque diuerſa antiquitatis loca, quæ huc facere

videntur, cumulatim collegit. De Imperii Marchionibus erudite egit IO. PETRVS LVDEWIG in *formula Ducatus Brandenburgici, Halæ 1706. 4.* dum originem, Statum, & iura Marchionum probe illuſtrat. Sic etiam ad iura & Statum Pfaltzgrauiorum, Landgrafiorum, Marggrauiorum & Burggrauiorum facit GVILIELMVS TOBIAS STEMPEL in *Theſibus inauguralibus, quas de iurisdictionis & Magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanorum,* præſide CHRISTIANO THOMASIO defendit *Halæ 1703. 4.* Occaſione controuerſiæ, quæ intercedit inter domum Hanoueranam & Würtenbergenſem prodierunt *Wechſel-Schrifften vom Reichs-Bannier, Hanouer 1695. 4.* quæ ſcripta ab vtraque parte comprehendunt.

## §. LXIV.

*Scriptores de Iuribus Saxonicis.*

Inter Status Imperii eminent Electores, Ducesque Saxonici, quorum iura ſunt eximia. CASPARIS ZIEGLERI quidem habemus Diſcurſum ex Iure Publico *de ſingulari Sereniſſimi Electoris Saxoniæ eminentia,* Reſpondente *Ottone Heinrico Pflug, Witteberga 1679. 4.* *Merita Saxonum ſub Auſpiciis Marchionum Miſniæ in S. R. Imperium & Domum Auſtriacam ex Hiſtoriarum Monumentis delineauit* CAROLVS

LVS OTTO RECHENBERG, *Lipſiæ* 1713. 4. DOMINICI ARVMÆI Diſſertatio extat, *de Ducum & Electorum Saxoniæ priuilegiis de non euocando & non adpellando, Ienæ. De Confraternitate Saxonico-Haſſiaca,* ſingulari diſſertatione BENEDICTVS CARPZOVIVS egit Reſpondente *Petro Gericken, Lipſiæ* 1647. 4. Sed cum Brandenburgici etiam pacto acceſſerint, habemus IO. ECCARDI RAVSCHII diſſertationem inauguralem *de Pacto Confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaco,* præſide HENRICO BODINO, *Halæ* 1708. 4. Plenius vero de hoc pacto egit Winckelmanuus *Chronico Haſſiaco p. V. c. VI.* IO. ERNESTVS KREGELIVS *de Vicariatu Saxonico* egit, *in cauſa abſentiæ Imperatoris, Lipſiæ* 1707. 4. Præ cæteris circa Iura Saxonica occupatus fuit Wittebergenſium clarus Iureconſultus MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS cuius eruditam habemus diſſertationem *de Terris Iuris Saxonici, von denen Landen des Sächſ. Rechts, und denen in das Sächſiſche Vicariat gehörigen Enden, Witteberge* 1711. 4. Eiusdem ſunt *Obſeruationes Iuris Publici de Sigillo Maieſtatis Saxonico, Wittebergæ* 1712. 4. Eiusdem *Poſitiones Iuris Publici. de Directorio, quod Archi-Cancellario Germaniæ mortuo, abſente, vel impedito,*

*dito, Imperii Anti-Mareſchallo competit*; *Witteberga* 1712. 4. Eiusdem eſt Programma *de Directorio Saxonico in cauſſis Euangelicorum*, quod Io. Iacobi Gieriſchii diſſertationi inaugurali *de Proceſſu Summario*, Præſide CASP. HENRICO HORNIO habitæ, *Witteberga* 1709. 4. acceſſit. Eiusdem HORNII eſt Diſſertatio Iuris Publici *de Comitibus Palatinis Saxoniæ*, *Witteberga* 1709. 4. Addimus CONRADI FRIDERICI REINHARDI eruditam diſſertationem *de Officiis Imperii Saxonicis*, me Præſide in hac Academia ventilatam, poſt, ſub forma Tractatus publicatam, præmiſſa præfatione de eminenti Sereniſſimæ Domus Saxonicæ dignitate. Dum autem Electorales *Comitium Palatinatus Saxonici*, Electori plerumque tribuant, hanc Sereniſſimæ Genti communem eſſe ſingulari programmate demonſtraui, *Ienæ* 1712. 4. idque ex antiquitatum monumentis & ſigillis.

§. LXIV.

*Scriptores de Epiſcopis & Principibus Eccleſiaſticis Germaniæ*

De omnibus Germaniæ Epiſcopatibus opus olim adgreſſus eſt CASPAR BRVSCHIVS, ſed *tomum primum* ſaltim abſoluit, qui *Noribergæ* 1549. 8. prodiit, quem poſtea Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico-politico IO. GVALTERVS,

ſ. IA-

CIANVS GRVTERVS inſeruit *Francofurti 1614. 8*, in quo etiam plurium Epiſcopatuum notitiam reperimus, quæ tamen potius ad hiſtoriam facit. *De conſtitutione epiſcoporum Germaniæ* eruditus eſt tractatus HERMANNI CONRINGII, qui inter eiusdem Exercitationes reperitur *Helmſtadti 1647. 4.* vbi, quid circa inueſtituram & iura epiſcoporum olim in Germania obtinuerit, ex hiſtoriis erudite declarat. *De iurisdictione epiſcoporum Germaniæ* ſcripſit CHRISTOPHORVS WINTZELERVS, *Coloniæ 1614. 8. Iura primatus Germaniæ* ſingulari diſſertatione declarauit IO. PETRVS LVDWIG *Halæ 1707. 4.* in qua prærogatiuas archiepiſcopatus Magdeburgici, adhuc, poſtquam ſeculo addictus, reliquas demonſtrat. *De Abbatiſſis* habemus IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII diſſertationem, *Altdorfi 1687. 4.* & PETRI MüLLERI *de Gynæcocratia in regionibus Imperii Germanici von Aebtiſſinnen und Standes-Vormünderinnen in H. Röm. Reich, Ienæ 1706. 4.* huc ſpectant *wenige doch wichtige rationes, daß eine der Euangeliſchen Religion zugethane Abbatiſſin in Teutſchland wann ſie ſich verheyrahtet, nicht nöthig habe zu reſigniren, ſondern, wann ſie will, Die Abbteyliche Würde, Regierung und Einkommen Zeit-wahrenden*

*Ehe-*

*Eheſtandes behalten könne*, cum approbatione Facultatis Iuridicæ Marpurgenſis & Gieſenſis *und eines fürtrefflichen Rechtsgelehrten* iudicio *Anno 1691 zum Truck befördert von* HENR. GüNTHERO THVLEMARIO, cuius ſcripti quinta editio prodiit *1704. 4.*

## §. LXVI.

*Scriptores qui iura ac ſtatum principum deſcribunt*

Ad iura atque ſtatum Principum quaſi introducit IO. V. V. RELFENDSO *de ſumma Principum Germanicorum poteſtate 1669. 12.* qui principum iura deducit maſcule, ita vt illis etiam maieſtatem tribuat. Verus auctor eſt IOANNES WOLFGANGVS ROSENFELD. Contra eum ſcripſit HVNO ab HVNENFELD ſiue potius CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS *breues animaduerſiones in Relfendſo Heromontanum.* Cum etiam Relfendſo de Erfurtenſibus dixiſſet, iſtos libertatem non perdidiſſe, ni rigidam & improuidam plebem in ſua pertinacia publicis immaturo zelo confirmaſſent concionibus prædicatores. Hoc in Erfurtenſes iniquius dictum putauit auctor libelli, quem inſcripſit: *P. Tullii Hierani Antirelſendſo libelli de Summa Principum Germanicorum poteſtate calumniæ oppoſitus pro Ligurio Schadæo, 1670. 12.* Sed pagellæ nimis ſunt abſur-

abſurdæ & leuiſſimæ. Ad politicam vero & formandum Principum ſtatum optimus eſt VITI LVDOVICI a SECKENDORFF *Fürſten-Staat*. Faciunt huc pleraque ſcripta NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH, vtpote de *principibus & Statibus Imperii Romano-Germanici, Tubingæ 1685. 8. Archologia Ordinum Imperii, Tubingæ 1663. 4.* in qua de principum aliorumque Statuum imperii priſca origine ediſſerit, & de ſuperioritate territoriali agit, quam ſecundum incrementa ſua deſcribit. IO. EBERHARDVS LINCKIVS in diſſertatione *de Comitibus Principibus, Wittebergæ 1708. 4.* Cocceii ſententiam perſequitur, quod iſti tales dicantur, quorum terræ in Principatus non fuerunt euectæ.

## §. LXVII.

*Scriptores qui de ſtatu Comitum egerunt.*

Ad ſtatum Comitum primus eſt qui faciat CHRISTOPHORVS BEINDORFFIVS in diſcurſu *de Romani Imperii Comitibus & Baronibus*, qui in vol. III. Arumæi extat, atque alius CHRISTOPHORI BESOLDI diſcurſus in opere eius politico. Commendanda tamen præ cæteris eſt induſtria FRIDERICI LVCÆ, qui edidit *des heil. Römiſchen Reichs uhralten Grafenſaal, Francofurti ad Mœnum 1702. 4.* Liber eſt elegans & multa cum induſtria

con-

conſcriptus. In præfatione quidem de originibus, fatis & differentia Comitum antiquorum, quæ fuit a Carolingorum temporibus, agit. Deinde illos Imperii Comites perſequitur, quorum ſtirpes atque illuſtres familiæ defierunt. Hos autem, eorundemque familias ad litterarum ordinem ſeriemque enumerat, deque originibus, opibus, iuribus, dignitatibus, rebus geſtis aliisque, agit. Licet negandum non ſit, auctorem non vbique veros fontes & ſcriptores fuiſſe ſecutum, vt hinc inde næui quidam adpareant. *De Burggrauiis* Imperii erudita eſt diſſertatio HENRICI GüNTHERI THVLEMARII, *Francofurti 1691. 4.* Eruditum eſt ſcriptum IOANNIS SCHILTERI *de S. R. G. Imperii Comitum prærogatiua ac iure inter ipſos & ordinem equeſtrem imperii immediatum controuerſo, Argentorati 1702. 4.* quo Comitum prærogatiuam præ ordine equeſtri claſſe deducit. *De ſuperioritate territoriali Comitum Imperii* agit IO. HENRICVS BöCKLERVS in diſſertatione, *anno 1710. 4. Argentorati* propoſita.

## §. LXVIII.

*Scriptores de Nobilitate in genere.*

Ad Generalia Nobilitatis Germanicæ facit potiſſimum REINHARDVS Comes Solmenſis *von des Adels Anfang, Herkommen,*

Digitized by Google

*men, Vnterhaltung und gebührlicher Verhalt.* REINERVS REINECCIVS *von des Adels anfänglichen Herkommen, Leipzig 1576. 4.* CYRIACI SPANGENSPERGS *Adels-Spiegel* cuius pars prima prodiit *1591. f.* pars altera *1594. f.* ſatis prolixus eſt. Generalia autem Nobilitatis, harum iura, dignitatem, diuerſas claſſes & priuilegia perſequitur, rarus eſt & admodum commendandus. Inter recentiores laudem habet MICHAELIS PRAVNI *Adeliches Europa, und das noch viel edlere Teutſchland, ſambt deſſen ſieben Heer-Schilden, Reichs-Landſaſſen und Stadt-Adel, Speyer 1685. 8.* in quo ſcripto originem, ſtatum, differentias & iura nobilitatis Germanicæ ex hiſtoriis probe declarat. Præ cæteris commendari meretur ANTONII MATTHÆI Tractatus *de Nobilitate, Amſtelodami 1686. 4.* qui omnes Nobilitatis & maioris & minoris claſſes ex antiquitatibus optime perſequitur. Facit huc etiam VDALRICI EVBENII diſſertatio *de titulo nobilis.*

## §. LXIX.

*Scriptores de Nobilitate immediata.*

Ad equeſtrem Germaniæ ordinem facit CHRISTOPHORVS BESOLDVS *de ordine equeſtri libero & immediate ſubiecto*, in opere politico. ERICVS MAVRITIVS *de nobilitate præprimis Germanica*



Digitized by Google

*Kiloni 1660. 4.* PHILIPPVS KNIPSCHILDIVS *de iuribus ordinis equeſtris, Francofurti 1619. 4.* & IO. CONRADVS CREIDEMANNVS *de dignitate nobilitatis immediatæ ac ſtatu aliisque iuribus, Tubingæ 1673. 4.* IO. FRIDERICVS a LENDERSHEIM diſcurſum ſcripſit *de iure & priuilegiis nobilitatis immediatæ,* in quo de nomine & origine, nec non diuerſitate nobilium, priuilegiis, tam generalibus quam ſpecialibus agitur. Fundat ſe equidem maximam partem in Legibus Germanicis, ſubinde tamen ICtorum Conſilia & Leges Romanæ parum congrue adhibentur. ANTONIVS WILHELMVS ERTEL *obſeruationes illuſtres iuridico equeſtres* edidit *Noribergæ 1699. 4.* in quo diuerſas Quæſtiones circa iura & feuda Nobilium Immediatorum obuenientes examinat: cui addidit extractum Statutorum & priuilegiorum ordinis equeſtris Sueuici. Egregium ſcriptum eſt CASPARIS a LERCH, *de ordine equeſtri, Germanico, Cæſareo, bellico politico, Moguntiæ 1626. f.* qui immediatæ nobilitatis antiquitatem & ſtatum multa induſtria deſcribit, atque rarus eſt. Dolendum, quod altera pars libri, comprehendens libertatem & iura nobilitatis immediatæ, cum ipſius bibliotheca per incendium perierit. Eundem auctorem faciunt

ciunt *der politiſchen Frage, ob des heil. Reichs Ritterſchafft ein Stand des Reichs ſey.* REINHARDVS a GEMMINGEN diſcurſus, *woher dem Reichs-Adel der freyen Ritter-Crayſen ihre Reichs-Freyheit und immedietät herkomme*, extat in Beſoldi theſauro practico voce Reichs-Stand. Recentiſſimus eſt tractatus IO. STEPHANI BVRGEMEISTERS *Status Equeſtris Cæſaris & Imperii Romano-Germanici, das iſt, des unmittelbahren freyen Kayſerlichen Reichs-Adels der dreyen Ritter-Crayſen in Schwaben, Francken und am Rheinſtrom urſprüngliche Immedietät, prærogatiuen, immunitäten, antiquitäten, alter ſplendor, Zu- und Abnahm, ſambt verſchiedenen fatalitäten, Vlm 1709. 4.* Hoc antea quidem iam prodierat a. 1700. ſed noua hæc editio longe eſt locupletior. Laudem ſuam meretur hoc ſcriptum, licet non ſatis ſit ordinatum. Non quidem ſingula ex prima antiquitate examinat. Statum tamen hodiernum & quædam nobilitatis iura, immunitatem præſertim, ex fontibus declarat. Eidem debemus *Reichs-Ritterſchafftliches Corpus Iuris oder Codicem Diplomaticum, Vlm 1707. 4.* in quod congeſſit diuerſa pacta, mandata, priuilegia, aliaque ſcripta nobilitatem immediatam concernentia ab anno 1392. ad recentiora tempora.

§. LXX.

*Scriptores qui ſpecialia quadam iura Nobilitatis immediatæ illuſtrarunt.*

Inter eos, qui ſpecialia nobilitatis Germanicæ iura illuſtrarunt, eſt EBERHARDVS FRIDERICVS ab HOLZ, qui orationem habuit *de ſuperioritate territoriali nobilibus immediatis competente, Tubingæ 1684. 4.* Eandem ſuperioritatem Nobilibus immediatis aſſerit IOANNES LAVRENTIVS SCHMID in diſſertatione ſua inaugurali *Altdorfi 1708. 4.* publicata, NICOLAVS KERN vero diſſertationem ſcripſit *de iurisdictione Eccleſiaſtica nobilium Imperii immediatorum. De fideicommiſſis familiarum nobilium* poſthumo labore commentatus fuit PHILIPP. KNIPSCHILD, *Coloniæ 1693. fol. Iura* quoque atque *priuilegia nobilium immediatorum Franconiæ* extant *Noribergæ 1659. 4. Rhenenſium ac Wetterauiorum, Gieſſæ 1671. 4. Alſatiæ inferioris, Anno 1653. 4. & Francofurti 1673. 4.* IOANNES HENRICVS WIELANDVS eiusdem ordinis Syndicus, edidit *des h. Röm. Reichs freyer ohnmittelbahrer Ritterſchafft in untern Elſas Adeliche Ritter-Ordnungen, priuilegia, und Kayſerliche Reſcripta 1652. 4.* De nobilitate Sueuica egit IO. CONRAD KREIDEMANN, qui edidit tractatum *von der Reichs-Ritterſchafft in Schwaben Staat-Stand,*

*Stand, Ehren, Würde, Freyheit, Recht, Gerechtigkeit, und alten Herkommenheiten*, *Eſlinga* 1673. 4. vbi potiſſimum agit de inſtitutione Senatus Equeſtris, aduocatis, procuratoribus, iudiciis ordinis equeſtris. Huc referenda *Copia etlicher der vornehmſten, von Röm. Keyſern und Königen der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben ertheilter und confirmirter priuilegien und Freyheiten, ibidem* 1673. 4. Quæ quidem ſingularia priuilegia nobilibus conceſſa, complectitur, quorum index ſcripto præmittitur. Neque hic omittendum HIPPOLYTI von TRIESBACH ſiue PHILIPPI KNIPSCHILDII *unvorgreiffliches Bedencken über etliche Fragen der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, Francken und am Rheinſtrohm, Standt und Seſſion betreffend*, *Eſlinga* 1681. 4. quod agit de præcedentia primo in genere & in ſpecie, 2. num Nobiles immediati ſint Status Imperii? inquirit, 3. an ad Comitia Imperii admittendi? &c. ſingula ex legibus patriis deducuntur, licet negandum non ſit, quod pro more illius æui legibus romanis iuſto frequentior locus concedatur. Edita quoque eſt a GEORGIO CHRISTOPHORO STIRN ΠΕΝΤΑΣ *deciſionum*, quarum prior forum priuilegiatum nobilium reſpicit, altera de fideicom-

miſſis a nobilibus familiæ conſeruandæ cauſa relictis, tertia de iniuriis Statui Imperii illatis, quarta de primogenitura conſeruanda, quinta de hoſpitatione militum tractat, e quibus multa huc facientia peti poſſunt. Maxime vero iura immedietatis Nobilitatis Sueuicæ defendunt varia ſcripta in controuerſia cum Duce Würtenbergenſi agitata euulgata, & præſertim *in Iure & facto veſtgegründete Gegen-Deduction, worinnen einer von mittelbahren Freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben vermitgliederter Hoch-Fürſtl. Würtenbergiſchen Vaſallen, unfürdenckliche, vor und nach Erection des Hertzogthumbs Würtenberg obgehabte, und mit Ehren auf die Poſterität ererbte Reichs-Immedietät wider den von Seiten des Hochfürſtl. Hauſes Würtentenberg in öffentlichen zu Stuttgard a. 1695. und 1701. gedruckten Deductionen und Schrifften gegen männiglich, und inſonderheit Ihro Röm. Kayſerlichen Maieſtät hochpreislichen Reichs-Hoff-Rath neuerlich imputirten, vor alters obgehabten ſingularen Fürſtlich-Würtenbergiſchen Landſaſſiat, und vermittelſt einer ſogenandten Rebellion de anno 1395. unternommene, auch zu Zeiten Hertzog Vlrichs in anno 1519. angefangenen Exilii de facto wiederhohlte und erſt anno 1561 ins Werck geſetzte Exemption, ſo zu ver-*

*vermeintem mehrerem Vorſtand der einem Schwäbiſchen Reichs-Ritter-Corpori bey des Würtembergiſchen Lehen-Güter Conſolidationen de facto entziehender Collectationen hier und dar im Reich divulgiret worden: abgenöthigter maßen defendiret und gerettet wird 1702. f.* cuius auctor potiſſimum habetur IO. STEPHANVS BVRGMEISTER. Hoc excepit: *Abdruck der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, aller fünff Cantonen contra Herren Eberhard Ludwigen, Hertzogens zu Würtenberg Hochfürſtl. Durchl. an den Keyſerl. Reichs-Hoff-Rath in puncto Collectationis & aliorum abinde dependentium a tempore plusquam immemoriali exercitorum Iurium in denen Theils durch Abſterben, Theils durch Tauſch und Kauff conſolidirt- und acquirirten lehenbahr geweſten Ritter-Güter, als Oberndorff und Boltringen, Riebſarten, Rietheim und Hauſſen, Obſröhnen, Hemmingen und Schöckingen, ſo dann Vnteriexingen. De nobilitate Franconica* THEODORVS KIRCHMAYER, *Witteberga 1677. 4.* ÆGIDIVS PERIANDER *de nobilitate Moguntiaca diœceſeos, Moguntiæ 1568. 8. De ganerbinatibus caſtrorum* egit IACOBVS WERNERVS KYLLINGERVS, *Tubingæ 1620. 4.* & IOANNIS LEIBEN tractatus *von denen Ganerbſchafften und Ganerbhäuſern.*

*De Fideicommiſſis familiarum nobilium conuentionalibus, vom durch Vertrag aufgerichteten Adel, Stamm-Gütern* eſt diſputatio *Io. von Löwen* præſide CHRISTIANO WILDVOGELIO.

## §. LXXI.

*Scriptores de iure ciuitatum Imperialium.*

Ad iura Ciuitatum Imperialium in genere facit PHILIPPVS KNIPSCHILD *de Ciuitatum Imperialium iuribus ac priuilegiis, Vlmæ 1647. f.* qui pleniſſime rem Ciuitatum pertractauit, ad ſingulas etiam Ciuitates pergit, harum originem, iura & immunitates perſequitur. Iura *Ciuitatum Imperialium* in immutanda religione optime perſecutus eſt CHRISTOPHORVS BESOLDVS, qui etiam *de iure atque Imperio* eorundem egit in opere politico. ANDREÆ KNICHEN extat *velitatio apologetica de ciuitatum iuribus territorii, Helmſtadti 1606. 4.* qui ſuperioritatem territorialem Ciuitatibus Imperii denegauit, quæ plenius adhuc deduxit in *epopſi Dauthinæ hypotheſeos, Helmſtadti 1607. 4.* B. GEORGII ADAMI STRUVII extat diſſertatio *de liberis S. R. I. Ciuitatibus, Ienæ 1676. 4.* Haut ita pridem prodiit IO. PETRI LVDEWIGS diſſertatio *de Ciuitatum Imperialium, diſpari nexu, Halæ 1710. 4.* in qua ſingularia equidem proponit,

ciui-

ciuitates mixtas reiicit & liberis ſaltim Ciuitatibus Superioritatem Territorialem tribuit. Accuratius vero iura iura & ſtatum ciuitatum imperialium declarauit, controuerſia iſta de præfecturis imperii (*Reichs-Vogteyen*) dum agitaretur, an proficuum ſit illa reduci. Prodibat quippe *kurtzer, doch gründlicher diſcurs über die emporgehende Frage, ob die alten Reichs-Vogteyen dieſer Zeit, bey den Reichs-Städten mit berechtigten Fug und des heil. Röm. Reichs verhoffender Wohlfahrt wieder an und zu Werck gerichtet werden ſollen und können, oder nicht.* In hoc tractatu auctor, quisquis ſit, non ſolum officium præfectorum imperii, quod olim fuit, ex hiſtoriis erudite declarat, ſed etiam probat, quod ciuitates imperiales eodem ac Principes modo, autonomiam adeptæ fuerint, cum antea æque ac principes Imperatoribus addictæ. Contra hunc tractatum alius edidit: *Beſtändige und wohlgegründete Wiederlegung eines über die in den Reichs-Stadten von alters herkommene Reichs- Vogteyen in Druck ausgeſprengten Diſcurſus, ſo viel darinnen die Vogtey der Stadt Augſpurg zum vermeyntem exempel in unterſchiedlichen Stellen angezogen wird, 1643. 4.* in quo iura epiſcoporum in ciuitates ſuas metropoles, licet liberæ, ex-



Digitized by Google

tendit & iura ciuitatum maxime ſupprimit. Contra hunc prodiit *gründlicher hiſtoriſcher Bericht von denen alten Reichs - Vogteyen, bey denen Erb Frey - und Reichs - Stadten, wie auch bey den hohen und andern Stifftern und Clœſtern, Studgard 1655. 4.* cuius auctorem communiter faciunt DANIELEM HEIDERVM. Hic non ſolum notabilem eſſe differentiam declarat inter præfectos & aduocatos, ſed etiam in iura ciuitatum imperialium inquirit. Et cum ſub initium ſuperioris ſeculi controuerſia orietur, an ciuitates imperiales in Comitiis haberent votum conſultatiuum ſaltem vel etiam deciſiuum, de eo pro iure ciuitatum tractatus prodiit ſub titulo: *Gründlicher Bericht von den Freyen und Kayſerlichen Reichs - Stadten ihren Stand und Regalien, Franckfurt 1612. 4.* cuius auctorem faciunt IOANNEM GOEDDEVM. Paullo poſt edebantur *zween ausführliche Rathſchlæge der Reichs-Stadte Seſſion und votum betreffend, Franckfurt 1615. 4.* De *ciuitatibus Hanſeaticis* egit IOANNES ANGELVS WERDENHAGEN, *Lugduni Batauorum 1613. 12.* qui originem fœderis Hanſeatici examinat, & IOANNES SIBRANDVS, qui Lubecæ & Hanſeaticarum iura publica deduxit, *Roſtochi 1620. 4.* De Etymologia vocis Hanſæ & origine foederis numero

ciui-

ciuitatum Hanſeaticarum, comitiis & conuentibus Hanſæ Teutonicæ, & prærogatiua Lubecenſium &c. agit IOACHIMI HAGEMEIERI de *fœdere ciuitatum Hanſeaticarum Commentarius*, *Francofurti 1662. 4.* Optime vero originem Ciuitatum Hanſeaticarum declarauit PETRVS LAMBECIVS in *Originibus Hamburgenſibus.* Cum autem fœdus hanſeaticum tanquam illicita liga, factio atque conſpiratio a nonnullis traduceretur, prodiit *der vereinigten Hanſe-Stadte kurze nothwendige Verantwortung ſammt angehengter Proteſtation wider etliche neulich ſpargirte Schrifften, darinn der uhralt Hanſiſche Fund, vor eine verbotene liga &c. übel angezogen und ausgeruffen wird, Lubecæ 1609.* Sed eodem anno Helmſtadti contrarium typis exſcriptum, ſub titulo: *Gründlicher Bericht auf der vereinigte Verantwortung &c.*

## §. LXXII.

Iura Ciuitatum Imperialium quoque illuſtrant variæ quæ ipſis intercedunt Controuerſiæ cum Statibus diuerſis. Talis eſt controuerſia Ciuitatis Fridbergenſis cum ſuis Burggrauiis. Prodiit de eadem *Gründlicher Bericht des Heiligen Reichs Stadt Friedberg Stand, Regalien, Priuilegien, Rechten und Gerechtigkeiten, wider der Burg daſelbſt*

*Scriptores de diuerſis Ciuitatum Imperialium controuerſiis.*

*daſelbſt gemachten Neuerungen und erregte Strittigkeiten 1610. 4.* Eodem reſpicit *Reſponſum iuris oder gründlicher Bericht von allen und ieden der Keyſerlichen Reichs-Stadte Stand &c.* quod itidem occaſione huius controuerſiæ promulgatum eſt, *Francofurti 1612. f.* In controuerſia Brunſuicenſi inter Duces Brunſuico Luneburgenſes & dictam vrbem ratione iuris in eandem hæreditarii prodiit *Ausführlicher wahrhaffter hiſtoriſcher Bericht, die Fürſtliche Land- und Erb-Stadt Braunſchweig und Lüneburg Wolfenbütteliſchen Theils darüber habende Landes-Fürſtliche hohe Obrig- und Gerechtigkeit, auch ihre der Stadt unmittelbare angebohrne ſchuldige Subiection und Unterthänigkeit betreffend, 1607. fol.* tribus tomis, quibus potiſſimum ſcripta, Ducum iura confirmantia continentur. A parte Brunſuicenſium prodiit *hypotypoſis & ſummaria delineatio quaeſtionis: vtrum liberæ Sacri Romani Imperii Ciuitates iura principis in ſuis rebus publicis obtineant*, cuius auctor fuit IOANNES TAVBERVS, iuris Doctor apud Marpurgenſes. Eadem occaſione prodiit IOHANNIS TAUTII Diſcurſus generalis & ſpecialis de *rerumpublicarum inferioris Saxoniæ illuſtrium perfecto regimine & ſtatu, Francofurti 1620. 4.* qui Brunſuicenſium partes defendit. In controuerſia

vrbis

vrbis Bremenſis, quæ ipſi cum Rege Sueciæ intercedit, prodiit primum *Prodromus oder Vortrab gründlichen wahrhafften Berichts und Gegen-Remonſtration von der Stadt Bremen Beruffung, Seſſion und voto zum Reichs-Tag in Regenſpurg 1641. 4.* Contra hoc prodiit *Nachtrab 1642. 4.* cui Bremenſes oppoſuerunt *Aſſertionem reipubl. Bremenſis, das iſt, der Kayſerlichen und des Heiligen Rœm. Reichs freyen Stadt Bremen Ehren Freyheit und Standes Rettung 1646. 4.* Anno 1652 denuo comparauit *Abdruck der von Kœnigl. Schwediſchen Plenipotentiarien hinterlaſſenen Remonſtration &c. betreffend der Stadt Bremen de facto und ganz ærgerlicher Weiſe wider des Heil. Rœm. Reichs Fundamental-Geſetz &c. arrogirtes Reichs-Stadtiſches Prædicat, 4.* Secuta eſt *Breuis adumbratio ſtatus ciuitatis Bremenſis, ante, ſub & poſt pacificationem Osnabrugenſem, Bremæ 1653. 4.* Hinc, poſtquam ſuper hac controuerſia Stadæ tranſactum eſſet, & Anonymus Suecicorum priſtinas prætenſiones ceu legitimas publico ſcripto exponeret, refutatus eſt, *im Grund-Riß der ungründlichen Deduction einer (alſo übel genannten) rechtmæßigen Befugniß, welche die Cron Schweden an die Stadt Bremen haben ſolle, &c. Anno 1666. 4.* tandem Bremenſium iura plene adſeruit ſcriptum, cuius rubrica habet,

habet, *Sonnen-klahrer Anzeig und Beweiß, daß, Vermæg des Stadiſchen Vergleichs de Anno 1654, der Stadt Bremen eine geruhige Poſſeſſion vel quaſi ihrer Reichs-Immedietæt &c. vorbehalten blieben*, 1666. 4. Omnem vero controuerſiæ ſtatum expoſuit ADAMVS CORTREIVS in *Obſeruatis Hiſtorico-Politico-Iuridicis de Ciuitate Bremenſi, eiusque territoriis & ſubditis, Francofurti* 1710. 4. Ita cum Rex Daniæ Hamburgo ciuitati de ſua immedietate controuerſiam moueret, prelo ſubiecta ſunt ſequentia ſcripta, primo quidem *Abdruck des zwiſchen Ihrer Kœniglichen Maieſtæt zu Dennemarck und der Stadt Hamburg am 1. Nou. A. 1679 beſchloſſenen und darauf den 3. eiusdem von beyden Seiten ratificirten Interims-Receſſes, eodem anno*, 4. Anno vero 1686 Senatus Hamburgenſis imprimi curauit, *die in iure & facto wohlgegründete Remonſtration, was es mit der von Ihrer Kœniglichen Maieſtæt in Dennemarck prætendirten Huldigung der Stadt Hamburg für eine Bewandniß habe, &c.* Libertas decem vnitarum Alſatiæ ciuitatum adſtruitur *in der Summariſchen Ausführung des Heilgen Rœm. Reichs Land-Vogtey Hagenau &c.* 1647. 4. *Anno* 1663 prodierunt *Documenta, Priuilegia & Reſcripta* præfecturam prouincialem Hagenauenſem & decem iſtas ciuitates imperia-

les

les concernentia, 4. Ceſſis autem Gallo per pacem Monaſterienſem tam præfectura prouinciali Hagenoënſi, quam decem dictis vrbibus, præfectus iisdem poſt Harcurtium datus fuit Dux Mazarini, de quibus habemus *Ausführliche Relation über dem Præſentations-Actu in des Heil. Ræmiſchen Reichs Cammer und Stadt Hagenau zwiſchen Herrn, Herrn Herzog Mazarini &c. und deren zehen des Heil. Ræmiſ. Reichs vereinigten Stadten im Elſaß &c. Deputirten vorgegangen und abgehandelt im Decembri und Ianuario 1661 & 1662.* additus extractus ex iis, quæ inter Harcurtum & decem ciuitates in 1651, 1652, 1653 acta ſunt, nec non contenta edictorum 1658 Enſishemii 1662 in Metenſi ciuitate ſolenniter publicatorum, quibus iſtæ ciuitates iurisdictioni parlamentorum Enſishemenſis & Metenſis ſubiecta ſunt. Grauamina hinc varia in comitiis propoſuerunt ciuitates vnitæ; continentur iſta in memorialibus ad proceres imperii directis, quæ itidem typis exſcripta extant. *Ciuitatis Francofurtenſis Iura atque Priuilegia* collecta videmus, *Francofurti 1614. f.* Facit huc etiam Lunigius in vltima parte *des Reichs-Archius.* Ex eiusmodi enim ſcriptis iura Ciuitatum Imperialium magis adhuc declarantur.

§. LXXIII.

Digitized by Google

## §. LXXIII.

*Scriptores de Comitiis tum vniuerſalibus tum particularibus.*

De *Comitiis Imperii* libellus extat hiſtoricus ONVPHRII PANVINII cum notis FRIDERICI HORTLEDERI, *Argentorati 1613.8.* vbi non ſolum Comitiorum rationem, ſed etiam electorum originem, quam ad tempora interregni refert, ex hiſtoriis erudite declarat. Ipſam vero Comitiorum, quæ hodie eſt, rationem prolixe explicauit in *Commentario* ſuo *Iuridico-Politico* DOMINICVS ARVMÆVS, *Ienæ 1660.4.* in quo tractatu etiam Comitiorum mediæ ætatis rationem ex antiquitatibus eruit. Sic & de *Comitiis* breuius egerunt BERNHARDVS ANTONIVS BERTRAMVS, *Gieſſæ 1621. 4.* Diſſertatio prima erat, præſide ORTOLPHO TOMANNO in hac academia *1615.* ventilata. IOACHIM. HAGEMAYERVS, *Francofurti 1676. 4.* & qui æque *Comitia vniuerſalia* imperii eleganter atque ex hiſtoriis illuſtrauit IOAN. CHRISTOPHORVS WAGENSEIL, *Altdorfi 1686. 4.* Subnectimus IO. HENRICI FELTZII diſſertationem de *Comitiis S. R. Imperii vniuerſalibus, Argentorati 1712. in 4to.*

§. LXXIV.

## §. LXXIV.

Praxin vero & modum procedendi in Comitiis deſcribit IOAN. STARICIVS, in *Comitiorum fido Achate*, Noriberge 1641. 4. GOTTLIEB von HAGEN *Comitiologia Ratisbonenſis*, *Francofurti* 1657. 4. edita, hiſtoriam Comitiorum deſcribit. *Ominoſa rerum in præſentibus Ratisbonenſibus Comitiis geſtarum ſeries*, 1673. 4. prodiit, & ſeptem partibus eſt abſoluta. Satyricum eſt ſcriptum contra conſilia Germanorum, quæ tarde nimis vel cum diſſenſu agitantur, directum. Auctorem præcipuum Deckherrus BALTHASAREM VENATORIVM, electoris Palatini Secretarium facit, cui tamen adminiculatus quoque fuerit BECHTIVS, in Comitiis Secretarius. Sic etiam EITEL FRIDERICI von HERDEN *Grund-Veſte des Heiligen Rœmiſchen Reichs* multum facit ad Hiſtoriam Comitiorum. De Comitiis Auguſtæ Vindelicorum anno 1582 celebratis, prodiit *Ausführlicher Bericht, wie es auf Reichs-Tagen pflegt gehalten zu werden*, 1612. 4. quo non tantum Præparatoria Comitiorum, ſed & ipſe modus agendi deſcribitur. De ordine atque præcedentia in Comitiis adhuc durantibus obſeruatis legi meretur *Einige emendirte Verzeichniſſe derjenigen Chur-Fürſten, Für-* *Scriptores de praxi & modo Comitiorum.*

Tt *ſten*

*ſten und Stænden des Heil. Rœm. Reichs, auch der an- und abweſenden Rathen, Pottſchaff-ten und Geſandten, wie dieſelbe auf dem von dem Allerdurchlauchtigſten, &c. Leopoldo &c. &c. nacher Dero und des Heiligen Rœm. Reichs Stadt Regenſpurg, auf den 8. Iunii Anno 1662 ausgeſchriebenen und biß 1664 continuirenden Reichs-Tag &c. ſich nach und nach eingefunden und legitimiret haben.* 4. ſimile ſcriptum prodiit 1682. 4. *Ratisbonæ tit. Verzeichniß der Chur-Fürſten, Fürſten und Stænde &c.* & 1688. 4. Paucos ante annos prodiit *Discurs von gegenwærtigem Reichs-Tage zu Regenſpurg,* 1696. 4. Auctorem habet GEORGIVM MELCHIOREM LVDOLPHVM, quo ſtatum Comitiorum accurate deſcribit. Hunc Schilterus Inſtitutionibus Iuris Publici adiecit. Hinc Lünigius eundem parti Generali des Reichs-Archius ſubnectit. Idem ſubiecit *Abbildung des itzigen Regenſpurgiſchen Reichs-Tages,* in quo ſcripto ordinem ſesſionem & votorum per diuerſa ſchemata exhibet, & quid hodie immutatum accurate exponit. Speciatim cauſſas, quare ſecreta comitiorum in Germania tam crebro propalantur, explicat *der Pflichtmasſige Bericht von dem Secreto Comitiali* 1713. 4. quod poſtea cum additamento quodam prodiit, in quo iniurioſe nimis de quibus-

dam

dam legatis agitur. Sed publica lege fuit prohibitum & flammis addictum. De *placitis Ordinum Imperii*, vulgo *Reichs-Gutachten* eruditam habemus diſſertationem IOANNIS KVLPISII, *Argentorati 1686. in 4to.*

## §. LXXV.

*Scripta Mulleriana de Statu Comitiorum.*

Haut ita pridem prodiit IOANNIS IOACHIM MULLERS *Teutſcher Reichs-Tags-Staat, Jena 1709. 4.* Auctor ſibi propoſuit Statum Comitiorum, qui fuit ab anno 1500 ad 1508 regente Maximiliano I, partim etiam vicariam poteſtatem gerente Friderico Sapiente, Saxonum Electore. Horum igitur Hiſtoriam & Acta Publica exhibet, eademque ex archiuo Vinarienſi depromta. Continentur libro primo Acta Regimentum & præcipue conuentum Noribergenſem Imperii anni 1501 concernentia, Controuerſia & pacta inter Maximilianum I & Ludouicum XII de regno Neapolitano & Ducatu Mediolanenſi, Grauamina Nationis Germanicæ contra Alexandrum VI, Papam, defectio Baſileenſis vrbis ab Imperio, petita a Friderico Saxone Magiſtro ordinis Teutonici auxilia contra Polonos. Liber ſecundus comprehendit acta in diuerſis Comitiis Electoralibus & Electorum iura & controuerſias



Digitized by Google

cum Imperatore. Liber Tertius comprehendit acta comitiorum Francofurtenſium, Hagenouenſium & Colonienſium anni 1504 & 1505. Liber quartus continet acta Comitiorum Conſtantienſium anni 1507. Liber quintus agit potiſſimum de Vicariatu Saxonico. Laudandum non ſolum eſt propoſitum, ſed etiam ipſa Tractatio. Quippe, non ſolum hiſtoriæ connexionem ſatis exacte deducit auctor, ſed etiam ſingula, ipſis inſertis Actis Publicis, confirmat. Et cum hæc negotia concernunt maioris momenti, multam omnino in iure Publico vtilitatem præbent. Inſecutum eſt eiusdem *Reichs-Tags-Theatrum, wie ſelbiges unter Keyſer Friedrichs V allerhœchſten Regierung von anno 1440 biß 1443 geſtanden, Iena 1713. f.* Opus magnæ non ſolum laboris, ſed etiam eximiæ vtilitatis, in quo tot fontes Iuris Publici, Hiſtoriæ atque Antiquitatum Germanicarum ex ipſis Actis authenticis declarat, vt ſane ſuo merito ſit commendandum. Promittit eadem ratione acta Comitiorum, ſub Maximiliano I, Carolo V, Ferdinando I, Maximiliano II & Rudolpho II celebratorum, idemque ex Actis Publicis & ſcriptis Hiſtoricorum, quod æque lucem iuri publico præferet eximiam, cum Archiuum Vinarienſe, cui præeſt, omnia huic operi neceſſaria ipſi ſuppeditet.

Optan-

Digitized by Google

Optandum ſaltim, vt quis, cui aditus datur ad Tabularia publica, Vniuerſale Theatrum Comitiorum a Caroli M. temporibus eadem cura ſuſciperet, iſte enim egregium quid præſtaret. Verum, hoc opus eſſet maximæ difficultatis, lubens tamen & ipſe omnem adhiberem operam.

## §. LXXVI.

*Scriptores de augendo votorum numero in Comitiis.*

Haut ita pridem plures controuerſiæ fuerunt ortæ, dum Status quidam plura in Comitiis vota peterent, ad conciliandam ſibi maiorem in Imperio auctoritatem. Recenſentur autem Status iſti, qui noua vota quærunt, in Electis Iuris Publici, faſciculo primo. De ſeſſione & voto, ratione epiſcopatuum Merſeburgenſis & Numburgenſis ſcripta quædam continentur in Thucelii electis Iuris publici parte prima capite octauo. Nouiter demum Potentiſſimus Rex Auguſtus, Saxoniæ Elector, quatuor vota in Comitiis petiit, ratione Landgrauiatus Thuringiæ, Marggrauiatus Misniæ, Burggrauiatus Magdeburgenſis & Misnenſis, quorum iura ſingulari ſcripto fuit perſecutus. Iura Auguſti etiam defendere conatus fuit CASPAR HENRICVS HORNIVS ſingulari programmate, quod Ioannis Gothofredi Krauſii diſſertationi inaugurali de *diſpoſitione Legis 1. Cod. quando*

*libellus Principi datus litis conteſtationem faciat*, ſubiectum eſt, *Witteberga 1706. 4.* quo probare contendit, Misniæ Marchiones locum olim ſatis couſpicuum inter Electores occupaſſe. Ideoque Electorem iure ſuo adhuc vti poſſe. Subſecutum eſt aliud Eiusdem Programma, quo ſimilia tradit de *Thuringiæ Landgrauiatu*, idque diſſertationi inaugurali CAROLI IACOBI SCHILLINGII de *iure legitimandi Comitum Palatinorum in terris Principum Imperii* fuit ſubiunctum. Sic etiam in diſſertatione de *Comitibus Palatinis Saxonicis*, hac ratione votum Electori prætendit. Eadem promittit de Burggrauiatu Magdeburgenſi & Misnenſi. Verum, licet negandum non ſit, Thuringiæ Landgrauios & Misniæ Marchiones Proceres eſſe Imperii & ſeſſione ac voto olim fuiſſe gauiſos in Imperio, ideoque tamen non ſequitur, Auguſtum Regem ad hæc vota eſſe admittendum, cum hæc ipſa vota Saxoniæ Principes Erneſtinæ lineæ nunc ferant, cum ante Pacem Weſtphalicam ſinguli Status ſingula ſaltim vota ferrent. De Burggrauiatu Magdeburgenſi nunquam probabit Hornius, Principum illum iura habuiſſe, ideoque ſeſſionem & votum in Comitiis. De Burggrauio Misnenſi vero certum eſt, illum Principibus fuiſſe adſcriptum, verum, hunc titulum & Im-

Digitized by Google

Imperii iura olim geſſerunt Comites Ruthenici, idque pacto ſpeciali, vt, licet territorium Burggrauiatus poſſideat Rex Auguſtus, non tamen votandi iura, id quod pluribus firmari poſſet, ſi neceſſarium foret. His autem ab Auguſto rege quæſitis votis ſe oppoſuit Sereniſſima Domus Saxonica Erneſtinæ lineæ ſpeciali ſcripto, cui titulus: *Anzeige der Urſachen, warum die von des Kœnigs Auguſti Maieſtæt, als Chur-Fürſten zu Sachſen, auf die Land-Marg- und Burggrafſchafften Thüringen, Meiſſen, Magdeburg und Meiſſen im Reichs-Fürſten-Raht geſuchte Vota, weder von dem Fürſtlichen Collegio insgeſammt admittiret, noch von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen Erneſtiniſcher Linien inſonders darein gewilliget werden mœge, 1709. f.* Sic etiam ſpeciale ſcriptum prodiit de voto Burggrauiatus Magdeburgici & IOAN. PETRI LVDWIGS Programma Germanicum *von denen Votis auf dem Reichs-Tag, Halle 1709. 4.* Qui etiam publicauit *Gründliche Nachricht, was es mit dem Burggrafthum Magdeburg in alten und itzigen Zeiten vor Bewandniſs gehabt, und noch habe, 1707. 4.* Poſtea prodierunt *Unmasgebliche Gedancken über die von verſchiedenen Teutſchen Fürſten geſüchten neuen Vota in dem Reichs-Fürſten-Raht: Inſonderheit aber über die von Kœnigs Auguſti*

*Maieſtat, als Chur-Fürſten von Sachſen, geſuchte vier neue Vota, geſtellet von einem Patrioten*, in quo omnes iſti Status recenſentur, qui noua petunt vota & quæ votorum Saxonicorum nouiter, quæſitorum ſit ratio, examinatur. Contra vtrumque hoc Scriptum prodierunt *Unpartheyiſche Erinnerungen über die anno 1709 publicirte ſo genannte Grundliche Nachricht, was es mit dem Burggrafthum Magdeburg, in alten und itzigen Zeiten vor Bewandniſs gehabt und noch habe, ſammt einigen Anmerckungen uber die von einem Patrioten geſtellten Unmasgeblichen Gedancken 1711. f.* Sed Auctor potius verbis, ſæpe iniuriis, pugnat, quam argumentorum pondere. Huc etiam referenda eſt IEREMIÆ EBERHARDI LINCKII Diſſertatio de *fundamento Voti Comitialis, Argentorati 1709. in 4to.*

## §. LXXVII.

*Scriptores qui faciunt ad Comitia & conuentus Imperii particulares.*

Alia autem Comitia Imperii ſunt particularia. De *electoralibus* quidem, *von denen Wahl-Tagen* ſcripſit ABRAHAM ROEDERER, *Argentorati 1628. 4.* & qui huic præferendus eſt, ERICVS MAVRITIVS de *origine electorum & Comitiis electoralibus, Kiloni 1667. 4.* atque SAMVEL RACHELIVS *von Chur-Furſten und Collegial-*

*gial-Tagen*, *Kiloni* 1670. & 1671. 4. Anonymi auctoris *epiſtola de Comitiis electoralibus*, *Ratisbonæ* 1631. *celebratis a* THEODOSIO BERENICO publicata & Forſtnerianis epiſtolis p. 145. ſqq. inſerta, debetur CHRISTOPHORO FORSTNERO, editio vero MATTHIÆ BERNEGGERO. De *conuentibus Circulorum* egit PETRVS MULLERVS, *Duderſtadti* 1669. 4. De *diatis Comitum Imperii* AHASVERVS FRITSCHIVS, 1670. 4. De *conuentibus Deputationum des Reichs Deputations-Tagen* IOANNES CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS *Altdorffi* 1672. 4. & IOACHIMVS HAGENMEYERVS *von Reichs-Auſchüſſen, Deputationen, Conuenten, Noribergæ* 1691. *f.* *Conuentus Monetales Sacri Rom. Imperii trium ſuperiorum Correſpond. Circulorum Franconiæ, Bauariæ & Sueuiæ* ſingulari diſſertatione inaugurali ſub præſidio CHRISTIANI WILDVOGELII illuſtrauit IOANNES SCHEIDLIN, *Ienæ* 1717. 4. idque potiſſimum ex actis authenticis.

## §. LXXIII.

De *Circulis Imperii* egerunt varii. Breuiter de iisdem ſcripſit IOANNES ANGELVS WERDENHAGEN, *Amſtelodami* 1636. 12. Plenius illud egit MARTINVS *Scriptores de Circulis Imperii.*



Digitized by Google

ZEILERVS *von denen zehen Creiſen des Reichs, Ulmæ 1685. 8.* atque *Lipſiæ* curante Martino Dicelio 1707. 8. qui ſingulos Circulos ſecundum Status ſuos deſcribit, vt ex eodem adparere poſſit, quosnam quilibet Circulus comprehendat Status. In ſpecie Circulus Sueuicus deſcribitur in ſcripto, cuius rubrica eſt; *Des Heil. Rœmiſ. Reichs und deſſelben angehœrigen Stænden des Lœblichen Schwæbiſchen Creiſes einhellige Verfaſſung &c. verfertiget zu Ulm, Anno 1563. wegen Abgang der Exemplarien wieder hervor gegeben ibidem 1676. 4. De Conuentibus Circularibus Imperii Germanici von denen Creis-Tægen,* commentatus eſt ARNOLDVS CHRISTOPHORVS ENGELBRECHT, *Helmſtadi 1696. 4.* qui fundamentum, originem, naturam, ac diuiſionem conuentuum circularium membra itidem ordinem & præcedentiam &c. circulorum pluribus explanat. Haut ita pridem prodiit *Circuli Bauarici, Franconici & Sueuici ſuccincta deſcriptio, Noribergæ 1703. 12.* Quibus etiam Status & vrbes ad quemuis circulum pertinentes deſcribuntur. Ad Directores & Duces Circulorum facit *Diſſertation von der Creisausſchreibenden Fürſten und Obriſten Amt bey Vollziehung der Urtheil 1697. 4.* quod ſcriptum Iacobo Bernhardo Maltzio tribuitur, idemque occa-

Digitized by Google

occaſione controuerſiæ Güſtrauienſis inter Imp. & Duces Circuli Saxoniæ Inferioris agitatæ fuit compoſitum, & iuribus Imperatoriis fauet. Huic oppoſuit CHRISTIANVS THOMASIVS *theſes iuris publici de officio Directorum & Ducum Circularium in executione ſententiarum, Halæ 1697. 4.* qua iura executionis Directoribus & Ducibus competentia contra dictum auctorem confirmat. Sed & huic mox oppoſitum eſt ſcriptum; *De iure exequendi ſententias imperiales Directoribus Circulorum competente, 1708. 4.* nec non *Gründliche Behauptung des Reichs und der Kreiſe Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend, entgegen einer ausgegangenen Diſſertation von der Kreis-ausſchreibenden Fürſten und Obriſten Amt bey Vollziehung der Urtheil 1708. 4.* cuius pars prior cauſæ deductionem, poſterior dictæ diſſertationis refutationem complectitur. Prodiit etiam IOANNIS IOACHIMI FVNCKII *diſſertatio inauguralis de Imperii Circulis eorumque Conuentionibus & Officio Directorio, Altdorfi 1670. in 4to.*

## §. LXXIX.

*Scriptores de iudicio aulico & olim Camerali.*

De *iudiciis Reipublicæ Germanicæ* erudita eſt diſſertatio HERMANNI CONRINGII, in qua potiſſimum quæ fuerit olim

olim iudiciorum apud Germanos ratio, egregie declarat. De *Sacra Cæſareæ Maieſtatis & Imperii iudicio aulico* egit ERICVS MAVRITIVS, *Kiloni 1666. 4.* Plenior vero eſt ERNESTI GöCKELII de *Iurisdictione inprimis ad ſtylum & praxin Cæſareo-Imperialis iudicii aulici Methodica tractatio, cum triplici Appendice Matriculæ & taxa Aulicæ Imperialis, & Matriculæ Cameralis aulæ, Vlmæ 1682. 4.* Pro fundamento ponit concluſa aulici iudicii, quos vocant protocolli extractus; inſeruit quoque Ferdinandi III ordinationem Imperialem aulicam, in ſeriem alphabeti redactam, labore maximopere laudando. Poſtea recenſendus eſt tractatus IOANNIS CHRISTOPHORI ab VFFENBACH de *conſilio Cæſareo Imperiali aulico von Kayſerlichen Reichs-Hof-Raht, eiusque prærogatiuis, ordinationibus & praxi, Viennæ 1683. fol.* in quo etiam ipſam praxin & modum procedendi egregie proponit. Inter ſcriptores Camerales, quos ſupra iam in praxi adduximus, præcipui ſunt BLVMIVS, RODINGIVS, DECKHERRVS. Nobile eſt ſcriptum, quod prodiit ſub titulo: *Des kurzen und gegründeten Berichts über die Frage: Ob die Ræm. Kayſerliche Maieſtat in Sachen Fürſtenthum &c. belangend, allein und zwar durch Dero Reichs-Hof-Raht oder*

*mit*

*mit Zuziehung der Chur-und Fürſten zu erkennen und zu ſprechen.* Cuius auctorem Goldaſtus & Londorpius produnt MARQVARDVM FREHERVM. MICHAEL LOEFFENIVS edidit *gründlichen Vnterricht, ob der Kayſerliche Hoffrath mit und neben dem Kayſerlichen Cammer-Gericht zu Speyer concurrentem iurisdictionem in allen und ieden Sachen habe, Amberga 1613. 4.* Alias *de concurſu iurisdictionis in imperio Romano-Germanico* ſcripſit CASPAR LEIPOLD, *Hanouiæ 1614.* Ad ſtatum Iudicii Cameralis ſpectat potiſſimum *Quinquertium Camerale, oder in fünff Fragen vorgeſtellte der Rœm. Kayſerl. Maieſtat und des heil. Rœm. Reichs Stænden bey dero Cammer-Gericht unzertrennliche Verknüpffung auch in derſelben ermeldten Cammer-Gerichts Macht und Autoritat: dann des hohen Ertz-Stiffts Mayntz bey vorerwehntem Cammer-Gericht vermœg des Ertz-Cancellariats habende beſondere Gerechtigkeit. 1704. 4.* In quo variæ Quæſtiones huc facientes ſolide deciduntur.

## §. LXXX.

*Scriptores de iudicio Rotwilenſi & aliis ſubalternis.*

*De iudicio Rotwilenſi* habemus *erneuerte Ordnung der Röm. Kayſerl. Mai. Hoff-Gerichts zu Rothweil, Mayntz 1575. f.* in quam notas dedit & commentarium PAVLVS

LVS MATTHIAS WEHNERVS, *Francofurti 1610. 4.* De eodem *iudicio Rotwilenſi* erudite ſcripſit ERICVS MAVRITIVS, *Kiloni 1666. 4.* & GEORGIVS ANDREAS MEYERVS *de Cæſaris, Cameræ Rothwilenſis, iudicum Auſtregarum &c. iurisdictione, Erfurti 1630. 4.* *De iudicio prouinciali Sueuico* extat *des freyen Kayſerl. Land-Gerichts in Ober-und Nieder-Schwaben Ordnung.* De iudicio prouinciali Franconico in ſpecie Herbipolitano publicatam habemus *des hochlœblichen Stiffts Wirtzburgs und Hertzogthumbs Francken Keyſerliche Landgerichs-Ordnung, Herbipoli 1619. fol.* ANDREAS CHRISTOPHORVS SCHNEIDERVS vero *proceſſum iuris & iudicii prouincialis Sueuici* edidit. *De vera origine natura, progreſſu & interitu Iudiciorum Weſtphalicorum* manum ducente CHRISTIANO THOMASIO diſputauit *Io. Laurentius Fleiſcher, Halæ 1711. 4.*

§. LXXXI.

*Scriptores de Auſtregis.*

*De Auſtregis Imperii Romani* ſcripſit GEORGIVS SCHVBHARDVS, *Heidelbergæ 1663. 8.* *De foro Auſtregarum* erudita eſt diſſertatio SAMVELIS STRYKII, *Francofurti ad Viadrum 1664. 4.* *De Auſtregis vulgo Austrægen* habemus etiam diſſertationem ſub præſidio HENRICI COCCEI publi-

publicæ luci expoſitam *Heidelbergæ 1673.* 4. reſpondente *Bartholomeo Herold*, quæ denuo recuſa eſt *1704.* 4. Eiusdem eſt diſſertatio *de notione & executione Auſtregarum, Francofurti ad Viadrum 1699.* 4. qua ſententiarum executionem Auſtregarum iudicibus plane abiudicat.

## §. LXXXII.

De regalibus, fiſco, ærario & collectis in bibliotheca ciuili iam ſcriptores adducti, dicemus ergo tantum de domaniorum iure. Prodiit paucos ante annos *Ius Domaniale ex celeberrimorum ICtorum tractatibus repræſentatum, Francofurti 1701. f.* Editor atque Collector huius iuris eſt CHRISTOPHORVS FRIESE, qui de origine doctrinæ Dominialis in Germania docte ſatis præfatur. Hoc in VI partes eſt diſtributum. Prima pars continet RENATI CHOPPINI ſcriptum eruditiſſimum *de domaniis regni Francici.* Altera GEORGII HIERONYMI BRüCKNERI, BARTHOLOMÆI de las CASAS, CHRISTOPHORI IVLII CELLARII, & IOANNIS PHILIPPI RINGLERI tractatus *de domaniis.* Pars tertia varias diſputationes, vtpote GEORG. ADAMI STRUVII *Ius alienandi illuſtre*, NIC. CHRISTOPHORVM LYNCKERVM *de poteſtate Imperatoris*

*Scriptores de iure domaniorum*

*alienandi bona Imperii.* Quarta, varias obſeruationes ex variis ſcriptis. Quinta, conſilia de domaniis ex variis ſcriptoribus. Sexta ſummorum principum conſtitutiones de iuribus domanii. Acceſſit *Gryphes in integrum reſtitutus ope Leonis . d. i. actus reuocatorius der vormahls bey Pommeriſcher Fürſten - Zeiten abalienirten Taffel - Güter von Schweden, 1691. angeſtellet durch einen Liebhaber der Wahrheit.* Quod ſcriptum in cauſſa reductionis bonorum domanialium in Pomerania fuit publicatum, atque controuerſiam inter Status prouinciales Pomeranicos & Procuratorem regium agitatam comprehendit. *De Regalibus Fiſci Principum Germaniæ circa acquiſitionem præcipue* egit IO. CHRISTOPHORI HEIDERI Diſſertatio inauguralis, præſide CHRISTIANO THOMASIO, *Halæ 1713. 4.*

## §. LXXXIII.

*Scriptores de iure Poſtarum.* De Iure poſtarum primus egit LVDOVICVS von HOERNIGK in diſſertatione ſua *de regali poſtarum iure, Marpurgi 1639. 4.* Hæc ob argumenti nouitatem multo adplauſu ſtatim fuit recepta, ita vt Taxii, aliique transmiſſis Commentariis ſuis, auctoris induſtriam magis adiuua-

iuuarent. Exinde locupletior longe prodiit liber, *Viennæ 1649. 8.* poſt, iterata vice recuſus, ſed Imperatori & Taxiis nimis fauet, & Statibus Imperii poſtarum iura plane abiudicat. Inde GERHARDVS MÆYBVSCH inaugurali diſſertatione *de regali poſtarum iure* egit *Argentorati 1667. 4.* qui in plerisque Hörnickium ſequitur. IO. SCHILTERVS in diſſertatione inaugurali, præſide Chriſtophoro Philippo Richtero habita egit *de Curſu Publico, angariis & parangariis*, qui tamen potius occupatus eſt in eruendis antiquitatibus & explicando titulo Codicis. AHASVERVS FRITSCHIVS etiam cap. XI. Electorum iuris Publici de iure Poſtarum agit. Primus Germanico hoc idiomate adgreſſus fuit EMERANVS ACKELIVS, cuius prodiit *Grundlicher Vnterricht von dem aus Landsfurſtlicher Hoheit herſpringenden Poſt-Regal der Chur-und Fürſten des heil. Ræm. Reichs*, qui in eo præcipuus eſt, vt iura Poſtarum Statibus imperii conſeruet. Huic ſe oppoſuit CÆSAREVS TVRRIANVS libro peculiari cui titulus: *glorwürdigſter Adler, das iſt, gründliche Vorſtell-und Vnterſcheidunge der Kayſerlichen Reſeruaten und Hobeiten von der Reichs-Stande Landes-Fürſtlichen Obrigkeit, abſonderlich aber von dem Ihrer Kayſerlichen Maieſtat reſer-*

 *uirten*

Digitized by Google

*nirten Poſt-Regal im gantzen Rœmiſchen Reich.* Totus hic in eo eſt, vt multa iura Statuum in imperio, præcipue ius Poſtarum deſtruat & ſingula reſeruata eſſe imperatoria demonſtret. Sed deſtitutus genuinis hiſtoriarum fundamentis ius publicum cum ciuili confundit. Oppoſuit huic ANDREAS OCKELIVS *diſcurſus iuridico politicos de regali poſtarum iure*, electorum, principumque Imperii, *Halæ 1698. 4.* quibus iura Statuum non in genere ſolum, ſed etiam in hac præſertim materia egregie defendit. Licet alias ciuitatibus Imperialibus ſuperioritatem territorialem, ideo etiam ius Poſtarum denegare conetur. Recentior eſt SAMVEL COCCEIVS *de regali poſtarum iure, Francofurti ad Viadrum 1703. 4.* Annos ante aliquot controuerſia oriebatur, an officium magiſtri Poſtarum in vrbe Noribergæ alii, quam ciui poſſit committi. Noribergenſes edebant *Information wie es umb das Poſtweſen zu Nürnberg bewand*, quo iura ſua tuebantur; Princeps de Taxis vero contrarium tenebat, & pro eius opinione prodibat *beſtändige in iure ac facto feſt begründete Abfertigung Nürnbergiſcher vermeynter refutation das Kayſerliche freye Poſtweſen und deſſen angehœrige Perſonen betreffend*, quod *1650*, editum, & LVDOVICVM ab HÖRNIGK

NIGK auctorem habet. Contra quod, cum Noribergenſes iura ſua denuo tuerentur, horum quoque partes ſumeret Knipſchildius de iure ciuitatum Imperialium lib II. c. IX. n. 62. prodibant *notamina in erroneam Philippi Knipſchildii opinionem: ob ein Kayſerlicher Nürnbergiſcher Poſtmeiſter Bürger ſeyn kœnne, Francofurti 1659. f. De iure Poſtarum hereditario, vom Recht des General Erb-Poſtambts* egit IO. PETRVS LVDWIG, *Halæ 1704. 4.* IACOBVS ERNESTVS THOMANVS diſputatione academica egit de *Tabellariis von Bothen, Heidelbergæ 1682. 4.* IACOBVS REICHIVS *de diplomatibus & Tractoriis von Koſt-und Poſtzetteln, Regiomonti 1678. 4.* Laudabilem plane hac in re operam præſtitit *Chriſtianus Leonardi S. R. Polon. Maieſtatis & El. Sax. Secret. intimus & Poſtarum adminiſtrator prim. dum ſcriptores & excerpta iuris poſtarum ſiue Miſcellanea & collectanea juris publici curioſa de Regali poſtarum iure 1710 in fol. Lipſiæ* ederet, vbi non ſolum integra ſcripta & diſputationes, ſed & verba paſſim de ſcriptoribus iuris publici voluminibus de poſtis earumque iure collegit, ſingulorum catalogum operi præmiſit. Quemadmodum autem Imperantium circa poſtas iura hic pertractantur, ita impoſterum iura



Digitized by Google

obedientium ordinationes nempe manda-
ta & reſcripta Regum, Electorum &c. regulas miniſtris poſtarum cum cæteris ſubditis præſcriptas, in corpus iuris poſtarum redactas vtiliſſimo Inſtituto Autor promittit. Inſerta etiam ſunt ADAMI CORTREII corpori iuris publ. *1710. in fol. Lipſiæ* a filio ERNESTO LVDOVICO CORTREIO edito *Tom. IV. n. III. obſeruata hiſtorico-politico-iuridica de Regali Poſtarum iure Electoribus & Principibus Imperii Romano-Germanici competente Actis publicis & diuerſorum ſtatuum Imperii Archiuis collecta.* Vbi quid praxis Imperii etiam recentior ferat, ex ipſis documentis publicis addiſcere licet. Addita eſt GERHARDI MEYBVSCH diſſertatio inauguralis *de regali poſtarum iure.*

## §. LXXXIV.

*Scriptores de materiis quibusdam ſpecialibus*

Pergimus ad eos, qui ſpeciales quasdam materias illuſtrarunt. *De protectoriis Cæſareis* ſcripſit IOANNES BVRCARDVS RöSLERVS *1688. 4. De iure Stapulæ* BENIAMINIS LEVBERI *diſquiſitio plenaria Stapulæ Saxoniæ, Budiſſin 1658. 4.* in qua potiſſimum demonſtrare conatur, Stapulam Magdeburgenſibus non competere, & multa inſerit, quæ iura Palatinatus Saxonici, Burggrauiatus Magdeburgici,

gici, Lipſienſium nundinas & ſtapulam concernunt, cum totus neruus tractationis eo tendat, Stapulæ ius Magdeburgenſibus olim conceſſum, nunc a Lipſienſibus exerceri. *De Banno potiſſimum autem Imperiali von des heil. Rœm. Reichs Acht und Oberacht, actum eſt* ab ERNESTO GOTHOFREDO NORINBERGIO, *Erffurti 1628. 4.* pro gradu Doctoris diſputante. *De prælatis in Imperio Romano Germanico, iuncta breui deductione, quinam vere hoc titulo inſigniri poſſint, qui non?* habemus copiam *Epiſtolæ amici ad amicum. de poteſtate ſtatuum Imperii proteſtantium circa matrimonia ſubditorum & iure relaxandi legem prohibitiuam circa eadem*, diſputauit IO. GEORG a DIESSELDORFF *Francofurti ad Viadr. 1691.4. De Iure Baronum* eruditam diſſertationem moderante SAMVELE STRYKIO conſcripſit SIGISMVND LIBER BARO de BIBRAN *Halæ 1696. 4.*

## §. LXXXV.

Sunt etiam qui rem militarem Imperii & quæ huc faciunt, peculiaribus ſcriptis dilucidarunt, inter quæ agmen ducit NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *ſtratologia Germanici Imperii Statuum ſiue militandi libertas Germanorum & imprimis Imperii ordinum apud exteros.* *Scriptores de iure belli & militia Imperiali.*

 quod

Digitized by Google

quod opus dudum poſt mortem in MSto autoris delituit, anno 1710 vero *Vlmæ* typis exſcriptum eſt *in 4to* cura IACOBI DAVIDIS MOEGLINGII; adiecta eſt præfatio in qua B. Autoris vita recenſetur. Eiusdem MOEGLINGII diſſertatio *de Summo Militiæ Imperialis Præfecto*, prodiit *Tubingæ 1709. 4.* Hinc nominanda venit CHRIST. HENR. GRVNDGREIFFERI Diſſertio inauguralis *de iure belli ac pacis in Imperio Rom. Germanico, Giſſæ 1701. 4.* nec non GEORG RVDOLPHI BOEHM inauguralis diſputatio *de iure militiæ Imperialis* præſide SAMVELE STRYKIO *1699. Halæ* propoſita *4.* IO. SAMVEL STRYKIVS ſingulari diſſertatione egit *de militia certa prouinciali. ibid. 1705. 4.* Eandem materiam reſpicit CORNELIVS CRVLL *in vindiciis Mauritianis ſiue diſcurſu hiſtorico-politico de iuſtitia belli Saxonici Mauritiani, grauiſſimis Autonomiæ & Iurisconſultorum Dillingenſium calumniis oppoſito* oratione inaugurali, *Witteberga 1631.* prodiit *Lipſiæ 4.* Alii de militaribus officiis tractant, veluti IO. MICHAEL WEINRICHIVS *de vexillis & vexilliferis, Erfordiæ 1710. 4.* Addimus quæ iam ante adduximus ſcripta contraria, *vom Reichs-Bannier*. Huc trahi poſſunt quae de Mareſchallis docet AVGVSTVS ADOLPHVS

ab

Digitized by Google

ab HAVGWITZ in tractatu ſupra laudato. *De Collationibus bellicis* tractat HENRICVS HAHN in iuridica diſſertatione. *Helmſtadti 1647. 4.* publicata. *De Buccinatoribus eorumque iure* habemus diſſertationem CHRISTIANI WILDVOGELII, *Ienæ 1711. 4.* *De Salgamo vom Servies der Soldaten* habemus Diſſertationem præſide CHRISTIANO WILDVOGELIO, *a Io. Chriſtiano Schramm, Ienæ 1696. 4.* propoſitam. Aliquando vt, qui militiam exercent, inde deſiſtant, opus eſt mandatis auocatoriis; de quibus eſt Tractatus *de Mandatis auocatoriis ex legibus actisque publicis collectus & editus a* FRIDERICO GERDESIO *in Academia Gryphiswaldenſi 1675. 4.* Iis quæ diximus affinis eſt tractatio academica *de Duellis Principum* a IO. GEORGIO SCHEVZIO præſide, reſpondente IO. DIETRICH *Argentorati 1707. 4.* promulgata, & FRIDERICI CVSTNERI diſſertatio *de iure probibendi deſtructionem fortalitiorum ſub præſidio* SAM. STRYKII, *Halæ 1703. 4.*

## §. LXXXVI.

*Scriptores qui iura Principum & Vaſallorum Italiæ declarant.*

Præter Principes & Status Germaniæ partem etiam Imperii Romano-Germanici faciunt Italiæ Principes, tanquam puri nu-

 dique

Digitized by Google

dique Vaſalli Imperii. Iura quidem Imperii in Italiam præter CONRINGIVM de *Finibus Imperii* potiſſimum demonſtrauit CONRADVS SVMVEL SCHVRTZFLEISCH diſſertatione ſua hoc titulo: *Ius Auguſti in Italiam*, *Witteberga* 1697. 4. quæ nunc inter opera eius hiſtorico politica ſexageſimam quintam facit, nuper demum occaſione motuum Italicorum in Germanicum idioma fuit translata. Hæc autem ſpeciatim progreditur, & quæ Iura Imperatoris in Dominium Papæ, quæ in reliquas Italiæ terras ex hiſtoriis perſequitur. Idem inſtitutum fuit GOTTFRIEDO RüHLMANNO in tractatu ſuo, cui talis eſt titulus: *Vnwiederrufflicbes Recbt, welches Sr. Kayſerlichen Maieſtæt, von wegen des H. Rœm. Reichs Teutſcher Nation nicht nur auf Parma und Placentz, ſondern auch ſo gar auf gantz Italien, die Stadt Rom und das Patrimonium S. Petri haben, Iena* 1709. 4. Syntagmati Iuris Publici noſtri præmiſimus Diſſertationem Præliminarem *de Iure Imperii in Ducatum Parmenſem & Placentinum, Iena* 1711. 4. Ipſorum vero Statuum & vaſallorum iura perſecutus fuit in Concluſionibus ſuis Cardinalis TVSCHVS. Ex hiſce poſtea prodierunt *ſelecta de iure Statuum in Imperio Romano, Francofurti ad Mœnum* 1620. 4. in qui-

Digitized by Google

in quibus potiſſimum de Statibus Italiæ, horumque iuribus atque priuilegiis agit Quantum ad eorundem iura feudalia, eximius eſt IOANNIS GVILIELMI ITTERI de *feudis Imperii* tractatus, *Francofurti 1685. 8.* Nouiter LVDOVICVS CONRADVS DAHN diſſertationem, quam ex meis ſcholis hauſit, conſcripſit de *Vaſallo non ſtatu Imperii*, *Ienæ 1704. 8.* quo primus diſtinguit inter Status, membra & nudos vaſallos.

§. LXXXVIII.

*Scriptores de Comitibus Palatii Lateranenſis.*

De Comitibus Palatinis horumque iuribus egit THOMAS SAGITTARIVS diſſertatione inaugurali, præſide OTTOLPHO FOMANNO, *Ienæ 1620. 4.* qui tamen pleraque neceſſaria omittit. GEORGIVS MVNDIVS de *Comitibus Palatinis Cæſareis*, *Noribergæ 1654. 4.* potius in eo eſt, vt Ordinis ſui, cum ipſe fuerit Comes Palatinus, laudes cumulet, quam vt multa illuſtret, ipſorum etiam originem a Comitibus Conſtantini M. Conſiſtorianis perperam ducit. PETRI PITHOEI obſeruatio de *Comitibus Palatinis, tam Germaniæ quam Galliæ & aliis* e Gallico translata, Marquardi Freheri Originibus Palatinis acceſſit. *Hanouiæ 1612. & Heidelbergæ 1686. 4.* Commendanda præcipue eſt THOMÆ REI-

NESII *Commentatio Parergica de Palatio Lateranenſi eiusque Comitiua*, cui acceſſit GEORGII SCHVBARTI de *Comitibus Palatinis Caſareis Exercitatio hiſtorica*, *Ienæ 1679. 4.* qua ſingula ex antiquitatibus Germaniæ deducuntur. Haut ita pridem prodiit CAROLI IACOBI SCHILLINGII diſſertatio de *iure legitimandi Comitum Palatinorum in terris Principum Imperii*, *Witteberga 1708. 4.* qua contendit, non ſolum illos, qui a Principibus Imperii legitimati, vbique locorum pro legitime natis haberi debere, ſed etiam Comites Palatinos inuitis Terrirorii Dominis legitimare non poſſe. Vtrumque tamen praxi repugnare putem.

# *CAPVT DECIMVM QVINTVM*

## SCRIPTORES, QVI AD IVS PVBLICVM ALIORVM REGNORVM ET STATVVM FACIVNT.

§. I.

*Scriptores rerum publicarum in genere.*

NUlla Reſpublica prolixiori vtitur iure publico quam noſtra Germania, eo quod legibus publicis abundet. Nec vſitatum

tatum facile in aliis rebus publicis nomen eſt iuris Publici, quod apud Germanos ideo receptum, quod eiusdem doctrinam Iure-Conſulti ſibi vindicarent, cum in aliis regnis ſtatus politicus potiſſimum dicatur. Hunc autem politicum rerumpublicarum Germaniæ ſtatum varii deſcripſerunt. Superiori ſeculo in lucem prodibant *theſauri Rerumpublicarum* LOTTINI, CASPARIS ENS & aliorum, quorum ſcopus vnice eo directus. Poſtea euulgabatur *Res publicæ Elzeuirianæ*, quæ in compendio traderent ſtatum cuiuslibet reipublicæ. Hæ olim æſtumatiſſimæ, nec hodie vſu ſuo deſtituuntur, licet ſtatus politicus in plerisque ſit immutatus. Verum, cum diuerſi ſint laboris illæ præ cæteris veniunt æſtimandæ, quæ IOHANNEM de LAET habent auctorem. Inter recentiores, qui ad generalem ſtatum publicum Europæ faciunt, eminet IOAN. ANDREÆ BOSII *introductio in notitiam rerumpublicarum*, *Ienæ 1676. 4.* quæ ad generalem ſtatum publicum Europæ facit egregie, ita, vt quod in ſingulis ſit conſiderandum, exponat. Speciatim vero huc facit PETRI d' AVITY *Le monde, où deſcription de l' vnivers & ſes quatre parties*, quod poſt auctoris mortem auxit *Franciſcus Ranchinus* atque edidit *Montiſpeſſulani 1643. fol.* Denuo illud emendauit atque augmentauit

tauit *Io. Baptiſta de Rocoles 1660. f. Lugduni IV. Vol.* Magni hoc opus ſit apud Gallos, licet multa in ſtatu politico iam fuerint immutata. Simile inſtitutum fuit olim HERMANNO CONRINGIO. Hic enim in ſcholis priuatis diſſeruerat de præcipuis Rebuspublicis, quæ deinde viuo quidem, ſed inuito auctore, ſub titulo: *Theſauri Rerumpublicarum* euulgauit PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS, *Geneuæ 1674. 8.* quinque Tomis. Verum, Oldenburgerus multa ſine iudicio interpolauit, quippe vtilia miſcet noxiis & non neceſſariis, multa quoque ex Linda deſumſit & prolixius deduxit. Strauchii diſſertationes exotericas ſæpius exſcripſit, alias cum iudicio legendus. Conringius poſtea publicauit ſingularem admonitionem de hoc theſauro, vt illum Oldenburgeri pruritum ſingulis ante oculos poneret. Præſtantiſſimum hodie opus eſt FRIDRICH LEVTHOLF von FRANCKENBERG *Europæiſcher Herold, Franckfurt 1689. f.* atque ex iterata eademque auctiori editione *Lipſiæ 1705. f.* Verus, qui ſub hoc nomine latet, auctor eſt BERNHARDVS ZECHIVS, qui multa cura atque eruditione non ſolum publicum vniuerſæ Germaniæ ſtatum, ſed etiam ſingulorum Germaniæ Statuum exponit. Idem in ſecunda parte præſtitit

circa

Digitized by Google

circa ſtatum politicum reliquorum in Europa regnorum, Statuum atque Rerum publicarum. Singulis quidem in hoc genere merito præferri debet, deſunt tamen adlegata Scriptorum, vt de ſingulis fides ſit certior. In altera editione Electorum potiſſimum iura atque prærogatiuas defendere fuit conatus. Addimus LVDOVICI PETRI GIOVANNI, ſiue potius IOAN. PETRI LVDOVICI *Germaniam Principem, Halæ 1702. 8.* Volumen primum ſaltim editum, quo Auſtriacam domum atque Electores complectitur, horum ſucceſſiones, regionum ac dignitatum titulos, prætenſiones, prærogatiuas & priuilegia, indolem ſubditorum, potentiæ & redituum rationem examinat. Nec inutile ſcriptum eſt, nimis tamen breue, in vſum Auditorum conſcriptum, multa diſcurſibus reſeruans. Altera editio prodiit *1711. 8.* priori in multis auctior, maxime, quæ concernunt domum Auſtriacam, Bauaricam, Saxonicam. Præmiſſus etiam eſt Syllabus Scriptorum, qui faciant ad hanc notitiam. Continuationem de Principibus promiſit neque tamen adhuc euulgatam.

## §. II.

Ad formam & ſtatum regni Gallicani facit primum CLAVDIVS SESELLIVS de *Scriptores Iuris Publ. Gallicani.*

*repu-*

*republica Gallorum & Regum officiis* libris duobus per Sleidanum editis, *Francofurti 1608. 8.* quibus ſtatum regni mixtum adſerit, regemque parlamento adhuc adſtrictum. Idem egit FRANCISCVS HOTTOMANNVS in *Francogallia*, qua ſtatum regni Gallicani ab antiquo repetit, atque Parlamentum eſſe ſupra Regem contendit, cui tamen reſpondet ANTONIVS MATHARELLVS, quæ ſcripta coniunctim prodierunt *Francofurti 1665. 8.* STEPHANVS PASCHASIVS, ſiue ESBIENNE PASQVIER ſcripſit *Les Recherches de la France Pariſiis 1596. f.* atque ex iterata editione, tribus libris locupletiore, *Pariſiis 1634. fol.* Liber eſt egregius, in antiquitatibus Gallicis fide dignus, quo origines Gallorum, Parlamenti & reliquorum iudiciorum maiorum, Ducum, Comitum, Nobilium, aliarumque dignitatum, varias conſuetudines aliaque ex antiquitatibus declarat. Sed iſti ad antiquiora potius tempora faciunt, quam vt multa illuſtrent in ſtatu hodierno. Ad recentiorem ſtatum facit IO. de LAET in *Gallia*, ſiue de *Gallorum regis dominio, Lugduni Batauorum 1629. 24.* IOANNES LIMNÆVS in *notitia regni Franconiæ*, quæ prodiit *Argentorati 1681. 4.* mores ſingulares, formam politicam, magiſtratus, & reliqua, quæ concernunt ſtatum politicum regni

Digitized by Google

regni Gallicani deſcripſit, atque ſingula ex ſcriptoribus rerum Gallicarum congeſſit. IOACHIMVS HAGEMEIERVS etiam epiſtolas duas de *Statu Galliæ* ſcripſit *Francofurti 1678. 4.* Facit huc etiam *L'etat de la France*, qui ſæpiſſime editus, nouiter prodiit *à Paris 1708. 12.* 3 tomis. Hoc enim aula Regis & Principum regii ſanguinis, collegia, officiales, epiſcopi & militiæ præfecti deſcribuntur.

§. III.

*Scriptores iuris publici Hiſpanici.*

Hiſpaniæ ſtatum publicum expoſuit IOANNES de LAET in *Hiſpania*, *Lugduni Batauorum 1624. 24.* probe elaborata. THOMAS CAMPANELLA in diſcurſu ſuo de *Monarchia Hiſpanica*, *Amſtelodami 1653. 12.* media præſcribit, quibus conſeruari poſſit Monarchia Hiſpanica. TRAIANVS BOCCALINVS in *lapide lydio politico*, qui diuerſis vicibus & linguis fuit editus, ſtatum Hiſpaniæ ſuperioris temporis atque Monarchiam adfectatam deſcribit. Sub medium ſuperioris ſeculi prodiit *Voyage d'Eſpagne*, *à Cologne 1666. 12.* Hoc non ſolum varia particularia, quæ Hiſpaniæ regnum concernunt, comprehenduntur, ſed etiam adiicitur *vne relation de l'eſtat & Gouuernement de cette Monarchie*, quæ ſtatum publicum Hiſpaniæ accurate deſcribit.

Præter

Præter Hiſtoriam, Ius publicum etiam Hiſpaniæ pragmatico more explicauit IOANNES MARIANA, cuius *Hiſtoria de rebus Hiſpaniæ libri XXV* inter Scriptores Hiſtoriæ Hiſpanicæ coniunctim editos comprehenduntur. Separatim vero proſtat ex editione recentiori eademque auctiori *Moguntiæ 1619. 4.*

§. IV.

*Scriptores iuris publici Anglicani.*

Ad Ius Publicum regni Portugallici facit IO. de LAET *Portugallia, ſiue de Regis Portugalliæ regnis & opibus, Lugduni Batauorum 1642. 24.* Gallico idiomate prodiit S. MARTHE *l'etat de Portugal, à Paris 1608. 8.* Præcipue æſtimanda eſt HENRICI COCCEII *iuſtitia belli & pacis in Statu regni Portugallici fundata, Francofurti ad Viadrum 1693. 4.* quam ea occaſione ſcripſit, cum Maria Sophia Eliſabetha Petro II, Portugalliæ Regi deſponſaretur. Pleraque ex iure Naturæ & Gentium potius examinauit. Elegantiſſima eſt *deſcriptio aulæ Portugallicæ ſub moderno Petro II* anglice ſcripta, *Londini 1700. 8.* & in Gallicum ſermonem verſa hoc titulo, *Relation de la Cour de Portugall ſous D. Pedre II à Amſterdam 1702. 8.* in quo aula & perſonæ regiæ, reditus, potentia, intereſſe regni potiſſimum deſcribitur.

§. V.

## §. V.

Status Angliæ publicus deſcribitur in *Republica, ſiue Statu regni Hiberniæ & Scotiæ diuerſorum auctorum, Lugduni Batauorum ex Elzeviriana 1628. 24.* Alias THOMÆ SMITHII extant libri III de *republica & adminiſtratione Anglorum* in latinum conuerſi a *Ioanne Buddeno, Lugduni Batauorum 1641. 24. ex Elzeuiriana.* Poſt fatalem Caroli Stuarti captiuitatem prodiit DAVID IENKINS *Lex Terræ, de regimine Angliæ & iniqua Parlamenti actione cum Rege, Londini 1648. 4.* & *Amſtelodami 1653. 12.* qua omnem Angliæ ſtatum politicum deſcribit. Tempore Cromwellii prodiit *Breuiarium hiſtoriæ Parlamenti, Lugduni-Batauorum 1651. 12.* & *Ratio conſtitutæ nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, vna cum inſulis aliiſque locis eius ditioni ſubiectis penes Protectorem & Parlamentum,* ex Anglico in latinum verſa, *Hagæ-Comitum 1654. 12.* Reſtituto vero per Carolum II Angliæ regno, IOACHIMVS HAGEMEIERVS epiſtolas duas ſcripſit de *Statu M. Britanniæ, Francofurti 1678. 4.* Gallico ſermone prodiit *Etat preſent d'Angleterre, à Amſterdam 1672. 12.* Breuiter eundem ſtatum exponit MARCVS ANTONIVS CORRIER in *relation d'Angleterre, a Montbeliard 1667. 12.* In qua

*Scriptores iuris publ. Anglicani.*



Digitized by Google

occaſione legationis ſuæ, quam reipublicæ Venetæ nomine ſuſcepit, omnia ipſi inueſtigare datum eſt. Poſtea magni adplauſus fuit EDVARDI CHAMBERLAYNE *l' etat l' Angleterre*, qui vel viceſies fuit editus, & pro diuerſis publici ſtatus mutationibus ſæpius immutatus. Poſtea prodiit THOMÆ WOOD *Angliæ notitia*, *Oxonii 1686. 12.* qui, licet ſuccincte admodum Angliæ ſtatum deſcribat, meliora tamen ſæpe tradit. Præ cæteris vero æſtimandum eſt ſcriptum, quod ſub titulo prodiit *L' Etat preſent de la Grande Bretagne apres ſon heureuſe Vnion en 1707. ſous le regne glorieux d' Anne Reine de la Grande Bretagne, par* GVY MIEGE *a Amſterdam 1708. 8.* in hoc autem quidquid ad ſtatum publicum Magnæ Britanniæ facit, accurate deduxit.

## §. VI.

*Scriptores iurispubl. Danici.*

Ad publicum Daniæ ſtatum facit potiſſimum *Reſpublica Daniæ, Norwegiæ, Holſatiæ, Lugduni-Batauorum 1629. 24.* Poſtea MOLESWORTH, legatus in Daniam Anglicanus *Statum Daniæ* deſcripſit, qui primum anglico ſermone prodiit, poſt in Gallicum translatus *Londini 1694. 12.* & *Nancéii 1695. 8.* Statum politicum Danici regni per omnes claſſes perſequitur, licet ideo

ideo in regem videatur eſſe iniquior, quod deſpoticum ipſi imperium potius attribuat. Hinc Danus quidam additiones adiecit, qua defenſionem contra iniquius dicta ſuſcepit. Ad Statum Politicum Daniæ etiam facit *Relation en forme de Iournal d' vn Voyage fait, en Danemarck à la ſuite de Mr. l' Envoyé d' Angleterre à Roterdam* 1707. 8.

## §. VII.

*Scriptores iuris publ. Suecici.*

Ad Suecorum Ius publicum faciunt iſti Scriptores, quos ſuperius capite quinto §. XIV. XV. inter fontes iuris adduximus. Quodnam hac in parte fuerit AXELII OXENSTIERNÆ inſtitutum, docet nos Kneſebeckius de ſtudio Iuris publici vniuerſalis lit. A. 2. *Oxenſtierna Magnus Cancellarius a ſua dignitate haut alienum putauit, ius publicum Regni Sueciæ, quale erat tempore Reginæ Chriſtinæ, peculiari ſcripto complecti, quod in Bibliothecis nonnullis cimelii inſtar cuſtoditur.* Alias huc facit *Reſpublica Sueciæ*, quæ inter Elzeuirianas reperitur, *Lugduni-Batauorum 1623. 24.* & ab HENRICO SOTERO fuit compoſita. Rariſſima eſt MICHAELIS WEXIONII, alias GYLLENSTALP *Politica, ad modernum Imperii Sueco-Gothici Statum accommodata; domeſticisque paſſim exemplis illu-*



Digitized by Google

*ſtrata: quo genuina eiusdem facies luculentius* exprimitur, *Aboæ 1657. 8.* Accurate quidem ſtatum Sueciæ politicum, qui ſuperiori tempore fuit, deſcribit, facie tamen nunc plane immutata. IOANNES LOCCENIVS quoque *ſynopſin* ſcripſit *iuris publici & priuati Suecani*, *Gothoburgi 1673. 8.* Recentisſimum ſcriptum eſt MOLESWORTHII, quod prodiit hoc titulo: *l' etat preſent de Suede*, *à Cologne 1695. 12.* qui tamen iniurius ſæpe eſt in gentes ſeptentrionales, maxime vero harum ingenia ab eruditione ſolida remota nimis eſſe docet, atque ad rem litterariam ornandam parum idonea. Huic tamen in Bibliotheca Septentrionali reſpondet Ioannes Mollerus, atque Danorum Suecorumque merita in rem litterariam prædicat.

## §. VIII.

*Scriptores iurispubl. Polonici.*

Ad politicum regni Polonici ſtatum facit primum *Respublica Poloniæ*, *Lithuaniæ*, *Pruſſiæ*, *Liuoniæ*, *Amſtelodami 1642. 24.* STANISLAI RITZISTANNOVICII *breuis deſcriptio ſtatuum regni Polonici*, *Moguntiæ 1606. 4.* Præterea prodiit *relation de l' etat de Pologne*, *& de leur Republique à Cologne 1668. 12.* qua legatum inſtruit, quomodo ſe gerere debeat apud Polonos, & multa detegit arcana. Præ cæteris æſtiman-

mandum eſt ſcriptum Sr. de HAUTEVILLE *relation hiſtorique de Pologne, contenant le pouvoir de ſes Roys, leur election & leurs couronnemens, les priuileges de la Nobleſſe, la Religion, la Iuſtice, les Mœurs, les Inclinations des Polonois, auec pluſieurs actions remarquables, à Paris 1688. 12.* quod ad ſtatum politicum facit egregie. Inde prodierunt CHRISTOPHORI HARTKNOCHII *de republica Polonica libri duo, Lipſiæ 1698. 8.* qui vſum præbent haut exiguum ad noſcendum ſtatum Polonicum, in iisdem enim Regis electionem & prærogatiuas, pacta conuenta, Senatum, nobilitatem, Comitia, iudicia, militiam & formam reipublicæ deſcribit, vt compendium eſſe poſſit Iuris Publici Polonorum. Præcipuum vero eſt *Ius regni Poloniæ*, ex conſtitutis & conſuetudinibus eiusdem regni & Magni Ducatus Lithuaniæ collectum, & additionibus ex iure Ciuili Romano, Canonico & Saxonico, nec non ex Conſtitutionibus Prouincialibus Gnesnenſibus auctum, hiſtoriisque illuſtratum in quatuor libros & duos tomos diſtinctum, auctore NICOLAO ZALASZOWSKI, *Posnoniæ 1701. f.* In hoc tomo primo integrum ius publicum Poloniæ prolixe perſequitur, ita, vt de Regis electione pactis conuentis, coronatione, iuribus, bonis regalibus, Senatoribus, ordine eque-



Digitized by Google

ſtri, Officialibus regni, demum etiam de pactis Velauienſibus atque Oliuenſibus agat, ſingula etiam ex fontibus & legibus fundamentalibus illuſtret.

## §. IX.

*Scriptores iurispubl. Belgici.*

Ad politicum Belgii Statum facit primum PAVLI MERVLÆ de *Statu reipublicæ Batauicæ diatriba, Lugduni-Batauorum 1630. 24.* Inde prodiit MARCI ZVERII BOXHORNII *liber de ſtatu fœderati Belgii, Hagæ 1659. 12.* qui breuiter integram diſpoſitionem Reipublicæ Belgii Fœderati deſcribit. Secutus eundem fuit PHILIPPVS CÆSIVS a ZESEN, cuius *Leo-Belgicus, Amſtelodami 1660. 12.* editus, initia atque incrementa Reipublicæ Belgii Fœderati, formam interiorem, potentiam, intereſſe, & quæ ad conſeruationem ſtatus faciunt, examinat. MARTINVS SCHOOCKIVS in *Belgio Fœderato, Amſtelodami 1665. 12.* integram faciem Reipublicæ Belgicæ generalem, iurisdictionem prouinciarum, ſingularum ſtatum, commercia, vrbes & vicos, miniſtros, intereſſe, ſtatum regiminis atque alia, accurate recenſet. Egregium ſcriptum eſt GVILIELMI TEMPLÆI, quod ſub titulo: *Remarques ſur l' etat des prouinces vnies du Paisbas, faites en l' an. 1672. à la Haye 1680. 12.* in quo ſtatus politicus Belgii illo-

illorum temporum egregie deſcribitur. Præſtantisſimum vero eſt ſcriptum, quod prodiit ſub titulo: *Hiſtoire abbregée des Prouinces vnies des Païs bas, où l' on voit leurs progrés, leurs conquêtes, leur gouuernement & celuy de leurs Compagnies en Orient & en Occident, comme auſſi les hommes illuſtres dans les armes, & les Sçauans dans les lettres, à Amſterdam 1701. f.* cum figuris æneis elegantisſimis. In hoc autem & hiſtoriam & ſtatum politicum optime videmus deſcriptum.

## §. X.

Ad ſtatum politicum totius Italiæ faciunt præcipue tractatus varii de *principibus Italiæ*, a THOMA SEGETHO collecti, *Lugduni-Batauorum 1631. 24.* quibus præcipue regimen Principatuum atque Rerumpublicarum Italiæ deſcribitur. GREGORIVS LETI Italico ſermone ſcripſit *Italiam regnantem, Geneuæ 1676. 12.* in qua non ſolum generalem Italiæ hiſtoriam deſcribit, de populis & Principibus agens, ſed etiam de incolarum ratione atque numero, academiis & viris præcipuis, qui in iisdem clarent. De *Italiæ ſtatu antiquo & nouo contra Machiavellum* ſcripſit THOMAS BOYZIVS, *Coloniæ 1595. 8.* IOANNES GAILLARDVS anglice ſcripſit de *præſenti*

*Scriptores iuris publ. Italici.*

*ſtatu prouinciarum & rerumpublicarum Italiæ, Londini 1669. 12.*

§. XI.

*Scriptores iuris publ. Veneti.*

Nulla Italorum eſt reſpublica, quæ ordinatiori vtatur iure publico, quam reſpublica Venetorum. Ad ſtatum autem Venetorum Reipublicæ politicum primum faciunt DONATI IANNOTII *dialogi de republica Venetorum* cum commentariis *Nicolai Craſſi, Amſtelodami 1653. 12.* Sed ieiunus eſt atque in rebus Venetorum peregrinus. IOANNIS CALOVICI *ſynopſis Reipublicæ* prodiit *1666. 12.* Præſtant autem CASPARIS CONTARENI de *Magiſtratibus & Republica Venetorum libri V, Lugduni Batauorum 1628. 24.* Alias prodiit *Politique Ciuile & Militaire des Venetiens, à Amſterdam 1666. 12.* IOAN. GAILLARDI *Status Reipublicæ Venetæ* anglice prodiit *Londini 1670. 8.* in quo de Imperio, legibus, viribus, opibus, ritibus atque reditibus Venetorum agitur. IACOBI SIMANCÆ *Collectanea de republica Veneta* prodierunt *Antwerpiæ 1539. 8.* Bina tamen hic loci ſcripta præ cæteris veniunt commendanda. Alterum eſt, *la Ville & la Republique de Veniſe, par Mr.* DIDIER, *a Paris 1680. 12.* in qua ſitum, regimen & mores Venetorum magna cum cura deſcripſit. Præferenda tamen eſt AMELOT de la HOVSSAYE

SAYE *Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe, a Paris 1676. 12. & a Amſterdam 1692. 12.* & *1705. 12.* qua omnis Status politicus, dignitates, habitus atque alia eiusdem generis egregie deſcribuntur, adiectis figuris elegantisſimis, ita, vt præ omnibus ſit commendanda. Nouisſime prodiit FRESCHOT *nouuelle relation de la ville & Republique de Veniſe, a Vtrecht 1709. 8.* cuius prima pars generalem reip. Venetæ hiſtoriam, altera Statum politicum, tertia familias patricias deſcribit.

§. XII.

Vniuerſale gentium ius publicum illuſtrant etiam prætenſiones atque controuerſiæ illuſtrium, quæ per varias deductiones ſunt examinatæ, atque ob paucitatem impreſſorum exemplarium raræ eſſe ſolent. Magnum opus olim de prætenſionibus illuſtrium meditabatur CHRISTIAN. MATTHIAS KNESENBECK, cuius ſpecimen eſſe voluit *prodromum iuris publici vniuerſalis, Rodopoli 1700. 4.* qui denuo prodiit ſub titulo: *Diſcurſus de ſtudio iuris publici vniuerſalis & prætenſionibus illuſtribus 1705. 4.* Magnum opus de prætenſionibus Imperii Romano-Germanici ſe moliti dicit, cuius initium a prætenſione Imperii Romano-Germanici in regnum Arelatenſe ſe facturum promittit. Verum fatalis ipſius mors, hoc

*Scriptores de prætenſionibus illuſtrium.*



Digitized by Google

hoc opus non ſolum ſed etiam Morhoſium ipſius illuſtratum impediuit. IO. PETRVS LVDOVICI ipſe de ſe Germania Principe pag. 88. ait: *Meditamur prætenſionum illuſtrium ſyſtema, plenum, & omnes Europæ Principes attingens, ingentique labore ac ſumtuoſo ſcriptorum apparatu contextum,* quod adhuc expectamus. CHRISTIANVS THOMASIVS in *ſpecimine Iurisprudentiæ Iudicialis* multa intermiſcet de genuinis principiis definiendi prætenſiones illuſtres, *Halæ 1706. 4.* Prodromus ſaltim eſt, optandum, vt maiori opera ſingula fuerint deducta. Deductionum quarundam qui in particularibus Principum controuerſiis fuerunt editæ, recenſionem aliquam nectit LYNCKERVS in Inſtructorio lib. II ſect. *II* pag. 11. & IO. DECKHERRVS in erudito tractatu de ſcriptis adeſpotis pag. 108. ſeqq. quas tamen cum in ſcriniis Principum potiſſimum lateant, hic omittimus. Prodiit equidem CHRISTOPHORI HERMANNI SCHWEDERI *Theatrum Hiſtoricum Prætenſionum & Controuerſiarum illuſtrium in Europa, Lipſiæ 1712. fol.* in quo equidem Prætenſiones illuſtrium recenſeri videmus, licet imperfecto adhuc labore. Vnicum hic addimus ſcriptum, CASSANDRI THVCELII *electa iuris publici curioſa,* quorum tomus primus prodiit *Francofurti 1697.*

tomus

Digitized by Google

tomus ſecundus *1696.* & tomus tertius *1694.* *4.* quo variæ deductiones circa nouemuiratum, iura & priuilegia Principum & cauſſas alias in Imperio maxime controuerſas comprehenduntur. ANTONIVS AVBERIVS *de iuſtis pratenſionibus Regis Galliæ* ſcripſit *ad Imperium Romano-Germanicum, Pariſiis 1667. 12.* Contra eum tamen prodiit *Advocat condamné, où la France & l'Allemagne defenduë, 1669. 12.* De iis, qui iura vel Auſtriacorum vel Gallorum ad ſucceſſionem Hiſpanicam defenderunt, egimus capite decimo tertio §. XI. Bibliothecæ Hiſtoricæ.

## §. XIII.

*Scriptores de iure Precedentia.*

Multæ inter Status ſunt controuerſiæ de præcedentia, quare etiam illi ſcriptores, qui eiusmodi controuerſias examinant, erunt conſiderandi. Generalis eſt IACOBI GOTHOFREDI *diatribe de iure præcedentiæ, Geneuæ 1664. 4.* Præferendus tamen IACOBVS ANDREAS CRVSIVS, *de præeminentia, ſeſſione, præcedentia & vniuerſo iure proedrias, Bremæ 1666. 4.* in quo omnes controuerſias, quæ de hoc iure inter diuerſos Reges & Principes agitantur, examinat, & ſingulorum fundamenta & rationes adducit. CASPARIS HENRICI HORNII tractatus *de iure proedriæ*

*ſeu*

*ſeu præcedentiæ*, *Witteberga 1705. 4.* prodiit, quo tamen tractatu potius priuatorum controuerſias examinat. Nouiſſimum, idemque optimum ſcriptum eſt ZACHARIÆ ZWANTZIGS *Theatrum Præcedentiæ, oder eines Theils, illuſtre Rang-Streit, andern Theils illuſtre Rang-Ordnung, Francfurt 1709.* Hoc enim Scriptum Regum, Ducum, Comitum, Vrbium & familiarum illuſtrium Europæ controuerſias & ſtatum præcedentiæ ex hiſtoriis probe examinauit. Speciatim quorundam ſaltim regum præcedentiam alii examinarunt. De controuerſia iſta, quæ inter Hiſpaniæ, Galliæ atque Angliæ Reges de præcedentia intercedit, prodiit IACOBI HOWEL diſſertatio *de præcedentia Regum Galliæ, Hiſpaniæ & Angliæ, Londini 1665. 8.* in quo tractatu quid in hiſtoriis de hac materia reperiatur, adducit, & primas Anglo potiſſimum concedit. Plures ſunt, qui Gallorum partes defendere in ſe ſuſceperunt. Inter hos FRANCISCVS PITHOEVS ſcripſit *de la grandeur, droits & praeminances des Rois & du Royaume de France, 1598. 8.* NICOLAVS VIGNIER edidit *raiſons de preſeance entre la France & l' Eſpagne, proposées par Auguſtin Cranato, auec les reponſes à chacune d' icelles, à Paris 1609. 8.* HIERONYMI BIGNONII extat tractatus *de l' ex-*

*l'excellence des Rois & du Royaume de France, traittant de leur preſeance & prerogative par deſſus les autres, a Paris 1610. 8.* Totus autem in prærogatiua Galliæ regibus definienda fuit ANTONIVS AVBERIVS, qui *de praeminentia Regum Galliæ ſupra Imperatorem & Regem Hiſpaniæ* ſcripſit, gallice, *Pariſiis 1680. 4.* cui tamen in ſuo de præcedentia tractatu reſpondit Cruſius.

# *CAPVT DECIMVM SEXTVM*

## De BIBLIOTHECA IVRIS SELECTISSIMA, MAXIME IVRIS STVDIOSI.

### §. I.

*Fontes iurisprudentiæ in Scriptura Sacra.*

SElectiorem quidem bibliothecam diſpoſuimus, ſed etiam iſta adhuc ſelectu indiget. Tanta enim copia eſt librorum iuris, vt difficile omnino ſit eam viam ingredienti, ſeligere quos in quauis parte ſequatur ductores. Fundamentum iurisprudentiæ ſapientiam diuinam eſſe, nemo forſan denegabit. Ad hanc viam parat SACRA SCRIPTVRA, cuius lectio adſidua com-

commendanda eſt iuris ſtudioſo. Commentatorem meliorem non habemus quam Spiritum Sanctum, qui ardentibus precibus noſtris inſtigatus, verum intellectum cordibus hominum inſtillat. Addi poteſt IO. ARNDII *Chriſtianiſmus*, qui inter aſceticos præcipuus, & qua ratione ex ſtatu noſtro corrupto progrediamur ad fiduciam euangelicam chriſtiano homini tantum neceſſariam, ſolide docet. Idem, dicendum de IO. FRANCISCI BVDDEI *Inſtitutionibus Theologiæ Moralis* quæ prodierunt *Lipſiæ 1711. 4.* opus ad promouendam pietatem non fucatam adprime commendandum. Idem in tres partes diſtinctum eſt, quarum prima, *Theologiæ Moralis* ſtrictius ita dictæ nomine inſignita, actiones regenitorum expendit; altera, quæ *Iurisprudentia diuina* audit, officia hominis regeniti ex legibus diuinis manantia tradit; Tertia vero quæ eſt *de Prudentia Chriſtiana & Theologica*, prout prudenter pericula, quibus circumſepti ſumus declinare, incommoda, quæ rectum in vita Chriſtiana curſum impedire queant, ſuperare, & mediis legitimis finem optimum vbique obtinere poſſimus, demonſtrat. Nec male adduntur IOACHIMI IVSTI BREITHAVPTI *theſes credendorum atque agendorum fundamentales*, *Halæ 1700.*

Digitized by Google

*le 1700. 8.* editæ, quibus & theticæ & moralis Theologiæ fundamenta præſcribuntur.

§. II.

*Philoſophia ſtudioſis iuris neceſſaria.*

Sic per pietatem bene præparato animo, philoſophiam adgrediatur iuris ſtudioſus, qui in diſciplina rationali commendatam potiſſimum habeat CHRISTIANI THOMASII *introductionem in logicam*, cum eiusdem *praxi*, Eiusdemque *introductionem ad Philoſophiam aulicam.* Hæc enim ſcripta veritates incognitas melius docent detegere, ideoque ad iura certius adplicantur quam barbari iſti termini Ariſtotelici & Stahlii quæſtiones, licet & hæ a variis commendentur. Neque enim tam ſyllogismis res de iure controuerſas defendimus vel decidimus, ſed facti, iuris & æquitatis rationibus. Huc facit *Diſcours ſur l' origine de la poëſie, ſur ſon vſage & ſur le bon gout. Par le Sieur* FRAIN du TREMBLAY *de l' Academie Royale d' Angers, a Paris 1713. 12.* cuius operis parte inprimis vltima, modus docetur, qua ratione de aliorum operibus atque ſcriptis rectum iudicium formari queat, & in quonam illud conſiſtat; quod ſcire ſtudioſi cuiusuis maxime intereſt. Metaphyſicam ſcholaſticis relinquimus: ſaniora

niora iureconſultis. Phyſicæ diſciplinæ diutius non eſt inhærendum, in eo tamen vtilitatem habet, vt næuos iſtos, quos veteres Icti, ſecuti Hippocratem aliosque, commiſerunt, eo melius adgnoſcamus. Sufficere nobis poteſt IOANNIS CLERICI *phyſica, ſiue de rebus corporeis libri V, Amſtelodami 1698. 8.* Idem dicendum erit de Matheſi, quæ ingenium acuit, in qua commendanda eſt IOANNIS CHRISTOPHORI STVRMII *Matheſis Iuuenilis*, cuius prior tomus prodiit *Noribergæ 1699.* alter *1701. 8.* in qua facillima methodo vtitur. Iuſtius tamen erit, ſi quis viuam Doctoris vocem ſequatur, vtraque enim diſciplina vel demonſtrationibus vel experimentis nititur, in quibus vox Præceptoris melius præit.

§. III.

*Philoſophia Moralis maxime neceſſaria.*

Moralis potiſſimum diſciplina iuris ſtudioſorum animos occupare debet, in qua non inutilis eſt IOANNIS SCHILTERI *manaductio philoſophiæ moralis ad veram ac ſimulatam iurisprudentiam, Ienæ 1676. 8.* in qua rationem, quomodo fundamenta iuris ciuilis ex principiis æquitatis petantur, demonſtrat. Addi poſſunt IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *elementa philoſophiæ practicæ*, quibus non ethicam ſolum,

Digitized by Google

ſolum, ſed alias etiam philoſophiæ practicæ partes illuſtrat egregie. Prodierunt ex iterata editione *Halæ 1703. 8.* & CHRISTIANI THOMASII *Sitten-Lehre.* Proderit quoque haut parum ſtudioſo iuris, ſi philoſophiæ moralis ethnicæ ſolidam cognitionem ſibi comparet, hac enim ratoine eo facilius leges quæ ex eiusdem ſcitis defluxerunt intelligere poterit, ex hoc capite merito laudamus M. GOTTLIEB STOLLENS *Hiſtorie der heydniſchen Morale, Iena 1714. 4.* qua Barbaricæ, Græcæ & Romanæ Moralis doctrinæ hiſtoriam, ex genuinis fontibus deducit, facillimaque methodo idiomate Germanico, ſingula eo ſpectantia ſolide illuſtrat.

## §. IV.

Huic ſubnectenda eſt naturalis iurisprudentia, in qua præter BVDDEVM modo laudatum, optimi ſunt SAMVEL PVFFENDORFFIVS in elegantiſſimo tractatu *de officio hominis & ciuis*, qui prodiit *Hamburgi 1695. 12.* qui non ſolum ſtatum hominis naturalem, ſed etiam ciuilem & diuerſos reſpectus aliorum conſiderat. Cui addimus *de iure naturæ & gentium libros VIII.* in quo quæſtiones in iure naturæ controuerſas, & ſingula latius exponit. Bina hæc opera vtiliſſimo inſtituto *Philoſophia iuris naturæ.*

in Gallicum ſermonem tranſtulit IOANNES BARBEYRACIVS, additis vbique doctiſſimis adnotationibus. CHRISTIANVS THOMASIVS *in inſtitutionibus iurisprudentiæ diuinæ*, hypotheſes Puffendorffii explicat, & legum naturalium rationem declarat, ita vt ſcriptum hoc merito commendandum ſit omnibus veræ iurisprudentiæ ſtudioſis. Addi poſſunt Eiusdem *fundamenta Iuris Naturæ & Gentium ex ſenſu Communi deducta, in quibus vbique ſecernuntur Principia Honeſti, Iuſti ac Decori, cum adiuncta emendatione ad iſta Fundamenta, Halæ 1705. 4.* quæ cum breuibus theſibus expoſita, fidum requirunt doctorem explicatoremque. Subiectum *ſpecimen Iurisprudentiæ Iudicialis ex Iure Naturæ & Gentium* exhibitum in exemplis de variis Gentium negotiis & controuerſiis, *Halæ 1706. 4. & Iureconſultorum prudentia conſultatoriæ, Halæ 1705. 4.* Addi poſſunt Eiusdem *Cautelæ circa Iurisprudentiam*, quibus vt næuos & præparatoria iuris comprehendit, & quibus ſubſidiis Iurisprudentiæ Studioſus inſtructus eſſe debeat, declarat.

§. V.

*Ius Gentium.* Ius Gentium ſuccedit, in quo meliorem non habemus HVGONE GROTIO, qui

qui vel cum notis ad textum accommodatis IOANNIS FRIDERICI GRONOVII, *Amſtelodami 1680. 4.* legendus, quas ſuæ quoque editioni inſeruit atque proprias adiecit GERHARDVS van der MVELEN, *Vltraiecti 1696. f.* vel cum commentario IO. TESMARI & VLRICI OBRECHTI, *Francofurti 1690. f.* Reliqui enim eam fidem non habent. Addi tamen poteſt IOANNIS GEORGII KVLPISII *Collegium Grotianum*, quod ad Grotii lectionem viam parat. Qui circa Legationum iura melius inſtrui cupit, addit WICQVEFORT *de l' Ambaſſadeur & de ſes fonctions, à Cologne 1690. 4.* ob exempla varia & WALSINGHAM *Memoires & Inſtructions pour les Ambaſſadeurs, à Amſterdam 1700. 4.*

## §. VI.

Exinde progreſſus fieri debet ad pragmaticam, ſiue politicam diſciplinam, in qua non incongruum erit ſcriptores præcipuos noſſe. Ad hos autem cognoſcendos facit HERMANNVS CONRINGIVS in diſſertationibus politicis *de philoſophia ciuili eiusque optimis ac præcipuis ſcriptoribus, Helmſtadti 1673. 4.* & GABRIELIS NAVDÆI *bibliographia politica* ſæpius edita, cuius editio eſt optima, quam procura- *Politica.*

 uit

Digitized by Google

uit AVGVSTVS BVCHNERVS, *Wittebergæ 1686. 12.* Hisce haut male iungitur IOANNIS ANDREÆ BOSII *diſſentatio iſagogica de comparanda prudentia ciuili*, quæ cura GEORGII SCHVBARTHI prodiit *Ienæ 1698. 8.* & non ſolum ad ipſam politicam introducit, ſed etiam hiſtorici qua ratione ad ſtatum politicum accommodentur, docet. Recentior eſt CAROLI ARNDII *Bibliotheca politico-Heraldica ſelecta, Roſtochi 1705. 8.* qua potiores ciuilis doctrinæ Scriptores prolixe ſatis examinat. In ipſa doctrina, præter HVGONEM GROTIVM, eundemque patrem Politicorum, atque BVDDEVM commendandæ IOANNIS HENRICI BOECLERI *inſtitutiones politicæ, Argentorati 1688. 8.* editæ, quæ non quidem in omnibus perfectæ, viam tamen monſtrant, ſi fidelis ductor accedat, qui ſingula exemplis hiſtoricis illuſtret egregie. IO. NICOLAI HERTII *elementa prudentiæ ciuilis, Francofurti ad Mœnum 1712. 8.* ad mentem quidem Ariſtotelis conſcripta, aſt ideo æſtimanda, quod morbos & medelas rerum publicarum inſimul doceat & viam præmonſtret, qua ratione per exempla, illuſtrari poſſit Politica. DIDACI SAAVEDRÆ *idea Principis Chriſtiano-politici, Coloniæ 1680. & Ienæ 1700. 12.* edita, in politicis ſane multum

vſum

vſum præbet. Qui liber ſi quis alius, plane egregius eſt: principem enim inſtruit in omni regiminis parte, atque ſingula hiſtoricis illuſtrat exemplis. Hisce iungi poteſt VITI LVDOVICI a SECKENDORFF *Chriſten-Staat*. Eiusdemque *Fürſten-Staat*, quibus actiones Principum qua ratione ſecundum regulas Chriſtianismi & ciuiles dirigi debeant, egregie docet. Inter regulas politicas potiſſimum æſtimandi DANIELIS EREMITÆ *aulica vita ac ciuilis libri IV*, qui cum præfatione Io. Georgii Græuii prodierunt, *Vltraiecti 1701. 4.* Præ cæteris ciuilis vitæ cultoribus commendanda eſt IO. CASIMIR COBLENS von WARTENBERG *väterliche Inſtruction an ſeine Kinder*, *Berolini 1704. 4.* quibus omnia, quæ ad vitam ciuilem faciunt, regulis Chriſtiano-politicis comprehendit. Addimus CHRISTOPHORI AVGVSTI HERMANNI *politiſchen Philoſophum*, qui *Halæ 1714. 8.* prodiit, & regulas potiſſimum præſcribit, qua ratione quis in vita ciuili ſe gerere debeat.

## §. VII.

Oratoriæ ſtudium adprimis eſt neceſſarium iuris ſtudioſo, ad quam ſedula lectio ſcriptorum antiquorum, Ciceronis præſertim, haut parum conducit. Potior *Oratoria ſtudium.*



Digitized by Google

ratio conſiſtit in exercitio, ad quod fidus præceptor melius ducit quam libri. Interim commendandus eſt IO. SCHEFFERI tractatus *de ſtylo*, *Vpſaliæ* primum editus *1665.* & *Ienæ 1678. 8.* In *epiſtolis ſcribendis* habemus DANIELIS GEORGII MORHOFII libellum, *Lubecæ 1694.8.* qui exempla potius præſcribit quam præcepta modum tamen exhibet, quo loci communes epiſtolares poſſint fieri. In oratoriis optima eſt BERNHARDI LAMY *l' art de parler*, quæ ex editione tertia *Pariſiis 1688. 12.* prodiit.

§. VIII.

*Res litteraria.*

Res litteraria, quæ pro ſtatu noſtri temporis ornat iuris ſtudioſum, ex bibliothecis potius hauritur quam libris. Iuſta tamen opus eſt diſpoſitione, quam in capitibus prioribus exhibuimus, ita, ſi obueniant vel libri noui, vel alii, qui alicuius ſunt commatis, eosdem ſuo loco quis addere & ſic bibliothecam noſtram facile poterit continuare. Pro lubitu cuiuslibet erit, addere *introductionem ad rem litterariam, Bibliothecam Philoſophicam & Bibliothecam Hiſtoricam*, quæ haut ita pridem editæ, inſeruire poſſunt illis, qui meas curas amant. Comparari tamen meretur DANIELIS GEORGII MORHOFII *polyhiſtor.*

Digitized by Google

*hiſtor.* denuo *Lubecæ 1708. 4.* editus. Qui liber eſt elegantiſſimus, ex quo generalia, quæ ad rem litterariam introducunt, noſcimus. Nec inutile erit, addere *cenſuram celebriorum auctorum*, quam congeſſit THOMAS POPE-BLOVNT, *Geneuæ 1694. 4.* quæ in adnotandis iudiciis de variis eruditorum ſcriptis fundamenti loco nobis eſſe poterit. Qui velit, vti poterit GEORGII MATTHIÆ KöNIGII *bibliotheca veteri & noua*, quæ prodiit *Altdorfi 1678. f.* ad quam digeri poſſunt, quæ notatu digna reperiuntur ad vitas clarorum virorum. Nec male agunt qui *acta eruditorum Lipſienſium, Les nouelles de la Republique de lettres. Nouuelle Bibliotheque Choiſie. Iournal Literaire*, nec non iudicia de omnibus talibus actis litterariis, nuper Lipſiæ edi cœpta, & ſimilia eruditorum diaria addunt, vt ex iis recentiorem ſtatum rei litterariæ cognoſcant.

## §. IX.

In vniuerſali hiſtoria vtimur CHRISTOPHORI CELLARII *hiſtoria antiqua, media & noua*, diuerſis vicibus edita, quæ ſuccincta quidem eſt, ſed accurata, ex additis etiam tabulis ſynopticis, e quibus ſucceſſio regum petitur, commendanda. Nec tamen male quis aget, qui viua præce- *Studium Hiſtoricum.*

ptoris voce vti velit. Res memoriæ eſt hiſtoria, in qua tamen vt diſcernamus verum a falſo, iudicium locum habet, & exempla parallela multum lucis præbent, ita vt viua Præceptoris vox multum inſtruat. Optime tamen fecerit, qui Cellarianæ hiſtoriæ iunxerit MARCI ZVERII BOXHORNII *chronologiam ſacram & profanam*, quæ cura IOANNIS ANDREÆ BOSII prodiit *Francofurti 1660. fol.* vel CHRISTOPHORI SCHRADERI *tabulas chronologicas* & DIONYSII PETAVII *ratiocinarium temporum, quod Pariſiis* recuſum 1710. 8. & non ſolum in hiſtoria medii æui plenius adhuc eſt, ſed etiam in prioribus initium diuerſarum æratum & epocharum belle commonſtrat. CHRISTOPHORI ADAMI RVPERTI *Obſeruationes ad hiſtoriæ vniuerſalis ſynopſin Beſoldianam minorem, cum ſupplementis Chriſtophori Arnoldi, Franeckeræ 1698. 8.* ad hiſtoriam antiquam ex nummis multum conducit & accurata eſt. In hiſtoria particulari regnorum, Germanica nobis eſſe debet notior, ac aliorum regnorum. Præiuit in ea nobis SAMVELIS PVFENDORFFII *introductio in hiſtoriam regnorum & ſtatuum, Francofurti ad Mœnum 1689. 8.* & qui eo prolixior eſt atque Commentarii vices habet BERNHARDI ZECHII *Europaiſcher*

*He-*

*Herold*, qui ſub nomine FRIDERICH LEVTHOLFF von FRANCKENBERG prodiit *Lipſiæ 1705. f.* In quo hiſtoriam, ſtatum & politiam regnorum egregie deſcribit auctor, multaque adnectit acta publica, quæ ad pleniorem hiſtoriarum cognitionem conducunt. In ſimili regnorum hiſtoria ipſe iam occupatus, quam accuratius elaboratam, ipſis vbique adlegatis fontibus, Deo volente, propediem euulgabo. Addi poteſt, quod nunc ſub prelo ſudat, *Syntagma Hiſtoriæ Germanicæ*, ex genuinis Hiſtoricorum fontibus illuſtratum. Prodiit nouiſſime *Methode pour etudier l'hiſtoire où, apres auoir etabli les principes & l'ordre qu'on doit tenir pour la lire vtilement, on fait les remarques neceſſaires pour ne pas ſe laiſſer tromper dans ſa lecture, auec vn cataloque des principaux hiſtoriens & des remarques critiques ſur la bonté de leurs ouvrages, & ſur le choix des meilleures editions par Monſieur* LANGLET du FRESNAY *a Rruxelles 1714. 8.*

## §. X.

Alter hiſtoriæ oculus eſt Geographia, in qua commendanda primum eſt CHRISTOPHORI CELLARII *Geographia antiqua media & noua, Citzæ 1687. 12.* edita. Ad recentiorem Geographiam non male *Geographia.*

 alias

Digitized by Google

alias faciunt IOANNIS HüBNERI *Geographiſche Fragen*, quæ nuperius iterum editæ, atque ad ſtatum præſentem melius ſunt accommodatæ. Nec errabit, quo itineraria Miſſons, Mocqueti, Monconniſii, aliorumque addiderit, in his enim meliores latent deliciæ, & innocentes magis, ac in ſcandaloſis iſtis & deteſtandis fabularum Romanenſium libris. Nouiter prodiit MELISSANTIS *Geographia nouiſſima, Francofurti 1709. 8.* 2. Tomis, qui, licet non in omnibus ſit accuratus, reliquis tamen eſt prolixior & plerumque accuratior.

## Th. XI.

*Genealogia & Heraldica.*

In Genealogicis vtimur *Tabulis Genealogicis* GEORGII LOHMEYERI, quæ *Luneburgi 1700. f.* recuſæ, & IACOBI WILHEMI IMMHOFFII *notitia procerum S. Romano-Germanici Imperii*, quæ *Tubingæ 1700. f.* recuſa, & non ſolum originem cuiusuis domus in Imperio noſtro monſtrat, ſed etiam diuiſionum in varias lineas. Ad periodos recentiores potiſſimum faciunt IO. HüBNERI *Tabulæ Genealogicæ, Lipſiæ 1708. f.* licet parum accuratæ in medii æui Genealogiis, in quibus receptas plerumque opiniones ſequitur. *Artem Heraldicam* in compendio illuſtrauit auctor *der Durchlauchtigen Welt*, parte quar-

Digitized by Google

te quarta & CLAVDII FRANCISCI MENETIER ſcripta varia, inprimis *la veritable art du Blazon, ou l'origine & la pratique des principes Heraldiques, à Lyon, 1673. 12.* Addimus IMMANVELIS WEBERI *Examen artis Heraldicæ*, haut ita pridem apud nos recuſum, quod ipſam hanc artem per quæſtiones tradit. Qui tamen plenius inſtrui cupit, ſummo cum fructu vtetur opere perfectiſſimo PHILIPPI IACOBI SPENERI, cuius *inſignium theoria, ſeu Operis Heraldici pars ſpecialis* primum prodiit *Francofurti ad Mænum, 1682. f. pars generalis, Francofurti 1690. f.* Addimus I. A. RVDOLPHI *Heraldicam Curioſam, Nürnberg 1698. f.* quæ generalem Heraldicæ partem admodum accurate deducit, ſingula exemplis illuſtrat & obſeruationibus hiſtorico-politicis. Dolendum ſaltim, quod in terminis Heraldicis illis vtatur, qui non vbiuis recepti.

## §. XII.

*Studium antiquitatum & alia.*

Reſtant adhuc alia, quæ non æque neceſſaria ſunt ac priora, ad ornatum tamen multum conducunt. Romanorum quidem antiquitates ad intellectum legum, quæ ex iure Romano deſumtæ, multum faciunt, ita, vt qui ipſos iuris textus ſolide velit interpretari, earundem notitia inſtructus

ſtructus eſſe debeat. Dolendum tamen, nos deſtitutos adhuc eſſe iuſto antiquitatum Romanarum ſyſtemate, quæ enim habemus, vel plane nullius ſunt vſus, vel non ſufficiunt, alias. Conatus ipſe fui aliquid hac in parte, edendo *antiquitatum Romanarum ſyntagma de diis & ſacrorum ritibus, Ienæ 1700. 4.* Quod, volente Deo alterum ſequetur, in quo politia, leges, Comitia, magiſtratus Romanorum & ipſum ius Romanum plenius explicabitur. Si quis rei nummariæ horas quasdam ſucciſiuas deſtinare velit, *bibliothecam numiſmatum* quam *1693. 12.* edidi, adire poterit, cui non male iungitur EVCHARII GOTTLIEB RINCKII *de veteris numiſmatis potentia & qualitate lucubratio, Lipſiæ 1701. 4.* in qua multæ leges Romanorum de re nummaria illuſtrantur. Ad recentiorem numismatum hiſtoriam & cognitionem facit IO. GRöNINGI *neu-eröffnete hiſtorie der modern Medaillen*, quæ *Hamburgi* prodiit *1702. 8.* Continetur hoc atque alia ſcripta in libro, cui titulus: *der geöffnete Ritter-Platz, Hamburgi 1702. 8.* in quo ea, quæ ſcitu maxime neceſſaria, quæ vel ad rem militarem, ciuilem, naturalem, artem equeſtrem, atque alia eiusmodi faciunt, declarantur, vt inſeruire poſſint ad cognitionem variarum rerum. Ad medii

æui Numismata facit IO. PETER LVDEWIGS *Einleytung zu dem Teutſchen Münz-Weſen mittler Zeiten, Halle 1709. 8.* quæ ad notitiam nummorum cauorum atque bracteatorum multa cura introducit.

## §. XIII.

*Hiſtoria iuris.* In ipſa iurisprudentia negligitur communiter hiſtoria iuris, admodum tamen eſt neceſſaria, immo ipſi iuris tractationi præmittenda. Ex pluribus commendanda eſt IOANNIS DOUIATII *hiſtoria iuris ciuilis Romanorum, Pariſiis 1687. 4.* Hæc tamen cum in noſtris oris ſit rara, introductionis loco nobis eſſe poteſt SIMONIS van LEEVWEN libellus *de origine, progreſſu, vſu atque auctoritate iuris ciuilis* cum notis Vinnii editus *Lugduni-Batauorum 1671. 8. Ienæ 1697. 8.* recuſus, in quo legum veterum, librorum iuris & variarum editionum rationem erudite perſequitur. Addi tamen poteſt IACOBI GOTHOFREDI *manuale iuris*, & qui cum eo prodiit IOSEPHVS MARIA SVARESIVS in editione vltima *Amſtelodami* apud Elzeuirios *1663. 12.* Hoc enim, tanquam verum Manuale, in quo non ſolum hiſtoria iuris, ſed etiam diſpoſitio Pandectarum & leges notabiles exhibentur, dignum vt omnium manibus teratur. Addere quis poteſt CHRISTIANI

THO-

Digitized by Google

THOMASII *næuorum iuriſprudentiæ ante Iuſtinianeæ* libros duos ex editione ſecunda, *Halæ 1707. 4.* & HENRICI ERNESTI KESTNERI de *defectibus Iuris Communis in Republica Germanica diſſertationes*, *Rinthelii 1708. 4.* vt liberemur a vulgi opinione, quaſi ſine erroribus ſit Ius Iuſtinianeum. Præcipue vero in hiſtoria iuris æſtimandæ IOAN. VINCENTII GRAVINÆ *Origines Iuris Ciuilis*, *Lipſiæ 1708. 4.*

## §. XIV.

*Iurisprudentia.*

In Iurisprudentiæ tractatione præire nobis poterit *b. Parentis iurisprudentia Romano-Germanica forenſis*, ad vſum fori Saxonici præſertim accommodata. Huic, vt eo melius aditus paretur ad Pandectas, addi poſſunt VLRICI HVBERI *poſitiones iuris contracta*, ſecundum inſtitutiones & Pandectas, ad primordia diſciplinæ, vſumque fori attemperatæ, *Franeckeræ 1682. 8.* & cum ſcholiis CHRISTIANI THOMASII, *Lipſiæ 1685. 8.* qui liber ſumma cura eſt elaboratus. Inter editiones Inſtitutionum vero optima eſt IOANNIS SAMVELIS STRYKII, *Halæ 1698. 8.* Ex commentariis ad Inſtituta commendandus eſt IOACHIMI HOPPII, ad vſum eorum, qui iuris initia faciunt, maxime accommodatus, & ANDREÆ HOMBERGII *prælectiones academica*

*mica ad Inſtitutiones Iuſtinianeas*, *Helmſtadti 1703. 4.* Addi poteſt IOACHIMI HOPPII *examen Inſtitutionum Imperialium*, in quo per erotemata, quæſtiones in Inſtitutis obuenientes, quas ad vſum hodiernum direxit, tractat. Qui pleniorem & ſubtiliorem quærunt Commentarium, habent ARNOLDI VINNII, recuſum *Noriberga 1676. 4.* qui Bachouium ſecutus, quæſtiones magis arduas tractat, atque Inſtituta cum Pandectis perpetuo confert. Qui praxin amant, addere poſſunt IOANNIS PHILIPPI *vſum practicum Inſtitutionum*, *Lipſia 1677. 4.* editum, in quo formulas actionum ad ſingulos paragraphos adducit. Ad controuerſias Inſtitutionum faciunt IOANNIS STRAVCHII *diſſertationes Iuſtinianea*, quibus adnotationes theoretico practicas addidit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Francofurti 1683. 4.* in iisdemque vſum fori Saxonici docuit.

## §. XV.

*Tractatio Pandectarum.*

In Pandectarum editionibus commendanda eſt DIONYSII GOTHOFREDI, & præcipue ea, quæ cura SIMONIS van LEEVWEN prodiit *Amſtelodami 1663. fol.* Hæc tamen cum hodie rarius habeatur, vſui eſſe poteſt illa, quæ *Lugduni* facta *1650. fol.* cum non ſolum iuſto caractere con-

conſtet, ſed alias etiam ſatis ſit emendata. Licet in frequentiori vſu eſſe ſoleat, quæ Lipſiæ haud ita pridem prodiit, & emendata quidem eſt atque iteratæ editioni præferenda, ſed caracterem habet admodum minutum. Ex commentatoribus eminet HENRICI ZOëSII *commentarius*, *Louinii 1675. f.* & *Coloniæ 1689. 4.* qui non quidem ad leges ſingulas facit, iuſto tamen atque accurato ordine Pandectarum titulos disponit, & leges per rationes ſolide probat, ita, vt etiam ſyſtematis vicem posſit gerere. Addi poteſt IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, qui ab eo commendandus, quod ad ſingulas leges eſt directus, e quibus caſum & quæſtiones format, easdem decidit atque ad ſcriptores remittit. Qui antiquam iuris Romani rationem petit, iungere poterit IO. SCHILTERI *Commentarium, Ienæ 1712. f.* recuſum, qui non ſolum Ius Iuſtinianeum ex antiquo iure Romano illuſtrat, ſed etiam idem cum iuribus mediæ ætatis, gentium præſertim Germanicarum, erudite confert, ita, vt ad ſolidam textus interpretationem multum conducat. Inter ſyſtemata iuris Ciuilis pro docentium diuerſitate receptum eſt vel *ſyntagma Struuianum* vel *Compendium Lauterbachianum*, ad quod habemus SAMVELIS STRYKII *adnotationes ſuccinctas*, *Lipſiæ 1701. 4.* & quæ nuper

nuper prodierunt GOTTLIEBII GERHARDI TITII *obſeruationum ratiocinantium in compendium iuris Lauterbachianum centuria V, Lipſiæ 1703. 8.* in quibus vulgaria præiudicia conatur euellere. SAMVELIS STRYKII *ſpecimen vſus moderni* quoque addi poteſt, in hisce enim, quid vſu receptum, quidue abrogatum, declarat egregie. Addimus GOTTLIEBI GERHARDI TITII *Ius Priuatum*, quod nuper demum *1709. 4.* prodiit, atque ad mores Germaniæ eſt directum. Ex Commentariis ad Codicem, ANTONII PERETZII *prælectiones in Codicem, Amſtelodami 1663. 4.* editæ, ob iudicii grauitatem & quod ad ſolidam iuris explicationem faciunt, æſtimandi. Præferendus vero adhuc eſt IOANNIS BRVNNEMANNI Commentarius, per caſus atque rationes legum bene deductus, labore plane egregio, in quo nihil videmus intactum, ipſos etiam fontes ſedulo adlegatos. Optima eſt editio SAMVELIS STRYKII, *Lipſiæ 1699. fol.* Inter polemicos præcipuæ habendæ ſunt GEORGII ADAMI STRUVII *euolutiones* ſæpius editæ, quæ ad ſyntagma directæ eiusdemque *Gothofredi Immo*, quod *Francofurti ad Mœnum, 1695. 4.* prodiit, in quo leges obſtantes a Gothofredo in notis adlegatæ, conciliantur. Plures adhuc controuerſias decidit LVDERVS MENCKE-


Digitized by Google

NIVS in *gymnaſio polemico iuris*, quod *Lipſiæ 1689. 4.* eſt editum.

§. XVI.

*Lexica iuris.* Præter ſyſtemata, addi quoque poſſunt lexica, in quibus æſtimandus præ cæteris eſt AVGVSTINI BARBOSÆ *theſaurus locorum communium iurisprudentiæ*, qui per axiomata deductus, cura SAMVELIS STRYKII prodiit *Lipſiæ 1690. fol.* In hoc enim brocardica iuris ſub ſuis titulis videmus poſita, & per leges non ſolum, ſed etiam auctoritates prudentum confirmata, ita vt omnibus debeat eſſe commendatiſſimus. ARNOLDI REYGERI *theſaurus iuris*, qui per AHASVERVM FRITSCHIVM auctus atque editus *Francofurti 1668. f.* iis eſt vtilis, qui in elaborandis materiis occupati. Cardinalis TVSCHI vero *concluſiones practicabiles, Francofurti 1623. f. IV vol.* in eo valent, quod ſententias multas practicorum in iisdem videamus congeſtas, vt exinde allegata multa hauriri poſſint in ſcriptis aduocatorum. In explicatione vocum & terminorum iuris vtimur IOANNIS CALVINI *lexico, Francofurti 1604. f.*

§. XVII.

*Scriptores Practici.* Inter practicos, in foris noſtris Saxonicis vtimur *proceſſu* BENEDICTI CARPZOVII, qui *Lipſiæ* recuſus *1692. f.* In terris electo-

electoralibus vero optimus eſt LVDOVICI GüNTHERI MARTINI *Commentarius ad Ordinationem proceſſus electoralis Saxonici*, qui *Francofurti & Lipſiæ 1710. f.* ex iterata editione prodiit. In proceſſu ciuili atque criminali ſufficere poterit IOANNIS BRVNNEMANNI *proceſſus*, *Francofurti ad Viadrum 1691. 4.* qui accuratior eſt reliquis. Addi poteſt ſcriptum egregium illuſtris viri, SAMVELIS STRYKII *introductio ad praxin*, quæ accuratam præbet praxeos delineationem. Eiusdem æſtimandus eſt tractatus de *actionibus forenſibus inueſtigandis & caute eligendis*, vt & de actionum præſcriptione, *Halæ 1698. 4.* ſingulis qui ad praxin tendunt, commendandus; atque aliud Eiusdem ſcriptum de *cautelis contractuum*, *Witteberge 1698. 4.* ſingulis qui inter ſe contractus ineunt, proficuum. In formulis actionum habemus vel QVIRINI SCHACHERI *collegium practicum*, quod ad ordinem Pandectarum directum prodiit *Lipſiæ 1694. 4.* vel BARTHOLOMÆI LEONHARDI SVENDENDöRFERI *ſummariam actionum forenſium expoſitionem*, ex iterata editione, *Lipſiæ 1687. 4.* in qua plerasque actionum formulas videmus adductas. Circa exceptiones vtile eſt ANDREÆ RIVINI *ſpecimen exceptionum*, *Lipſiæ 1686. 8.* & quæ plenius hanc expoſuit

materiam IOANNIS OLDENDORPII *ſylloge exceptionum forenſium*, quam auxit atque ad vſum fori accommodauit ANDREAS CHRISTOPHORVS ROESENERVS, *Lipſiæ 1692. 4.* Non male aget, qui addere voluerit ADAMI VOLCKMANNI *Notariat-Kunſt*, quæ reuiſa atque emendata per GEORGIVM BEYERVM, *Lipſiæ 1696. 8.* ex qua multa quoque quæ ad ſolennia & formulas iuris faciunt, hauriuntur. Ad *Proceſſum Cameralem* præcipuus eſt IACOBI BLVMII Commentarius, *Francofurti 1676. 4.* cui tamen non male quis iunget IOANNES DECKHERRI *librum ſingularem relationum, votorum & deciſionum Cameralis iudicii*, *Spiræ 1681. 4.* in quo ipſum modum procedendi in iudicio Camerali per exempla declarat. ANDREÆ GAILII *Obſeruationes Camerales* non tantum ad proceſſum Cameralem faciunt, ſed ad ſententias in foris Germaniæ receptas, quæ plerumque ſecundum ſententias Camerales ſolent dirigi. EVERARDI FABRICII *Gailius enucleatus*, *Coloniæ 1697. 4.* omnibus maxime eſt neceſſarius. Quippe ad ſingulas Gailii obſeruationes, ſententias ICtorum clariſſimorum diſſentientium, & praxin hodiernam notat. In ſententiarum quoque, quæ in foris receptæ, deciſionibus eminent DAVIDIS MEVII *deciſiones ſummi*

*Tribu-*

*Tribunalis Wismarienſis*, & in terris Saxonicis præcipue BENEDICTI CARPZOVII *Definitiones*, & MATTHIÆ BERLICHII *Concluſiones*, qui patres dici ſolent Practicorum.

## §. XVIII.

In Iure Criminali compendium præbet PETRI MULLERI *Iuriſprudentia Criminalis, Ienæ 1701. 4.* Plenius vero ſyſtema PETRI THEODORICI *Collegium Criminale*, ex editione & cum adiunctis diſſertationibus beati parentis, *Ienæ 1671. 4.* Addi poteſt IOANNIS BAPTISTÆ VULPINII *ſuccus ex operibus Farinacii, Lugduni 1687. f.* cum ipſa Opera Farinacii maioris ſint molis, & quantum ad Criminalem proceſſum Saxonicum BENEDICTI CARPZOVII *practica Criminalis, Witteberga 1665. f.* hic enim pater Criminaliſtarum vulgo habetur, licet multa proferat, quæ hodie non amplius ſint in vſu. In ipſo proceſſu venit BENEDICTI CARPZOVII *Achts-Proceß*, & qui certa adhuc parte præualet *Proceſſus Criminalis Altenburgenſis*. De *defenſione* vero *reorum* optimum eſt ſcriptum TOBIÆ GRANTZII, quod *Lipſiæ 1702. 4.* prodiit, iis qui defenſionem ſuſcipiunt vtiliſſimum.

*Ius Criminale.*



Digitized by Google

## §. XIX.

*Ius Feudale.*

In iure feudali inſtar omnium eſſe poterit *beati parentis Syntagma iuris feudalis*, quod cum obſeruationibus atque deciſionibus feudalibus recuſum. In hoc enim non ſolum diuerſas feudorum ſpecies videmus explicatas, ſed etiam ſingulas quæſtiones feudales erudite deciſas. Si quis tamen varias Feudiſtarum ſententias quærat, habet HENRICI a ROSENTHAL tractatum de *Feudis*, *Francofurti 1662. fol.* recuſum, qui operoſus admodum eſt in congerendis variorum opinionibus. Vel ſi quis breuius quid deſideret, vſurpare poterit CASPARIS HENRICI HORNII *Iurisprudentia Feudali Longobardo-Teutonica, Witteberga 1705. 4.*

## §. XX.

*Ius Canonicum.*

In Iure Canonico præmittenda primum eſt GERHARDI von MASTRICHT *hiſtoria iuris eccleſiaſtici*, *Duisburgi* edita *1676. 8.* recuſa, curante Chriſtiano Thomaſio, *Halæ 1705. 8.* in qua originem, ſeriem, partes & notas iuris Canonici explicat. Inter ipſas vero editiones iuris Canonici ea eſt emendatiſſima, quæ cura PETRI & FRANCISCI PITHOEORVM primo *Pariſiis 1687. f.* prodiit, poſt *Lipſiæ*

recuſa

Digitized by Google

recuſa *1705. fol.* ſed cum iſta ſumtuoſi ſit oris, in eius locum ſubſtitui poteſt ea, quæ *Coloniæ 1661. 4.* prodiit. Inter compendia iuris Canonici bina ſunt æſtimanda. VALERII ANDREÆ DESSELII *erotemata* quidem iuris Canonici, quæ cum notis be. ti parentis, *Ienæ 1709. 8.* recuſa, ipſas quæſtiones iuris Canonici iuſtius explicant, quibus addi poſſunt perilluſtris LYNCKERI *analecta*, quibus praxin conſiſtoriorum videmus explicatam. IOANNIS SCHILTERI *Inſtitutiones Iuris Canonici*, quæ haut ita pridem recuſæ, ad antiquitates eccleſiaſticas & hiſtoriam conciliorum, quæ fontes præbent Iuris Canonici, faciunt egregie, ita vt bina iſta compendia haut male combinentur. Inter ſyſtemata vtimur ex Proteſtantibus CASPARIS ZIEGLERI *Commentario in inſtitutiones iuris Canonici Ioannis Pauli Lancelloti*, qui *Wittebergæ* prodiit *1669. 4.* in quo potiores formulas Canonicas & næuos iuris Canonici videmus expoſitos. Ex pontificiis æſtimandum maxime eſt LVDOVICI ENGELII *collegium Iuris Canonici*, *Saliſburgi 1700. 4.* recuſum, quod in quæſtionibus canonicis præcipuum eſt. Qui pleniores petunt Commentarios, habent ERNRICI PIRRHINGII & EMANVELIS GONTZALETZ de TELLETZ, quorum ille ad decidendas quæſtiones, hic

ad capitulorum ſolidiorem explicationem plurimum conducit. In iure eccleſiaſtico, quod in terris Proteſtantium præſertim, a iure Canonico bene diſtinguendum, eminet laudatiſſimus IOANNIS BRVNNEMANNI tractatus de *iure eccleſiaſtico*, qui notis & ſupplementis adauctus a SAMVELE STRYKIO, *Francofurti & Lipſiæ 1686. 4.* communibus opinionibus non ita regitur, ac vulgo ſolet, ſed iura circa ſacra, & quæ his adnexa, declarat egregie. BENEDICTI CARPZOVII *iurisprudentia eccleſiaſtica*, quæ *Lipſiæ 1695. fol.* recuſa, ea ex ratione addi meretur, quia in conſiſtoriis ſecundum eiusdem deciſa pronuntiatur communiter. Nec incongruum erit, ſi in matrimonialibus addere velimus HIERONYMI BRUCKNERI *conſilia matrimonialia*, *Francofurti 1692. 4.* edita, quippe iis multos caſus rariores continent.

## §. XXI.

*Ius Publicum.* In iure publico comparandi primum veniunt *Receſſus Imperii*, quorum optima eſt editio, quæ *Francofurti 1707. f.* recuſa. Inter collectores actorum publicorum, cum LONDORPII *acta* nimium ſint ſumtuoſa, commendamus præ cæteris ANTONII FABRI *Staats-Canzeley*, cuius iam XXII Tomi extant editi *1697. & ſeqq.* ex qui-

Digitized by Google

quibus non ſolum ſtylum curiæ addiſcimus, ſed etiam quid circa controuerſias hodie in Imperio obuias obuenerit. Addi poſſunt, quæ hic loci excuduntur *Electa Iuris Publici.* Inter Commentarios in Auream Bullam æſtimamus, quantum ad hiſtoriam HENRICI GUNTHERI THVLEMARII, *Heidelbergæ 1682. 4.* quantum ad materias vero, commentarium IOANNIS LIMNÆI, *Argentorati 1666. 4.* licet etiam in hoc ſelectus ſit adhibendus. Cum autem inſtrumentum pacis Weſtphalicæ potiſſimum ſit fundamentum iuris noſtri publici, addi quoque poteſt PHILIPPI ANDREÆ BVRGOLDENSIS *diſcurſus in illud inſtrumentum*, qui *Freyſtadti 1669. 4.* prodiit. Licet quidem Burgoldenſis multa ſine ſelectu ſcripſerit, habet tamen aliqua ſingularia, quæ ad negotia Germanica ſeculi decimi ſeptimi faciunt. Ex ſyſtematibus ſuam laudem habet GABRIELIS SCHWEDFRI *introductio in ius publicum imperii Romano-Germanici nouiſſimum, Tubingæ 1707. 8.* Hoc enim non ſolum ob ordinem ſed etiam materiæ tractationem eſt accuratiſſimum. Illuſtrationis cauſſa addi poteſt IOANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI, *Vitriarius illuſtratus, ſeu inſtitutiones iuris publici Romano-Germanici,*



Digitized by Google

*Gothæ 1699. 4.* Hic enim pleraſque materias, quæ ſuccincte tantum a Schwedero traduntur, ex ipſis fontibus explicauit vberius, ita, vt ſtudioſo iuris magis conueniant quam vaſta iſta volumina Limnæana. Qui meas curas amant, addere poſſunt, *Syntagma Iuris Publici, Imperii noſtri Romano-Germanici, ex fontibus Hiſtoriarum, Legibus Imperii fundamentalibus, Actis Publicis, Diplomatibus & Obſeruantia Imperii Collectum, Ienæ 1711. 4.* His igitur ſubſidiis inſtructus quilibet, Deo auctore, feliciores faciet progreſſus, quos optamus omnibus, qui veram amant iurisprudentiam.

# Primvs Index

## *Diſpoſitionis huius Bibliothecæ.*

## CAPVT PRIMVM.

### *De Scriptoribus, qui vel Bibliothecam, vel vitas Ireconſultorum ſcripſerunt.*

§. 1.

QVi ad notitiam autorum iuris introducunt.

§. 2. Qui libros Iuridicos in certas claſſes diſtribuerunt.

§. 3. Qui vitas ICtorum veterum ſcripſerunt.

§. 4. Qui de Sectis veterum ICtorum ſcripſerunt.

§. 5. Qui vitas ICtorum recentiorum ſcripſerunt.

§. 6. Qui vitas ICtorum Germanorum ſcripſerunt.

§. 7. Qui vitas ICtorum Italorum ſcripſerunt.



Digitized by Google

§. 8. Qui vitas ſpecialium ICtorum ſcripſerunt.

## CAPVT SECVNDVM.

*De fontibus Iuris gentium antiquiſſimarum.*

§. 1. Scriptores qui faciunt ad Ius Hebræorum.
§. 2. Qui faciunt ad Iura Ægyptiorum.
§. 3. Græciæ legiſlatores.
§. 4. Scriptores ad Ius Atticum.
§. 5. Ad Ius Lacedæmoniorum.
§. 6. Ad Iura Romanorum antiqua.

## CAPVT TERTIVM.

*De fontibus Iuris Ciuilis.*

§. 1. Ratio librorum Corporis Iuris.
§. 2. Varii Codices.
§. 3. Codex Theodoſianus.
§. 4. Codex Iuſtinianeus, it. Pandectæ.
§. 5. Nouellæ & edicta Iuſtiniani.
§. 6. Editiones Corporis Iuris in ſpecie Haloandrina.
§. 7. Florentina.
§. 8. Vulgaris.
§. 9. Codex & Nouellæ.
§. 10. Nouellarum translationes.
§. 11. Nouellæ Iuliani.
§. 12. Nouellæ Haloandrinæ.



Digitized by Google

§. 13. Reliquæ Nouellæ.
§. 14. Corpus Iuris gloſſatum.
§. 15. Fragmenta veterum legum.
§. 16. Fragmenta veterum ICtorum.

## CAPVT QVARTVM.

*De Iure Græco poſt tempora Iuſtiniani.*

§. 1. Ius Græcum.
§. 2. Libri Baſilicorum.
§. 3. Eclogæ Baſilicorum.

## CAPVT QVINTVM.

*De Iure Francico, Germanico & gentium aliarum.*

§. 1. Ius Francicum.
§. 2. Ius Germanicum.
§. 3. Ius Saxonicum.
§. 4. Speculum Sueuicum.
§. 5. Ius Electorale Saxonicum.
§. 6. Conſtitutiones prouinciales in terris Saxonicis Ducalibus.
§. 7. Ius Lubecenſe.
§. 8. Hamburgenſium, Holſaticum & Dithmarſicum Ius.
§. 9. Aliarum prouinciarum Germaniæ conſtitutiones.
§. 10. Fontes Iuris exterorum, & Scriptores Iuris Gallici.
§. 11. Leges Hiſpanorum antiquiores.
§. 12. Leges Hiſpanorum recentiores.

§. 13.

Digitized by Google

§. 13. Leges Luſitanorum.
§. 14. Leges Anglorum.
§. 15. Leges Suecorum veteres.
§. 16. Leges Suecorum hodiernæ.
§. 17. Leges Danorum.
§. 18. Scriptores Iuris Polonici & Lituanici, it. Hungarici.
§. 19. Ius Belgii Hiſpanici.
§. 20. Ius Belgii fœderati.
§. 21. Scriptores iurium in Italia vſitatorum; it. ad iura Sabaudica & Regni Siciliæ; Reip. Venetæ; Iuris Heluetici.

## CAPVT SEXTVM.
### *De Commentariis ad diuerſos fontes Iuris.*

§. 1. Remiſſiones interpretum Iuris.
§. 2. Scriptores qui methodum & ordinem librorum Iuris exponunt.
§. 3. Inſtitutiones cum notis.
§. 4. Commentatores ad Inſtituta.
§. 5. Compendia & paraphraſes ad Inſtituta.
§. 6. Controuerſiæ ex Inſtitutis.
§. 7. Commentarii ad Pandectas.
§. 8. Commentatores recentiores, qui noua methodo vtuntur.
§. 9. Scriptores ad titulum I. π. de I. & I.
§. 10. Scriptores morales de Iuſt. & Iure.
§. 11. Scriptores qui Iuriſprudentiam cum

Lege

Digitized by Google

Lege Moſaica vel Chriſtianorum conferunt.
§. 12. Scriptores Iurisprudentiæ vniuerſalis.
§. 13. Hugo Grotius de Iure Belli & Pac.
§. 14. Pufendorffii & Thomaſii ſcripta.
§. 15. Scripta reliqua quæ faciunt ad Iurisprudent. moralem.
§. 16. Scriptores de caſibus conſcientiæ.
§. 17. Commentatores ad titulum de legibus & conſtitutionibus Principum.
§. 18. Scriptores de Statutis, vſu & conſuetudine.
§. 19. Scriptores de Statu hominum.
§. 20. de fœminarum iure.
§. 21. de ſeruis.
§. 22. Scriptores de Wildfangiatu.
§. 23. Commentatores ad titulum, de his qui ſui vel alieni iuris.
§. 24. de patria poteſtate, adoptionibus & emancipationibus.
§. 25. de iure rerum.
§. 26. Commentatores de Senatu & Magiſtratibus Romanis
§. 27. Scriptores de Iurisdictione.
§. 28. Scriptores de Citationibus.
§. 29. Scriptores de Feriis, Dilationibus & diuerſis Temporibus.
§. 30. Scriptores de Pactis.
§. 31. Scriptores de Contractibus & Transactionibus.

§. 32. Scriptores de Aduocatis.
§. 33. Scriptores de fama & infamia.
§. 34. Scriptores de Iure Vniuerſitatis, ac Ciuitatum municipalium.
§. 35. Scriptores de reſtitutione in integrum.
§. 36. Scriptores de Arbitris & Commiſſariis.
§. 37. Scriptores de Iudiciis.
§. 38. Scriptores de inofficioſo teſtamento & de legitima.
§. 39. Scriptores de rei vindicatione & iure emphyteutico.
§. 40. Scriptores de Vſufructu, Fructibus, expenſis & meliorationibus.
§. 41. Scriptores de Seruitutibus realibus.
§. 42. Scriptores de noxa animalium & de Lege Aquilia.
§. 43. Scriptores de finibus regendis & agrorum menſura.
§. 44. Scriptores de ſeruis fugitiuis, aleatoribus, it. de menſuris & pondere.
§. 45. Scriptores de ſepulturis & ſumtibus funerum.
§. 46. Scriptores de contractu mutui & rebus creditis, item de rationibus.
§. 47. Scriptores de moneta eiusdemque mutatione.
§. 48. Scriptores de Iuramentis.
§. 49. Scriptores de Condictionibus.



Digitized by Google

§. 50. Scriptores de commodato, doli & culpæ præſtationibus in contractibus.

§. 51. Scriptores de Contributione L. Rhodiæ, de iactu; Item de iure maritimo.

§. 52. Scriptores de mercatura, libris mercatorum.

§. 53. Scriptores de SCto Macedoniano & Velleiano.

§. 54. Scriptores de compenſationibus & depoſito.

§. 55. Scriptores de mandato & Ratificatione.

§. 56. Scriptores de Emtione Venditione, retractu, pactis, euictione & ſubhaſtatione.

§. 57. Scriptores de Locato Conducto.

§. 58. Scriptores de Cambiis.

§. 59. Scriptores de pignoribus & hypothecis.

§. 60. Scriptores de Edicto Ædilitio.

§. 61. Scriptores de Vſuris, & mora, item annuis reditibus.

§. 62. Scriptores de probationibus & præſumtionibus, it. Archiuis & Regiſtraturis.

§. 63. Scriptores de inſtrumentis & Teſtibus. Item de ignorantia.

§. 64. Scriptores de Sponſalibus & Matrimonio & Secundis nuptiis.

§. 65. Scriptores de iure dotium.



Digitized by Google

§. 66. Scriptores de donationibus inter virum & vxorem; Item de diuortiis.
§. 67. Scriptores de alimentis, it. Concubinis.
§. 68. Scriptores de Tutelis & Curis.
§. 69. Scriptores de ſucceſſione.
§. 70. Scriptores de pactis ſucceſſoriis.
§. 71. Scriptores de Teſtamentis.
§. 72. Scriptores de Exhæredatione.
§. 73. Scriptores de Subſtitutionibus.
§. 74. Scriptores de Teſtamento militari.
§. 75. Scriptores de Codicillis.
§. 76. Scriptores de Legatis & fideicommiſſis, it. de iure accreſcendi.
§. 77. Scriptores de annuis legatis; it. conditionibus & demonſtrationibus.
§. 78. Scriptores ad Legem Falcidiam.
§. 79. Scriptores de bonorum Poſſeſſionib.
